Digitized by Google

L.
M, 26.

Digitized by Google

L. VI 26

L,
VI, 26.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Emo, & Rmo D. Card.

IMPERIALI

Brasilien., seù Bahyen.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. IOSEPHI DE ANCHIETA

Sacerdotis Professi Societatis Iesu.

POSITIO

SVPER DVBIO.

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum; Et de Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum de quo agitur.

ROMÆ, M. DCC. XXXIII.

x Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ,
Superiorum facultate.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

Digitized by Google



Digitized by Google



V. P. IOSEPH ANCHIETA SOC. IESV

Io. Ieronymus Frezza inc. Romæ Sup. licen.

Digitized by Google

Digitized by Google

Brasilien., seu Bahyen.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN: SERVI DEI

PATRIS IOSEPHI DE ANCHIETA

Sacerdotis Professi Societatis IESV.

INFORMATIO

SVPER DVBIO.

An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate ergà Deum, & Proximum; & Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum &c.

Beatissime Pater.

1 NON sine singulari Dei numine factum credi potest, quod in Ecclesia, quæ pulcherrimi horti instar ornata est, noui indiès homines, velut stirpes, floresque recentes, exoriantur, qui ad Cœlum accurato quodam genere vivendi nitantur, ac præclara sanctimoniæ exempla relinquant; nimirùm vt intelligamus liquidò, non esse abbreuiatam manum Domini, nec hominibus ad suscipienda sanctioris vitæ instituta exemplar deesse, quod intueri possint. Ex ijs fuit Venerabilis Ioseph de Anchieta Societatis Iesu Sacerdos Professus, cuius incredibilis zelus in procuranda Catholicæ Religionis propagatione satis ex immensis laboribus, atque incommodis in hanc causam toleratis sese prodens; eximiæque Virtutes, plurimis testatæ Miraculis, meritò postulant, vt sacri honores eidem deferantur, quod præstari nequit, nisi Vestræ Sanctitatis accedat auctoritas, *cuius*, vt

Digitized by Google

nit Hilarius, *terrestre iudicium præiudicata auctoritas sit in Cœlo, Canon. 17. in Matth.*

2 Huius Serui Dei Virtutes, ac Miracula comprobantur ex quinque Processibus auctoritate Apostolicâ in varijs respectiuè locis constructis, quibus accedunt quatuor alij Processus auctoritate Ordinariâ confecti, nec non alij tres nouissimè auctoritate Apostolicâ fabricati super nouis Miraculis, vt videre est, *Summ. num. 1. à pagina 1. ad 15.*, eorumque omnium validitas in hac Sacra Rituum Congregatione discussa meruit approbari, *Summar. num. 2. pag. 15. & seq.*; In ijs recensentur Testes, & numero propè infiniti, ac pondere graues, omnique exceptione maiores, ferèque omnes deponunt de visu, propriaque obseruatione, pluresque etiam Seruo Dei familiaritèr vsi sunt, atque ad multos annos cum ipso consuetudinem habuerunt, vndè ex notis iuribus plenam sibi fidem conciliant. Superest itaque, vt probationes huiusmodi de Sanctitate, ac Miraculis ritè, ac rectè confectæ, Beatitudinis Vestræ calculo comprobentur, vt humillimè supplicamus; atque idcircò breuem hìc Vitæ synopsim, deindè virtutes singillatim subijciemus.

Vita, & Gesta Ven: Serui Dei.

1 IOseph Anchieta in non ignobili inter Canarias Insula Tanarife, & Vrbe, Lagunâ dictâ, ortum duxit ex pijs, Catholicis, ac Nobilibus Parentibus legitimo Matrimonio iunctis, quibus curæ potissimum fuit, vt Infans salutari regenerationis lauacro ablutus, ac debito deindè tempore Sacro Chrismate inunctus, in obedientia Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac in Fide Catholica religiosè educaretur, *Summar. num. 3. per tot. à pag. 16. ad 21.*

2 Iàm tùm à teneris annis mirus in eo videbatur splendescere pietatis, ac literarum ardor; qua de re in Lusitaniam missus fuit, atque in celeberrima Conimbricensi Vniuersitate traditus in disciplinam Patribus Societatis Iesu, strenuam, & egregiam literarum studijs nauauit operam, ac ingentes breuì progressus effecit; Nunquam puerilibus nugis, aut oblectamentis indulsit animum, sed quidquid sibi à Literarijs meditamentis supererat temporis, ab hominum consuetudine semotus, pijs, ac spiritualibus exercitijs totum tribuebat, frequentissimè ad Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta singulari deuotione accedebat, nullumque diem labi patiebatur, in quo tres, aut quatuor, ac quandoque etiam quinque Missas non audiret, aut ijsdem non inseruiret. Hinc meliora animo consilia volutare, ac de sublimiori quodam virtutis gradu suscipiendo sedulò secum ipse cogitare cæpit, nec aliâ prorsùs viâ se perfectionis apicem credidit attingere posse, quàm si religiosum aliquod Institutum amplecteretur, quod posteà quadam die, cum ante Beatissimæ Virginis Imaginem feruentius oraret, se præstiturum vouit, *Summ. num. 4. per tot. pag. 21., & seq., & num. 19.* Testis XIV. ex fama publica *pag. 129. §. 39.*

3 Nec votum, quod conceperat, diù destitit reddere, Dauidici illius effa-

Digitized by Google

effati memor, *Vouete, & reddite*. Postquam enim frequentes, feruidasque ad Deum preces tulerat, vt se nimirùm vellet erudire, quodnam potissimùm Institutum sibi seligendum foret, placuit illi demùm Societatem Iesu cæteris anteferre, quam, & decretam sibi diuinitus, & consilijs suis maximè opportunam esse censebat. Lætus igitur, atque hilaris Societatem ingressus Tyrocinia posuit, quibus sanctissimè expletis, ac votis Religionis solemniter nuncupatis, paulò post à Superioribus missus est in Brasiliam Americæ Prouinciam ad conuersionem illius gentis ab Infidelitate procurandam nondum Sacris Ordinibus initiatus, *Summar. num.* 4., ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis IV. *de auditu publico, pag.* 21. §.2., *& num.* 5. *per totum*.

4 Omnes semper perfectissimi Religiosi partes impleuit, nec vnquam visus fuit contra vllam Societatis Iesu Regulam, & constitutionem, vel leuiter peccare: Votorum suæ Religionis obseruantiam adeò diligenter, & exactè coluit, vt omnes in eo promptissimam Obedientiam, Angelicam Castitatem, atquè extremam omnium rerum Paupertatem admirarentur, *Summar. num.* 20. *per tot. à pag.* 129., *& seqq.*: Plura in sua Religione munera subiuit, adeoùt etiam ob eximias suas Virtutes ad Brasiliæ Prouincialatum electus fuerit, quæ quidem munera summâ rectitudine, ac pietate semper gessit, *Summ. dict. num.* 5., ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis II. *de publica voce, & fama pag.* 23. *in princip.*, Testis IV. *de propria obseruatione* §. 5., Testis XIV. *de visu sub* §.7., Testis XIX. ex eadem scientia *sub* §.9., Testis XXV. *de publica voce, & fama sub* §.10.

5 Nihil autem magis ardentiùs cordi habuit, quàm, vt Peccatorum, ac Gentilium conuersionem procuraret, totisque viribus Diuinam gloriam promoueret. Vndè Sacerdos factus totum se tradidit Confessionibus audiendis, habendisque Concionibus, idque tanto feruoris æstu præstabat, vt innumeros Peccatores ad melioris vitæ frugem reuocarit, plurimosque ad sanctioris vitæ consilia suscipienda vehementèr excitarit. Gentilium conuersionem maximoperè zelabat, quam, vt faciliùs consequi posset, libellum Christianæ Doctrinæ in illorum patrium sermonem vertit, quo passim Societatis Iesu Patres in illis Regionibus incredibili fructu vtuntur. Eiusdem Conuersionis studio abreptus inter Gentiles se se frequentissimè conijciebat, nec vllis vnquam laboribus, difficultatibus, aut periculis deterreri potuit fortissimus eius animus, quin susceptum opus pari promptitudine, atque alacritate prosequeretur, Fidemque Catholicam constanter annunciaret, ex quo factum fuit, vt plures, pluresque Infideles, depulsis Gentilitatis tenebris, euangelica luce perfuderit, *Summar. dicto num.* 5. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis II. *de visu pag.* 23. §.2. 3. *&* 4. Testis XIV. *de propria obseruatione* §.7. Testis XIX. *de visu* §.9. Testis XXV. *de publica voce, & fama* §.10. Testis XXIX. *de proprio obseruatione pag.* 24. §.12. Testis XXXIII. *de visu, & auditu proprio respectiuè* §.13. Testis XL. *ex eadem scientia* §.14., & ex inferius tota Informatione dicendis euidentiùs adhuc constabit.

6 Quamuis autem indefesso studio, vsque ad extremum vitæ spiritum Proximorum saluti vacauerit, non destitit tamen cæteras virtutes

Digitized by Google

omnes perfectissimè colere, quibus adeò mirificè excelluit, vt nefas sit dubitare, quin supremum hæroicitatis gradum attigerit. Cernere in eo erat firmissimam Fidem, qua Diuinis quibusque mysterijs tenaciter adhærebat, eaque clarissimè explicabat; securam spem, qua se cęlestem Beatitudinem non proprijs meritis, sed solius Diuinæ Bonitatis munere consecuturum certò confidebat; ardentissimam in Deum Charitatem, qua quidquid aut diceret, aut ageret, in eius gloriam vnicè referebat, studebatque maximè diuinarum rerum contemplatione se Deo suo arctiori vinculo vnire; immensam in Proximum charitatem, qua tùm spiritualia, tùm corporalia misericordiæ opera promptissimè, atque alacritèr impendebat. Elucebant etiam in eo sublimis Prudentia, exacta Iustitia, ingens Religio, incredibilis Fortitudo, inuicta Patientia, asperrima proprij corporis maceratio, profundissima Humilitas, demùm Virtutes omnes, in quibus vsque ad obitum constantèr perseuerauit, adeoùt omnes in eum, tamquàm perfectissimum Sanctitatis exemplar, intuerentur, ac iam tùm Sanctum passim proclamarent, *Summ. num.6. per tot. à pag.24. ad 29.* Cęlestibus etiam, ac supernaturalibus Donis, plurimisque, dum viueret, Miraculis fuit ita mirabiliter illustratus, vt passim apud illas gentes Brasiliæ Apostolus, & Thaumaturgus vsque ad hæc tempora meruerit appellari. Quæ omnia, eius vitæ seriem texendo, persequi longum nimis esset, euidentiùs tamen constabunt, dùm singularum Virtutum excellentiam, atque heroicitatem demonstrabimus, ac supernaturalia Dona, Prodigia, ac Miracula recensebimus.

De Virtutibus Theologicis,

Ac primò

De Fide.

1 CVm Virtutes Theologicæ attingant primam regulam, earumque obiectum sit Deus, vt cum Theologorum Principe *D. Thom. 2.2. quæst.23. art.6.* cæteri omnes communitèr tradunt, indè fit, quod alijs quibusque Virtutibus longè superemineant. Fides quidem, quæ primo loco nobis venit expendenda, cum cæteras generationis ordine præcedat, describitur, quod sit habitus supernaturaliter infusus, quo infallibilitèr, ac sinè vlla formidine credimus veritatibus à Deo reuelatis ob auctoritatem Dei reuelantis. At quoniam Virtutis habitus, vtpotè in intellectu residens, nonnisi ex actibus dignosci potest, hinc, vt Fides tutò dignosci queat, aduertere necesse est ad eius actus, non quidèm internos, qui sub Ecclesiæ iudicium minimè cadunt, sed externos, ex quibus, tanquam sensibilibus signis, interna Fides declaratur, iuxtà illud *Apostoli Iacobi cap.2. Ego ostendam tibi ex operibus Fidem meam.* Huiusmodi autem actus, ad effectum de quo agitur, heroici prorsùs esse debent, Diuina scilicet Charitate informati, atque ex Sancti Spiritus impulsu eliciti, vt exindè heroica paritèr Fides euincatur.

2 Pro-

Digitized by Google

2 Profectò si totus Ven. Ioſephi vitæ curſus expendatur, fateri neceſſe eſt, quod heroica Fide præditus fuerit; Siquidèm diuino flagrans amore, ac peculiari Sancti Spiritus vnctione perfuſus totam fere viram tranſegit in tradendis Fidei rudimentis apud innumeros illius noui Orbis incolas Euangelij luce deſtitutos, vt eos ab Infidelitate ad Fidei Chriſtianæ cognitionem pertraheret; Necnon habendis concionibus apud Luſitanos Catolicos ibi degentes, vt eos in fide firmius ſtabiliret, *Summar. num.* 7. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis II. *de viſu pag.* 29. §. 2. Teſtis XXII. *de propria obſeruatione, pag.* 30. §. 8. Teſtis XV. *ex eadem ſcientia*, §. 9., & ex Proceſſu informatiuo Oppidi S. Pauli Teſtis III. *ex certa ſcientia, pag.* 31. §. 17., alijque ſparſim toto Summario; Atque hinc maximè adſtruitur excellentia Fidei noſtri Venerabilis Ioſephi, quandoquidem *in Dei famulis ſollicitudo conuerſionis Infidelium ad Chriſtianam Fidem, peregrinationes ad loca Infidelium propagandæ fidei cauſa, predicatio Euangelij, conuerſio peccatorum, ſunt ſigna habitus fidei in eo qui talia fecerit* ap. Scach. *de not., & ſig. Sanct. ſect.* 3. *cap.* 1. *pag.* 179., & quidem in gradu heroico, non enim tunc ſolùm Fidem docuit, ac manifeſtauit, cum illius manifeſtandæ daretur obligatio, aut occaſio, quod etiam ad communem Fidem attinet, at id præſtitit ex Diuina Charitate toto ferè vitæ curriculo, nullis laboribus, aut incommodis parcens, ac non ſemel in vitæ diſcrimen adductus, vt infrà dicetur, quod ſublimem, ac heroicam redolere Fidem, probant Eminentiſſimus Lauræa *in* 3. *ſent. tom.* 2. *diſput.* 32. *de virtut. heroic. art.* 6. *pagin.* 742. *num.* 205. Fortunatus Scacchus *de not., & ſign. Sanctit. ſect.* 3. *cap.* 1. *num.* 179. Matta *de Canonizat. Sanctor. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 17.

3 Gratia Sermonis, quæ Fidei excellentiam deſignat, in Dei Famulo peculiaritèr enituit. Cæleſte huiuſmodi Donum iuxtà D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 177. *art.* 1. in eo conſiſtit, quod aliquis à Spiritu Sancto motus Fidei Myſterijs ità penetretur, vt efficacitèr loquatur, *quod fit*, ait S. Doctor, *dum aliquis ſic loquitur, vt auditorem flectat*. Tanta inerat colloquijs, admonitionibus, & concionibus noſtri Venerab. Ioſephi gratia Sermonis, vt eo loquente magna fieret animorum commotio, atque incredibilis exindè in audientium cordibus fructus proueniret; hinc eius verborum vi, atque efficacia perculſi Peccatores ad pœnitentiam ſe ſe redigebant, Religioſi atque Eccleſiaſtici Viri maiori ſtudio ad vitæ Spiritualis perfectionem incendebantur, Infideles, eiuratis erroribus, vaniſque ſuperſtitionibus, Chriſtianæ Religioni nomen dabant, *Summario eodem num.* 7. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis II. *de viſu pag.* 29. § 2. Teſtis XVIII. *de propria obſeruatione* §. 4. Teſtis XIX. *ex certa ſcientia* §. 5. Teſtis XX. *de publica voce, & fama*, §. 6. Teſtis XXI. *de certa ſcientia*, §. 7. Teſtis XXII. *de obſeruatione propria, pag.* 30. §. 8. Teſtis XXV. *ex eadem ſcientia* §. 9. Teſtis XXXI. *de viſu* §. 14., & ex Proceſſu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Teſtis III. *pag.* 31. §. 17. Teſtis VI. §. 18. Teſtis IX. §. 20. & ex Proceſſu Informatiuo Bahyen. Teſtis VII. *de viſu, & auditu propria, ead. pag.* 31. §. 22. Sanè tanta animorum commotio, atq; incredibilis fructus ex eius Sermonibus profluens humanæ eloquentiæ tribui minimè poteſt, ſed Spiritui Sancto, qui per eius os lo-

que-

Digitized by Google

quebatur eiusque Fidem animabat. Cæleste hoc Domum promisit Christus Apostolis dicens = *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

4 Luculentius adhuc heroica nostri Dei Famuli Fides adstruitur ex alio Spiritus Sancti Dono, quod Donum Scientiæ nuncupatur, & iuxtà laudatum D. Thomam 2.2. *quæst.* 9. *art.* 1. *in corp.* in eo versatur, quod quis *habeat certum, ac rectum judicium de eis quæ proponuntur, discernendo scilicèt credenda à non credendis* = & *in resp. ad* 1. addit = *Circà credenda duplex scientia haberi potest, una quidem, per quam homo scit quid credere debeat, & convenit omnibus Sanctis; alia verò est scientia circà credenda, per quam homo non solùm scit quid credere debeat, sed etiam scit Fidem manifestare, alios ad Fidem inducere, & contradictores convincere, & ista scientia non datur omnibus, sed quibusdam.* Noster Venerabliis Ioseph non solùm habuit certum, ac rectum iudicium de ijs, quæ Fides proponit, sed diuina scientia eminentiùs instructus Fidem suam adeò manifestauit, vt plures tùm Peccatores, tùm Infideles in vitiorum cæno, ac Gentilitatis erroribus altiùs defixos, paucis quidèm, sed efficacissimis verbis ad Deum conuerterit, *Summ. num.* 8. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis III. *de propria observatione, pag.* 32. §. 1. Testis IV. *ex certa scientia*, §. 2. Testis VIII. *ex eadem scientia pag.* 33. § 9. Testis XIV. *de observatione propria* §. 15. Testis XV. §. 16. Testis XXXI. *ex certa scientia pag.* 34. §. 19., Testis XXXIV. *de visu* §. 21., Testis XL *de observatione propria*, §. 23. Testis XLVI. §. 25., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis I. *ex certa scientia pag.* 35. §. 31., Testis II. *de visu* §. 33. Testis III. *de propria obseruatione* §. 34. Testis VIII. *ex certa scientia* §. 35., Testis X. §. 36. Testis XI. *de observatione propria pag.* 36. §. 37. Testis XII. *de certa scientia* §. 38., Testis XIII. *de observatione propria* §. 39. Hac eadem Diuina vi loquebatur Apostolus, cui Agrippa dixit *Act.* 26. *In modico suades mihi Christianum fieri*: ac nos fateri debemus, in nostro Dei Famulo diuinum illud Christi promissum *Luc.* 21. mirabilitèr impletum = *Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes Aduersarij vestri.*

5 Hinc omnes suprà relati Testes, alijque sparsim toto Summario vnanimi voce affirmant, conuersos ab eo innumeros Peccatores, atque Infideles, ac inueteratas inimicitias sublatas. Nimis longum esset, omnes casus recensere; sed reticenda non est Conuersio Blasij, ac Balthaxaris Gonsalues, qui vitijs omnibus inuoluti, ad simplicem vocem Venerabilis Iosephi metu perculsi pœnitentiam amplexi sunt, vtì referunt de auditu ab iisdem ex Processu Informatiuo S. Pauli Testes VI., ac IX. *Summar. num.* 7. *pag.* 31. §. 19. 20. & 21. In procuranda autem Infidelium Conuersione nullis laboribus, aut incommodis deterrebatur, ac frequentissimè etiam vitæ discrimen subijt, vt potissimùm accidit, cùm quidam Indianus Gentilis arcto carcere ab Infidelibus detineretur, eique mors iam iam immineret. Vix enim eius calamitatem audijt Vir Dei, quod statim illùc eius Conuersionis zelo accensus accurrit, ac miraculosè ab Infidelium manibus liberatum lustralibus aquis initiauit. Rursùs alia vice, vt orta dissidia inter Gentiles, & Christianos componeret, non sinè euidenti vitæ discrimine ad eos se contulit,

eius-

Digitized by Google

eiusque verborum vi statim sedata fuerunt, ac reddita pax fuit. Deponit ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VI. *de visis, propriaque obseruatione, Summario eod. num.* 8. *pag.* 32. *à* §. 4. *ad* 8. = *Nouit*, inquit Sanctus Ioannes Chrisostomus *in cap.* 13. *Luc. Fides omnibus Peccatoribus repugnare, nouit de omnibus triumphare* = & ex ardenti studio Peccatores, atque Infideles conuertendi, sublimem, ac heroicam Fidem arguunt Eminentissimus Lauræa *citat. sapiùs disp.* 32. *num.* 234., Scacchus *de not., & sign. Sanctit. sect.* 3. *cap.* 1. *pag.* 178., & aduertunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Petri de Alcantara *art.* 4. §. *Quarto ponderatur*, & S. Ludouici Bertrandi *tit. de Fide*, §. *Fidem etiam*.

6 Tanta eius animus flagrabat cupiditate Infideles conuertendi, vt in Fidei, quam profitebatur, ac prædicabat, confirmationem Martyrium subire percuperet, *Summario dict. num.* 8. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis III. *de obseruatione propria*, *pag.* 32. §. 1., Testis IV. *ex certa scientia* §. 2., Testis VIII. *ex fama publica, pag.* 33. §. 11., Testis XII. §. 13. Testis XIV. *de Obseruatione propria* §. 15. Testis XV. *ex certa scientia* §. 16., & concordant ibi cæteri Testes. Ingens huiusmodi desiderium patiendi Martyrium prò Fidei Catholicæ confirmatione, ac propagatione heroicam Fidem euincit, vtì ponderat Eminentissimus Lauræa *dict. disp.* 32. *art.* 9. *pag.* 745. *num.* 232. inquiens = *Etsi non accideret casus expositionis vitæ, adhuc tamen firma animi præparatio, ac dispositio se se exponendi, si occasio vegeret, sufficit ad arguendam Fidem heroicam*. Heroica sanè fuit Fides Venerabilis Ioseph, qui, vt patet ex toto Summario, prò Infidelium Conuersione millies se morti exposuit, quinimmò per plures menses ab ijsdem Infidelibus sæuo carcere detentus fuit, parumque abfuit, quin violenta illi mors illata fuerit, & Martyrij Coronam obtinuerit, vt *præs. Summario num.* 7. deponit Testis VIII. *pag.* 33. §. 10., & *Summario num.* 22. Testis IV. *ex certa scientia pagin.* 136. §. 5., & ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis I. *pag.* 137. §. 12., & ex Processu Apostolico eiusdem Oppidi Testis IX. *de certa scientia, pag.* 139. §. 19.

7 Hæc quidem clarissima sunt heroicæ eius Fidei argumenta; Verùm & alia non desunt, quibus eadem illustrius euincatur. Ex D. Thoma 3. *part. quæst.* 78. *art.* 3. *ad* 6. vnum ex præcipuis Fidei obiectis est Eucharistia, *quia quod corpus, & sanguis Christi sint in hoc Sacramento, sola Fide tenetur*. Noster Venerabilis Ioseph tanta Fide, tantaque veneratione ergà Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum ferebatur, vt singulis diebus Missæ Sacrum perageret, quod tanta animi deuotione, ac tanta adstantium ædificatione præstabat, vt omnibus deuotionem instillaret, quemadmodùm infrà *sub tit. de Iustitia* probabitur. Frequentem hunc vsum Sacrificij Missæ cum deuotione, ac feruore inter notas Sanctitatis annumerat Scacchus *de not. & sign. Sanctitat. sectian.* 5. *cap.* 3. *pag.* 330., & inter heroicæ Fidei signa refert Eminentissimus Lauræa *cit. disput.* 32. *de Virtut. heroic. art.* 9. *pag.* 798. *num.* 190. Hanc quotidianam Sacrificij oblationem suis nos exemplis edocuere Sancti Patres; Sanctus Cyprianus *epist.* 54. ait = *Episcopatus nostri honor grandis, & gloria est, pacem dedisse Martyribus, vt Sacerdotes, qui Sacrificia Dei quotidiè celebramus bestias Deo, & victimas præparemus*; &

San-

Digitized by Google

Sanctus Augustinus *epist.* 180. Missæ Sacrum vocat *quotidianum Ministerium Dominici corporis*. Summa deuotione ante Sanctissimam Eucharistiam flexis genibus venerabundus adstabat, quamuis annis grauis foret, ac morbis detineretur, vt pariter infrà *sub eod. tit.* ostendetur; ex qua quidem singulari deuotione maxima Fides colligitur, scribente Apostolo *ad Hebr.* 12. 22. *Accedamus in vero corde in Fidei plenitudine*; ac plura in id afferunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Thomæ de Villanoua penès Contilorum *pag.* 475., *& seq.*, Sancti Iacobi de Marchia *titul. de Fide per tot.*, Beati Gregorij X. *tit. de Virtut. Theologal.* §. *Spiritus fremens*, ac Venerabilis Serui Dei Hieronymi Æmiliani *tit. de Fide*, *num.* 10.

8 Comprobatur vlteriùs heroica nostri Dei Famuli Fides ex tot Sanctissimis operibus, quibus toto vitæ cursu per quadraginta, & vltrà annos incessanter vacauit, adeòut omnes in eo mirarentur incredibilem gloriæ Dei, & animarum Zelum, firmam in Deo fiduciam, feruentissimam orationem, charitatem ergà Proximum nulli secundam, accuratissimam mandatorum Dei, & Ecclesiæ obseruantiam, eximiam Religionem, inuincibilem in rebus arduis fortitudinem, ac mirabilem patientiam, asperrimam suæ carnis macerationem, promptissimam obedientiam, Angelicam castitatem, profundam humilitatem, ac Paupertatem, vt ex infra fusiùs dicendis liquidò constabit. Ex quibus sanè operibus toto vitæ tempore summa promptitudine exercitis heroica consurgit Fides, vt eruitur ex Sancto Thoma 2.2. *quæst.* 124. *artic.* 5. *in corp.* ibi = *Ad Fidei veritatem non solùm pertinet ipsa veritas cordis, sed etiam exterior protestatio, quæ quidem fit non solùm per verba, quibus aliquis confitetur Fidem, sed etiam per facta, quibus aliquis Fidem se habere ostendit, secundùm illud Iacobi* 2. *Ego ostendam tibi ex operibus Fidem meam; vndè & de quibusdam dicitur ad* Tit: 1. *confitentur verbis se nosse Deum, factis autem negant. Et ideò omnium virtutum opera secundùm quod referuntur in Deum, sunt quædam protestationes Fidei, per quam nobis innotescit, quod Deus huiusmodi opera à nobis requirit, & nos prò eis remunerat.*

9 Vltimum demùm, atquè omnium inuictissimum heroicæ Fidei argumentum est virtus operandi Miracula, de qua D. Thomas 2,2. *quæst.* 178. *artic.* 2. *ad* 5. *Operatio Miraculorum*, ait, *attribuitur Fidei propter duo; primò quidem, quia ordinatur ad Fidei confirmationem; secundò quia procedit ex Dei omnipotentia, cui Fides innititur.* Idque expressè docuit Christus Dominus, cum Apostolis incredulitatem obijciens, diceret *Matth.* 17. 19. *si habueritis Fidem, sicut granum sinapis, & dicetis Monti huic, Transi hinc illùc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Et Marc.* 16. 17. *signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo Dæmonia eycient &c. super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Atque ad adstruendam heroicam Fidem D. Pauli notat post S. Augustinum *quæst.* 47. *nou. Testam.* Cornelius à Lapide *in Idea vitæ Apostolicæ præmissa Commentar. Act. Apostolor. pagin.* 15. *column.* 1. *numer.* 15., qui Auctor *iisdem act. Apost.* 3. 16. *pag.* 97. *column.* 1. *sub liter. A. versicul.* 2. tradit, *quanta sit virtus Fidei excellentis, & heroicæ; hæc enim omnia, quæ credit, & sperat, impetrat à Deo iuxtà promissum Christi Marc.*

11.

Digitized by Google

11. 24. *Omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Talis est Fides Miraculorum, per quam Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Sanctus Gregorius Thaumaturgus, & similes tot, tantaque Prodigia ediderunt, & Suarez. Tract. de Fid. disput. 8. sect. 1.* docet, Fidem Miraculorum quoad essentiam esse actum Fidei Theologicæ, quo Deum esse omnipotentem, & in promissis fidelem credimus.

10 Profectò si *Fides tantum accipit à Deo, quantum credit*, vt tradit Sanctus Cyprianus *de Exhortat. Martyr. sub* §. 10. oportet fateri, quod sublimis, eminens, & heroica Dei Famuli Fides extitèrit, eam enim voluit diuina Bonitas tot miris Prodigijs, ac prodigiosis Miraculis illustrare, ac contestari, quæ hìc strictim recensere censemus, vt indè appareat, *quantus in meritis fuerit, qui tàm multus insignis extitit*, sicuti de Sanctissimo Hiberniæ Primate Malachia scriptum reliquit in eius vita mellitissimus Ecclesiæ Doctor, & Abbas Bernardus.

11 Dei Famulus motus zelo conuersionis duorum Lusitanorum, qui ad Gentiles digressi nefariam, ac sceleratissimam vitam ducebant, per Flumen aquis valdè tumidum expeditionem lætò animo aggressus tenui tamen Cymba, quà vehebatur, aquarum vi effractà; submersàque, in imum fluminis prolapsus fuit, ac per dimidiam fermè horam inibi stetit, donec quidam Indus, nandi gnarus, se mergens, ex vndis eum foras extraxit, vbi repererat Officium Conceptionis Beatissimæ Virginis flexis genibus recitantem; & ad maiorem Miraculi fulgorem obseruatum fuit, quod Officium, ac vestes penitùs siccas habebat. Deponunt *Summario numer. 9.* ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis II. *ex certa scientia*, Testis V. *de auditu à præsente*, & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis VII. *de auditu à Seruo Dei, aliisque Sociis facto præsentibus*, ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis *XXIX. de auditu à Socio Serui Dei præsente*, ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis I. *de auditu ab eodem Indo, qui Dei Famulum ex vndis extraxit*, ac Testis VIII. *ex eadem scientia, à pagin. 36. ad* 40. vbi quamplures Contestes indicantur.

12 Varijs temporibus, idque sæpissimè, miro fuit insignitus Dono Agilitatis, ac Replicationis Corporis. Quod enim Agilitatem respicit, narrant Testes, pluribus relatis casibus, Dei Famulum breuissimo horarum spatio iter confeciisse, quod tribus continuatis diebus vix expleri potuisset, non semel intrà dimidiam horam sese leucarum iter perfeciisse, *Summar. eodem num. 9.* ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VI. *de visu, pagin. 41.* §. 1., & 2., Testis VII. *de auditu publico*, §. 3., Testis X. *ex eadem scientia, pag. 42.* §. 4. Testis XL. *de obseruatione propria*, §. 5. Testis XLV. *de auditu à videntibus* §. 6. ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis VI. *de visu pagin. 43.* §. 7. Testis V. *de auditu à præsente* §. 8. Testis II. *de auditu à Teste fidei digno* §. 9., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu à Socio Serui Dei, alijsque præsentibus pag. 45.*, & ex Processu Apostolico Eboren. Testis I. *de auditu à Genitore Teste de visu pagin. 46.* §. 17. Testis II. *ex eadem scientiæ causa* §. 18., & 19., atque ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis XV. *de auditu à Testibus de visu dict. pagin. 46.*

Digitized by Google

§. 20. Quo verò ad replicationem corporis spectat, narratur à Testibus, quod cum Dei Famulus in Oppido Sancti Vincentij degeret, vt exorta inter Religiosos Oppidi Sancti Pauli dissidia componeret, in hoc eodem Oppido eadem die visus fuit verè, ac personalitèr Superiorem alloqui, dissidiaque excitata sedare; quod procul dubio nonnisi Virtute diuina, mediante eius corporis replicatione, fieri potuit, nàm eadem ipsa die præsens in Oppido S. Vincentij semper fuit, ab altero S. Pauli quindecim fermè leucis distante, *Summar. eodem num. 9.* ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis II. *ex certa scientia pagin.* 44. §. 10. Testis IV. *de auditu publico* §. 11., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu à duobus Testibus Religiosis de visu, & obseruatione propria*, qui super hoc insigni Prodigio iudicialiter examinati fuerunt per Reuerendissimum Episcopum Constantinum Barrada *dict. pagin.* 44., *& seq.*

III. Imperio super omne animalium genus diuinitùs ditatus fuit, adeò vt eidem, velutì cognitione pollerent, promptè obtemperarent. Cùm Dei Famulus mare tranaret cum nonnullis Viatoribus, ijque ardentem solis æstum tolerare non posse conquererentur, iussit quibusdam auibus per aera volitantibus, vt in nubem sese contraherent, ac supra Cymbam pari volatu progrederentur, nè Viatores à solis ardore molestiam ferrent, vt non sine omnium admiratione factum fuit, *Summar. eodem num. 9.* ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis VI. *de visu, propriaque obseruatione pagin.* 47. §. 1., Testis LV. *de auditu à præsentibus* §. 2. Testis X. *de auditu publico pagin.* 48. §. 3., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. Serui Dei Socius *de propria obseruatione* §. 4. Pantheris cibum proprijs manibus præbebat, easque secum ducebat propè ostium Tugurij, quod de nocte, dum per arua graderetur cum suis Socijs, ad reficiendas quiete, somnoque vires incolebat, quin vnquam ab eis læsionem vllam nec Ipse, nec Socij reciperent. *Eodem num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. idem Testis II. *de visu pagin.* 48. §. 5., & ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis III. *de auditu publico à præsentibus pagin.* 52. §. 21., & ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis VI. *de publica voce, & fama pagin.* 54. §. 27. Cum Vir Dei in Præfecturą Spiritus Sancti Concionem ad Populum haberet, visus fuit suprà eius pectus quidam Passer insidere, cumque ipse manu leuiter eijceret, statìm recedebat. *Eodem num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. idem Testis II. *de auditu à Religioso Fide digno præsente pagin.* 49. §. 6., & ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis XVII. *de auditu à præsente pagin.* 53. §. 24., & ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. *de visu, propriaque obseruatione dict. pag.* 53. §. 25. Viperæ, alijque venenosi Angues ad eius vocem obediebant, sese que mansuetas præbebant, easque Dei Famulus manu tractabat, quin ab ijs læsus vnquam fuerit. *Eod. num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. idem Testis II. *de auditu à videnie pagin.* 51. §. 14., & ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis II. *ex eadem scientiæ causa* §. 16., & 17. Testis XVIII. *de visu, propriaque obseruatione pagin.* 52. §. 18. Cùm in Collegio Præfecturæ Spiritus Sancti moraretur, quotiès ad Matricem Ecclesiam concionandi

causa

causa sese conferebat, duæ magnæ aues eum comitabantur, & supra Ecclesiæ Campanile consistebant, donèc Concioni finis imponeretur, qua completa iterùm secum ad Collegium remeabant. *Eodem num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen Testis II. *de visu, propriaque obseruatione pagin.* 49. §. 7. Cum Ven. Ioseph Piscationi Loci de Maricaà præsens foret, & Piscatores interrogaret, quodnam piscium genus expiscari cuperent, ijque hoc, aut illud responderent, locum designabat, in quo retia iacere deberent, tantaque piscium eius, quod optabant, generis multitudine retia replebantur, vt fermè disrumperentur; & si qui Pisces interdùm caperentur, qui retibus damnum inferebant, iubente Dei Famulo, vt è retibus exirent, extemplò mira promptitudine obtemperabant, quin retia damni quidquam paterentur; talique occasione illud etiam mirandum contigit, quod dùm Piscatores exenterationi piscium, vt eos deindè sale aspergerent, vacarent, & sibi non leuem molestiam à quamplurimis maris auibus illuc aduolantibus inferri cum Dei Famulo conquererentur, ipse statim prædictis auibus iussit, vt recederent, longèque consisterent, donec opus complerctur, eoque absoluto ad reliqua comedenda accederent, & illicò morem eius dicto prædictæ aues gesserunt. Accessit vlteriùs ad maiorem Prodigij fulgorem, quod cum Dei Famulus assideret in loco, quo maris fluctus circum fluebant, ipse tamen nequaquam fuerit à refluentibus vndis madefactus, quinimmò vndæ ad instar parietis sese componentes, locum, quo ipse assidebat, vacuum penitùs relinquebant *Summar. eodem num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de visu, propriaque obseruatione pag.* 49. *& seq. à* §. 8. *ad* 12., & ex Processu Apostolico Vlysipponen. Testis XII., *ex certa scientia pag.* 79., *& seq.*. Item Simii eius voci obtemperabant, atque hirundines se familiares Dei Famulo præbentes, ab eius manibus capi sinebant. *Eodem num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. idem Testis II. *de visu pag.* 51. §. 13., & ex Processu Apostolico Sancti Sebastiani Testis XXXIV. *de visu, eadem pagin.* §. 15., & ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XVI. *de visu pagin.* 54. §. 29.. Cum quadam vice Dei Famulus per arua graderetur, conquerentibus Socijs, ardentissimo solis æstu ferè comburi, iussit ipse quibusdam Cornicibus per aera volitantibus, vt se se simul colligerent, nubemque componerent, eosque associarent, promptèque obtemperarunt. *Eodem num. 9.* ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis II. *de auditu à Socio Serui Dei in dicto itinere pagin.* 52. §. 19. Testis III. *de auditu publico à præsentibus* §. 20. Testis VII. *de auditu publico* §. 22. Testis X. *ex eadem scientia causa pag.* 53. §. 23.. Quædam Auis ad iussum Serui Dei supra eius brachium statim constitit, vt *eodem num. 9.* deponit ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. *de auditu ab eodem Seruo Dei, alijsque præsentibus pagin.* 54. §. 26.. Itidem Balenæ eius nutui promptè obtemperabant, vt *eodem Summar. num. 9.* deponit ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXV. *de visu, propriaque obseruatione pag.* 54. §. 30.. Hoc autem mirum in quælibet animalia dominium, atque imperium sicut heroicam Dei Famuli Fidem, ita & heroicam Charitatem manifestat, cùm datum fuerit Adæ, dum

Digitized by Google

ob vitæ innocentiam arcta illi erat cum Deo amicitia, & post eamdem innocentiam amissam ex præcepti transgressione tali dominio priuatus extitit, vt ex D. Thoma *part.* 1. *quæst.* 96. *artic.* 1. *& 2.*, illudque etiam exercuisse quosdam Sanctos Monachos Orientis illibatam vitam ducentes, testatur Sulpicius Seuerus *Dialog.* 1. *n.* 7., *& 8.*, eamdemque potestatem à Deo accepisse Sanctos Antonium, ac Franciscum, tradit Cornelius à Lapide *in Osee Prophetam* 2. 16. *pagin.* 87. *column.* 1. *in princip.*

Istudque Miraculum illustrius adhuc euadit, si prout inferius agendo de Miraculis post mortem demonstrabitur, sedulò expendatur, sæuissimas Belluas, ac venenosos Serpentes expresso Dei Famuli præcepto, nedum erga ipsum innatam immanitatem, ac Venenum deperdidisse, sed, eo è viuis sublato, eiusdem præcepti vi atque efficacia compulsos, nullum vnquam futuris temporibus damnum, aut nocumentum vlli ex Societatis Iesu Missionarijs intulisse, ex datis *Summ. infracitando num.* 39. *à pag.* 274. *ad* 302. vbi plures referuntur speciales casus; qua de re credimus hoc Miraculum vti ad plures, pluresque annos continuatum, ac etiam nunc prodigiosè vigens, inter celebriora, quæ Deus eius Intercessione patrauit annumerandum.

IV Sepissimè Cellula Serui Dei, dum Cælestium meditationi vacaret, visa fuit supernaturali splendore circumfusa, ac cælestem redolere fragrantiam, nec non auditi musicales concentus, quin & ipse Vir Dei pluriès obseruatus fuit mirabili luce circumdatus, vt referendo particulares casus deponunt *Summ. eodem. num.* 9. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis V. *de auditu à Teste de uisu pag.* 55. §. 1. Testis VII. *de aud. à Genitoribus* §. 2. Testis XXXIV. *de visu, vt supra* §. 3. Testis XLV. *de auditu à videntibus* §. 4. & ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis XXXIV. *de visu, & auditu proprio respectiuè pag.* 56. *per tot.* ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis XII. eius socius *de visu, propriaque obseruatione pag.* 57. §. 6., ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de visu* §. 7. *& pag.* 58. §. 8.

V Cùm Dei Famulus visitaret Domum Societatis Oppidi Sancti Pauli, Plantæ hærbarum jam aridæ, arboresque fructuum tempore intempestiuo ad eius aspectum prodigiosè floruerunt. Deponunt *eodem num.* 9. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis II. *de visu, propriaque obseruatione pag.* 58., & ex Processu Informatiuo eiusdem Oppidi Testes VI. VIII. IX. XVIII. *pariter de visu, dict. pag.* 58. *& seq.*

VI Conquerentibus Guardianis Ecclesiæ Sanctissimæ Conceptionis Oppidi de Itahem, defeciisse oleum prò lampade, quæ accensa retineri solita erat coram Imagine Augustissimæ Dei Genitricis, dixit Dei Famulus, vt in vasculo, quo Oleum asseruabatur, perquirerent, & in Deo confiderent, quoniam immensa erat eius bonitas: Ita fecerunt Guardiani, dictumque vasculum Oleo plenum inuenerunt, quamvis paulò ante penitus vacuum reliquissent, quod tanquàm insigne miraculum ad Intercessionem, ac per merita Serui Dei patratum statim propalarunt. Deponit *eodem numero* 9. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VI. *de visu propriaque obseruatione pag.* 59.

VII De prodigiosa prouisione vini, quod defecerat prò celebratione Missa-

Digitized by Google

Missarum, deponunt *eod. num. 9.* ex eodem Processu Testis XII. *de visu dict. pag. 59.*, & ex informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis XIX. *de auditu à videntibus*, àc Testis XXII. *de propria obseruatione pagin. 60.*

VIII Pars Piscis benedictione Serui Dei fuit in pernam conuersa, *vt eod. num. 9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. deponit Testis II. *de visu, propriaque obseruatione pag. 60. & seq;*

IX Vinum acidum per Dei Famulum fuit prodigiosè in bonum, suaue, atque odoriferum conuersum, vt *eodem num. 9.* deponit idem Testis II. *de visu, propriaque experientia pag. 61.*

X Cum quadam die ob sæuissimam maris procellam non potuissent capi Pisces prò seruitio Collegij, Vir Dei jussit cuidam Piscatori, ut in certo loco Retia jaceret, quo facto, incontinenti eadem è mari extracta, Piscibus prodigiosè onusta reperta fuerunt. Deponit *eodem numer. 9.* idem Testis II. *de visu, propriaque obseruatione pagin. 61.*

XI Post longum iter per Dei Famulum confectum, licèt largior è Cælo decideret imber, prodigiosè immadefactus, ac siccis vestibus repertus fuit. Deponit *eod. num. 9.* ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXXIV. *de visu, propriaque obseruatione pag. 62.*

XII Antonia Rodriguez, Vas in quo saccarum retinere solebat, vacuum habens, requisita à Seruo Dei, quod sibi dono daret duo frustra cucurbitę saccaro condita, miraculosè ea in dicto vase reperijt. Deponit *eod. num. 9.* ex eodem processu Testis XL. *de facto proprio pag. 62. & seq.*

XIII. Quidam Puer à natiuitate elinguis, requisitus à Seruo Dei de suo voto super exorta inter quosdam Equites dissensione, statim prodigiosè respondit, & loquendi facultatem perfectè fuit adeptus. deponunt *eod. num. 9.* ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis VIII. *de auditu publico, & visu respectiue*, atque ex processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de propria obseruatione*, ac Testis XI. *de auditu ab eodem Puero, alijsque videntibus pagin. 63., & seq.*

XIV Quidam Gentilis captiuus à natiuitate incuruatus, nec ullo modo rectus stare valens, jussus à Dei Famulo, vt se erigeret, & incederet, illicò perfectè sanus euasit, & absque ullo impedimento deambulauit. Deponunt *eod. num. 9.* ex eodem Processu Testis XLVII. *de uisu*, ac Testis XXXIII. *de auditu ab eodem sanato, alijsque videntibus, pag. 65.*

XV Cùm quidam Puer gluttisset hamum, nec ullo conatu foràs emittere, aut penitùs glutire posset, ex quo transuersus in medio gutturis remanserat, & ob id in euidenti vitæ periculo constitutus, recursum habuit ad intercessionem Viri Dei, qui pietate motus post feruidas expositas Altissimo preces, signo Crucis guttur signauit, & in instanti hamus ille miraculosè disparuit. Deponunt *eodem num. 9.* ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis VI. *de auditu ab eodem sanato*, Testis XVII. *Idem sanatus*, & ex Informatiuo eiusdem Oppidi Testis I. *de auditu ab ipsomet sanato pagin. 66.*

XVI Quidam Puer Filius Annæ Ribeirę mediante benedictione Serui

Dei

Digitized by Google

Dei confestim sanatur à graui, qua laborabat Infirmitate, & ab incurabili vulnere in gena. Deponit *eod.num.9.* ex eodem Processu Testis XX. *Sanati Mater de uisu, propriaque obseruatione pag. 66., & seq.*

XVII. Ad vitam reuocauit quamdam Mulierem mortuam in Oppido de Rosa propè Bahyam. Deponit *eod.num.9.* ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de propria obseruatione pag. 67.*

XVIII. Pater Ferdinandus Cardim è Societate Iesu in itinere versus Oppidum S. Vincentij ad mortem infirmatus, medijs Serui Dei orationibus, statim perfectè sanatur. Deponunt *eodem numer. 9.* ex eodem Processu Testis II. *de visu*, ac Testis XIV. *idem sanatus de facto proprio pag. 67., & seq.*

XIX Pater Petrus Leytao manum combustam habens, ad Serui Dei tactum in instanti sanatur. Deponit *eod. num. 9.* Testis II. *idem sanatus pag. 69.*

XX Isabella Idelphonsa cum ex graui infirmitate ad mortis limen redacta reperiretur, accessit ad eam inuisendam Dei Famulus, eaque super sancto Dei Euangelio recitato, perfectè sana statim è lecto prosiliit. Deponit *eod. num. 9.* idem Testis II. *de visu, propriaque obseruatione, dict. pag. 69.*

XXI. Laurentius de Veiga per intercessionem Viri Dei fuit prodigiosè liberatus ab evidenti periculo submersionis in quodam valde tumido flumine. Deponit *eod. num.9.* idem Testis II. *de visu*, & concordat Testis IV. *de auditu à præsente pag. 70., & seq.*

XXII. Ad inuocationem intercessionis Servi Dei pluuia illicò cessat. Deponit *eod.num.9.* ex Processu Apostolico ejusdem Oppidi Testis IX. *de facto proprio, & visu respectiuè pagin. 71.*

XXIII. Maria Castanha mortuum à pluribus diebus gestans in utero fœtum, nec illum emittere ullo conatu valens, ideòque in mortis articulo constituta, se commendans intercessioni Viri Dei, statim feliciter sine dolore peperit. Deponit *eod. num. 9.* ex Processu informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis X. *de facto proprio pag. 71. & seq.*

XXIV. Benedictione Serui Dei confestim sedatur sæviſſima maris procella. Deponit *eod. num.9.* Testis XV. *de visu pag. 72.*

XXV. Ioannes Soarez ex continuo sanguinis fluxu ad extremum vitæ redactus, Servi Dei benedictione statim perfectè sanus è lecto prosilit. Deponit *eod.num.9.* Testis XVIII. *de facto proprio dict. pag 72.*

XXVI. Pater Didacus Fernandez grauissimo morbo oppressus jam ultimum agebat spiritum, cum ad tactum manus Serui Dei perfectè in instanti fit sanus. Deponit *eod. num. 9.* ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XLVIII. *de visu, propriaque obseruatione pag. 73.*

XXVII. Uxor Doctoris Martini de Leytao genam valdè tumidam, grauique morbo affectam habens, signo Crucis per Dei Famulum facto, statim sanata est. Deponit *eod. num. 9.* ex Processu Apostolico Ulyssiponen. Testis II. *de visu dict. pag. 73.*

XXVIII. Domina Orianna de Britto Signo Crucis Servi Dei statim liberatur ab atrocissimis dentium doloribus, quibus à pluribus mensibus torquebatur. Deponit *eod. num. 9.* ex eodem Processu Testis IX. *de propria obseruatione, dict. pag. 73., & seq.*

XXIX. Cùm largior è Cœlo decideret imber, dum jàm disposita repe-

rie-

Digitized by Google

riebatur ſolemnis quædam Proceſſio, quæ in honorem Feſtivitatis Sancti Laurentii peragi debebat, cenſuerunt ſuperiores eam intra Clauſtra habere. Aderat Vir Dei, cùmque non levitèr angeretur, quod hujuſmodi Feſtivitas hac ſolemniori pompa careret, fuſis ad Deum precibus, juſſit Confratribus, ut ab Eccleſia exirent, ac per Civitatem incederent, ſiquidem imber nec mediocriter eos attigiſſet, ut eventu comprobatum fuit; nam omnia, per quæ Proceſſio gradiebatur, Loca prodigiosè à pluvia libera prorsùs, & immunia cernebantur, quamvis circùm undiquè plueret. Deponit *eod. num. 9.* ex Proceſſu Apoſtolico Civitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis XLIV. *de viſu pag.* 74.

XXX. Dùm ſuper quadam oneraria naui Dei Famulus mari veheretur, crudelis exorta eſt tempeſtas, quæ per totam noctem continuauit largiori cum pluvia, ac non ſine euidenti periculo ſubmerſionis Navis. Superius Nauis tabulatum aſcendit Vir Dei, totaque nocte pluriæ expoſitus ad Dominum oravit, ac inſequenti mane fuit prodigiosè repertus adhuc orans veſtibus penitùs ſiccis, & Navis abſque ulla prorsùs læſione intrà Portum non ſine ingenti omnium admiratione inuenta eſt. Deponit *eod. num.* 9. Teſtis X. *de viſu, propriaque obſeruatione pag.* 74., *& ſeq.*

XXXI. Franciſcus Dominquez à pluribus annis attractus, mediante Servi Dei oratione, repentè perfectè ſanus euadit. Deponit *eod. num.* 9. ex Proceſſu informatiuo Sancti Sebaſtiani Teſtis XVII. *de facto proprio*, & concordat Teſtis XXXVI. *de obſeruatione propria pag.* 75.

XXXII. Quidam Taurus indomitus ac ferox, mediante Signo Crucis Serui Dei, ſtatim innatum exuit furorem, ac humilis, & manſuetus prodigiosè euaſit. Deponit *eod. num.* 9. ex eodem Proceſſu Teſtis XXXVI. *de viſu*, Teſtis XLII. *de auditu publico à videntibus*, & ex Proceſſu Apoſtolico Teſtis XV. *ex eadem ſcientia pag.* 76.

XXXIII. Quædam Nigra, mediante Serui Dei benedictione, ſtatim obtinuit loquendi facultatem, cujus à pluribus annis erat expers, & à læthali morbo ſanata fuit. Deponit *eod. num.* 9. Teſtis XI. *de viſu pag.* 77.

XXXIV. Catharina de Eſpinoſa, quæ per octo dierum ſpatium prolem mortuam in utero gerebat, nec illam, humanis mediis incaſsùm adhibitis, emittere poterat, mediante Servi Dei Benedictione, confeſtim abſque ullo dolore fœtum enixa eſt. Deponit *eod. num.* 9. Teſtis VII. *de facto proprio, dict. pag.* 77.

XXXV. Camilla Pereyra, media patiter Servi Dei benedictione, ſtatim à morbo comitiali ſanata fuit. Deponit *eod. num.* 9. ex eodem Proceſſu Teſtis VIII. *de viſu, propriaque obſeruatione, dict. pag.* 77.

XXXVI. Nicolaus Grillo ex inulcerata in iliis plaga ad extremam vitæ periodum redactus, mediante Signo Crucis per Dei Famulum ſuprà eum facto, in inſtanti perfectam ſanitatem conſecutus fuit. Deponit *eod. num.* 9. ex eodem Proceſſu Teſtis V. *de viſu pag.* 78.

XXXVII. Petrus Aluarez Correa maximo tumore in iliis oppreſſus, nihil prorsùs proficientibus pluribus eidem adhibitis medicamentis, fuit per Genitores orationibus Servi Dei commendatus, qui pietate ductus, ſignans partem læſam ſigno Crucis, confeſtim perfectè ſanum reddidit. Deponunt *eod. num.* 9. ex Proceſſu Apoſtolico

Ebo-

Digitized by Google

Eboren. Teſtis II. ſanati Mater *de propria obſervatione*, ac Teſtis I. *de facto proprio dict. pag.* 78.

XXXVIII. Panis in Furno ex Piſtoris negligentia combuſtus benedictione Servi Dei ad ſuam perfectionem fuit miraculosè redactus. Deponit *eod. num.* 9. ex Proceſſu Apoſtolico Civitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis XV. *de viſu pag.* 79.

XXXIX. Ingens lapis marmoreus, qui ob ejus ponderis grauitatem à pluribus Viris de uno loco ad alium moueri, & aſportari minimè poterat, ad tactum manus Serui Dei ſtatim valdè leuis euaſit, ſummaque facilitate ad deſtinatum locum translatus fuit. Deponit *eod. num.* 9. ex eodem Proceſſu Teſtis XXXIII. *de propria obſervatione dict. pag.* 79.

XLI. Breuiarium, quo Dei Seruus vtebatur, in mari lapſum, miraculosè immadefactum, atque penitùs ſiccum extractum fuit. Deponit *eod num.* 9. ex Proceſſu informatiuo Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis XXIV. *ex certa ſcientia pag.* 80.

XLII. Ad vitam reuocauit quamdam Puellam mortuam in Oppido de Sanctos. Deponit eod. *num.* 9. ex Proceſſu Apoſtolico Oppidi Sancti Pauli Teſtis XVIII. *de auditu publico à videntibus eod. pag.*

XLIII. Soror Beatrix à Spiritu Sancto febri acuta laborans, benedictione Serui Dei repentè perfectè ſana è lecto proſilit. Deponit *eodem num.* 9. ex Proceſſu Apoſtolico Eboren. Teſtis IV. *de facto proprio d. pag.* 80., & concordat ibi Teſtis V. *de viſu*.

XLIV. Quidam Gentilis captiuus ſine Baptiſmo defunctus, medijs orationibus Serui Dei fuit ad vitam reuocatus, ac poſt receptum Sacrum Baptiſmum rursùs obijt. Deponunt *eod. num.* 9. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis LII. *de auditu à Genitoribus præſentibus*, & ex Proceſſu informatiuo eiuſdem Ciuitatis Teſtis VIII. *de auditu à fide dignis d. pag.* 80. *& ſeq. per tot.*

Ex tot autem, & tàm illuſtribus Miraculis, de quibus deponunt plurimi Teſtes de viſu, & certa ſcientia deſumitur argumentum nedùm fidei ſupernaturalis in gradu heroico, vt ſupra oſtẽdimus *n.* 9., ſed etiam ipſius Sanctitatis, tamquàm eiuſdem ſigna, & notæ, ſi tamen cum dictis Miraculis in vita coniungantur cæteræ Virtutes in gradu heroico, vt notat Contilorus *de Canoniz. Sanctorum cap.* 14. *num.* 16. Matta *part.* 4. *cap.* 26. *num.* 11. *in fine*, Caſtellin. *de certitud. glor. Sanctorum cap.* 8. *puncto* 24. *num.* 2. *in fine*, *& punct.* 25. *num.* 1.

De Spe.

1 SPES iuxtà Diuum Thomam 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 1. definitur, quod ſit Virtus, qua homo à Deo, vt primario, ac præcipuo auctore, æternam Beatitudinem ſperat; atque hinc conſequens fit, ſubdit idem Angelicus Doctor *art.* 4., vt hæc virtus ex toto corde reponi debeat in ſolo Deo, ad quem effectum neceſſe eſt, ſolum Deum, tanquàm vltimum finem, ſperare, reliqua verò bona creata tantummodò amare, ac ſperare, quatenùs ad bonum æternum conſequendum conducant. Vt autem hæc Virtus perfectionis culmen attingat, debet quis illam habere magna cum ſecuritate, & abſque vlla prorsùs hæſitatione, & cum quadam certitudine, quæ omnem

Digitized by Google

nem inanem timorem, ac superfluam sollicitudinem excludat iuxtà illud Apostoli ad *Timoth.* 1. *cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare vsque in illam diem*. Hac Virtute ad heroicum vsque gradum insignitus fuit noster Dei Famulus.

2 Quandoquidèm solius diuinæ Omnipotentiæ auxilijs, immensæque Dei misericordiæ, atque infinitæ liberalitati innixus cælestem Gloriam, æternamque Beatitudinem consequi sperabat; solùm vltimum finem, Deum scilicèt, æstimabat, hunc solum in omnibus suis operibus intuebatur, ac quærebat, ad illum solum omnia dicta, factaque referebat, *Summ. num.* 10. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis IV. *de visu pag.* 92. §. 1., Testis X. de *propriâ obseruatione* §. 2., Testis XV. *ex certa scientia* §. 4., Testis XXX. *de visu* §. 5., Testis XXXI. *ex certa scientia* §. 6., Testis XXXIV. *de obseruantione propria* §. 7. Testis XXXIX *ex ead. scientia* §. 8., Testis XLI. *de visu pag.* 93. §. 9., Testis IL. *de obseruatione propria* §. 11. Ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. *ex certa scientia d. pag.* 93. §. 13., ac Testis XII. *ex eadem scientia* §. 15. Hinc meritò Ven. Ioseph cum Sanctissima fœmina Iudith dicere poterat = *Spem in aliquo nunquam habui præter in te Dominum Deum meum*.

3 Ex Eminentiss. Lauræa *disp.* 32. *de Virtut. heroic. art.* 10. *pag.* 751. *nu.* 277 spes heroica parit in Sanctis, non solùm contemptum, sed horrorem Mundi, eiusque bonorum, quæ velut vitiosi finis impedimenta intuetur; quantò enim ardentiori desiderio futuræ vitæ bona optantur, tantò magis præsentis bona vilescunt, ac contemnuntur. Noster Ven. Ioseph temporalium bonorum vanitatem, & æternorum præstantiam intimè percipiens, Mundum, eiusque delicias, ac pompas non solùm despexit, & abhorruit, sed soli Deo, æternisque bonis inhians, Mundo vale dicto, Societatis Iesu institutum amplexus est, vt iam vidimus, in eoque semper præclara edidit nedùm sui, sed terrenorum honorum, ac diuitiarum contemptus argumenta, vt inferiùs *in tit. de Temperantia*, cum de profunda eius Humilitate, ac extrema Paupertate sermo habebitur, euidenter demonstrabitur. Adeò perfectè Pauli vestigijs inhæsit, qui ad *Philipp.* 3. 8. de se scripsit = *Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam*. Et in nostris terminis aduertunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Petri de Alcantara *art.* 5. §. *Tertiò spei Virtus*, S. Ludouici Bertrandi *tit. de spe* §. *hanc*, & passim in alijs.

4 Ex eodem Eminentissimo Lauræa *ibidem pagina* 753. *num* 285. *Spes heroica colligitur ex genere vitæ, quam quis profitetur, nempè ex obseruantia Legis Diuinæ, & Ecclesiasticæ exactâ, & melius ex Euangeliorum consiliorum custodia*: & rationem adducit Scacchus *de not., & sign. Sanctitat. sect.* 3. *cap.* 2. *pag.* 191. *Cum etenim*, inquit, *obiectum spei sit Beatitudo sub ratione ardui, & Christus dixerit aliquandò cuidam Adolescenti, si vis ad vitam ingredi, serua mandata; ex consequenti custodia vigilantissima diuinorum mandatorum, nec non Ecclesiasticorum Præceptorum, ac Institutorum Regularium, in quibus aliquis Dei Seruus sit professus, in quorum custodia pij viri in primis studeant se exercere adeò rigorosè, vt ne latum quidèm vnguem ab his discedant, hæc certè vigilantia ab habitu spei prouenit, quæ doctrina frequens,*

quens , & communis est Sanctorum . Noſter Venerabilis Ioſeph ita diligens , & accuratus extitit obſeruator mandatorum Dei , & Eccleſiæ , vt non tantùm deponant Teſtes ſe nihil in eo deprehendiſſe, quod ijſdem mandatis repugnaret, verùm etiam ab eo fuiſſe perfectiſſimè cuſtodita, *Summ.num.21.per tot.à pag.132. & ſequentibus.* Non minori ſtudio conſilia Euangelia Dei famulus cuſtodiuit , caſtitatem quidem *Summ.num.24. à pag.144. ad 148.* Paupertatem verò *Summ.num.28.& 29.à pag.156.ad 160.*, de quibus fuſiùs infrà diſſeremus .

5 Splendidiùs adhuc effulget heroica hæc noſtri Dei Famuli ſpes ex præſtantiſſimis aliarum Virtutum actibus , vt enim inquit D. Thomas 2. 2. *queſt.17. art.2.* obiectum ſpei , non ſolùm eſt æterna Beatitudo , ſed etiam alia bona ſupernaturalia , quæ ad illam ordinantur , eiuſdem enim Virtutis eſt tendere in finem, & tendere in media ad finem neceſſaria . Fatendum igitur eſt , excellenti , ac ſingulari ſpe noſtrum Dei Famulum donatum fuiſſe , qui , vt æternam Beatitudinis compos fieret , in heroico gradu Virtutes omnes exercuit , & coluit , vt magis ex dicendis perſpicuum fiet . Ex conſpicuis Virtutum operibus eminentem æternæ vitæ ſpem eliciunt Lauræa d.*diſp.32. de Virtut.Heroic.art.10.pag.749. num.263. & ſeqq.* Scacchus *de not.& ſign.Sanctit.ſect.3.cap.2.pag.187. & ſeq.* Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Thomæ de Villanoua penès Contilorum *pag.501.* S.Ignatij Loyolæ *part.2.tit.de Spe §.Illius argumenta* , Sancti Franciſci Xauerij *eod. tit. §.De deſpectu , verſ. & ſanè nullum* , Sancti Petri de Alcantara *part. 2.art.5 §. Primò hoc ſuadetur* , ac Sancti Philippi Benitij *tit. de firmiſſima ſpe ſub initio* .

6 Verùm iuxtà nuper laudatum Præceptorem Angelicum 2. 2. *qu.27. art.3.* non ſolùm nobis æternam Beatitudinem ſperare poſſumus , ſed etiam aliis , quatenùs illis per amorem coniuncti ſumus , eorumq; Beatitudo per Charitatem nobis propria efficitur, ſicut enim eadem eſt Charitas , qua quis Deum, & Proximum diligit , ita eadem eſt Virtus Spei , qua quis æternam Beatitudinem ſibi , & alijs ſperat . Quàm eminenti, ac heroica ſpe prædictus fuerit noſter Dei Famulus , exindè licet æſtimare , quod diuino dumtaxàt auxilio innixus pro ſalute proximi tot difficillimas res alacritèr aggreſſus fuerit , ac feliciter confecerit . In procuranda Peccatorum , atque Infidelium conuerſione nullis incommodis , ac laboribus parcebat , ſed eo maiori fiducia munitus , quo maius eſſet vitæ diſcrimen , ad Infideles eorum conuerſionis zelo impulſus , perſæpè ſe conferebat , quin fortiſſimus eius animus , aut itinerum aſperitate , quæ nudis ferè ſemper pedibus conficiebat , aut longo Maris tractu , quod tranare debebat , aut præſentis mortis imagine , quam Gentiles eidem minitabantur , percelleretur , vti ex dictis patet , magisque adhuc ex dicendis patebit . Ex quibus ſanè laboribus , ac periculis pro Dei gloria , Proximique vtilitate magnanimiter ſuſceptis heroica reſultat ſpes , nam iuxtà mentem D. Thomæ 2. 2. *qu.139.art.1.* Spes communis , habens coniunctam ſibi Fortitudinis Virtutem , poteſt quidem ſecundùm proprium , & connaturalem ſibi modum dare aliquam animi firmitatem ad ſuſtinenda quæcumque pericula , at ſola ſpes , habens ſibi annexum Fortitudinis donum , dat ſecurum

ſecuram fiduciam euadendi quæcumque pericula, ex qua fiducia oritur in eo, qui ſperat, immota in periculis ſecuritas, quæ ſpem perficit, ac in ratione Virtutis heroicæ conſtituit, qua profectò heroica ſpe inſtructus erat Apoſtolus, cum diceret 2. *ad Cor.* 1. *Non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem ſperamus, quoniàm, & adhuc eripiet.* Ex magna in Deum fiducia in laboribus, periculis, & anguſtijs heroicam ſpem adſtruunt Eminentiſſimus Lauræa *d. diſp.* 32. *pag.* 749. *num.* 264. Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Philippi Benitij *tit. de firmiſſima Spe*, §. *Eadem ſpe munitus*, ac S. Aloyſii Gonzagæ *eod. tit. poſt princip.*

7 Singularis hæc Venerabilis Ioſephi in Deum ſpes, ac fiducia miris prodigijs diuinitùs comprobata fuit. Cum quidam ſui Ordinis Religioſus aliò transferre deberet, ac plurimùm dubitaret, nè merces in naui negligentiùs diſpoſitæ eiuſdem Nauis deperditioni cauſam præberent, Dei Famulus viua ſpe munitus certò affirmauit, quod ad deſtinatum portum tutò peruenirent, vt euenit, non obſtante temporis inconſtantia. Deponit præſenti *Summario num.* 10. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Olindæ Teſtis I. *de facto proprio pag.* 93. §. 16. Effectus pariter eiuſdem viuæ ſpei cenſeri debent plures Annonæ mirabiles ſubminiſtrationes pro ſuorum Religioſorum alimento, de quibus *eod. nu.* 10. deponit ex dicto Proceſſu Teſtis XI. *de viſu, & obſeruatione propria pag.* 94. §. 17. Hac eximia mediante fiducia pluriès, plurièsque, cum per loca deſerta iter faceret, omniumque rerum inopia laboraret, ſibi, ſuisque Socijs alimentum prodigioſè ſubminiſtrabatur, vti ex Proceſſu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli firmat *de propria experientia* Teſtis I. eiuſdem Serui Dei Socius *d. pag.* 94. §. 18. Non ſemel poſt diſtributas Pauperibus cuntas eleemoſinas, quas quæſtuando collegerat, neceſſaria pro victu à Fidelibus eidem mirabiliter ſuppeditabantur, vti deponit ex eodem Proceſſu Teſtis IV. *de viſu, propriaque experientia* §. 19. Demùm cum ex acri pedum dolore, febrique oppreſſus lecto detineretur, concepta ingenti fiducia, quod ſi ad quamdam Ædiculam Dominæ noſtræ de Scala deportaretur, ſanus, ac liber euaderet, illùc ſe tranſportari curauit, ac ſtatim non ſine euidenti Miraculo perfectam ſanitatem adeptus fuit, vt ex Proceſſu informatiuo Bahyen deponit *de viſu, propriaque obſeruatione* Teſtis VII. *pag.* 94. *in fine, & pag.* 95. *in principio.*

8 Ex ijs, alijſque quamplurimis Prodigijs in vita per noſtrum Dei Famulum ex maxima fiducia editis, heroica in Deum Spes colligitur; vndè Ioannes à Cruce nuper in Sanctorum albo relatus dicere ſolitus erat = *O Spes Cæleſtis, quæ tantum obtines, quantum ſperas* = vti refert Pater Philippus à Sanctiſſima Trinitate *Theolog. Myſt. part.* 3. *Tractat.* 2. *art.* 2. *pag.* 373., & confirmant Eminentiſſimus Lauræa *citat. diſp.* 32. *art.* 10. *num.* 264. *ad fin. pagin.* 950., ac latiùs Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Eliſabeth Reginæ Portugalliæ *tit. de Spe* §. *Vlterius*, Sancti Iſidori Agricolæ *art.* 3. §. *Quod demonſtratur & ſeqq.*, Beati Petri Regalati *eod. tit.* §. *Hancque*, ac Venerabilis Ancillæ Dei Ioannæ à Cruce *artic.* 2. §. *Eandem Spem*, & ſæpè in alijs.

Digitized by Google

9 Quamobrèm cum Dei Famulus toto vitæ tempore in omnibus ſuis operibus ſolùm vltimum finem intuitus ſit, bonorumque æternorum Spem in oculis ſemper gerens, terrena bona non ſolùm contempſerit, ſed abhorruerit, Dei, & Eccleſiæ mandata, atque Euangelica Conſilia accuratiſſimè cuſtodierit, Virtutes omnes, quibus veluti præſidijs æterna vita comparatur, in ſummo gradu exercuerit, cæleſtemque Beatitudinem ſuis Proximis omni ope procurare ſtuduerit, in eaque procuranda ſoli diuino innixus auxilio ingentes labores, ac grauiſſima pericula conſtanter, ac magnanimiter ſubierit, ac demùm Fiduciam Prodigiorum operatricem præſetulerit, negari nullo pacto poteſt, quin eius in Deum Spes ſupremum, ac heroicum gradum attigerit, ac proindè de noſtro Ven. Ioſepho, ea verba Dauidis *Pſalm.39.5.* meritò vſurpare poſſumus: *Beatus Vir, cuius eſt nomen Domini Spes eius*:

De Charitate in Deum.

1 CHaritas, qua Deus propter ſe, Proximus verò propter Deum, vel in Deo diligitur, eſt Virtus omnium præſtantiſſima, cum ſupremam perfectionem, & excellentiam reliquis Virtutibus tribuat, & per eam maximè homo Deo coniungatur iuxtà illud *Epiſtol.1. Ioan.4.*, *qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Idcircò Charitas ab Apoſtolo *ad Coloſſ.3.* vocatur *vinculum perfectionis*; quem locum explicantes S. Ioannes Chriſoſtomus, Theodoretus, Theophilactus, D. Anſelmus, alijque, eſt, inquiunt, vinculum, quod reliquas Virtutes ligans, & continens, hominem reddit perfectum; Sicut enim humanus Spiritus partes corporis, humores, ſenſuſque ligat, alioquì facilè dilapſuros, ità Charitas, Virtutum imperatrix, reliquarum Virtutum corpus ſine illa ſtatim diſſoluendum quaſi connectit, atque conſtringit. Quamuis autem non alia Charitas diligat Proximum, quàm quæ diligit Deum, & qua Charitate Proximum, ipſa Charitate diligamus & Deum, vtì ponderat Sanctus Auguſtinus *Serm. de Domin. poſt Aſcenſion.*, tamen de vnaquaque ſeorſim agendum eſt, ac primò quidem de Charitate in ordine ad Deum, deindè in ordine ad Proximum, & in vtraque ſummum heroicitatis apicem noſtrum Venerabilem Dei Famulum attigiſſe, pluribus, ijſque firmiſſimis argumentis planum fiet.

2 Primum ardentiſſimæ eius Charitatis in Deum argumentum præſtat ingens, quo flagrabat, diuinæ gloriæ Zelus. Docet D. Thomas *2.2.quæſt.27. art.2.* beneuolentiam eſſe actum voluntatis, quo ſic amamus aliquem, vt ei bonum velimus; non poſſumus autem vllum Deo bonum, niſi ipſius gloriam, quæ potiſſimùm in eo conſiſtit, vt ab hominibus cognoſcatur, ametur, & colatur. Noſter Ven. Ioſeph in procuranda Dei gloria toto vitæ tempore diligentiſſimè, & alacriter inſudauit. Omnes in Dei amorem, ac veneration rapere totis viribus enitebatur, idque tùm in priuatis colloquijs, tùm in publicis Concionibus tanto ardore præſtabat, vt eo diuini amoris igne, quo ipſe inflammabatur, audientes etiam incenderet, *Summario num.11.* ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis San-

cti

Digitized by Google

cti Sebastiani Testis II. *de propria obseruatione pagin.* 95. §.11. Testis IV. *ex certa scientia* §.3. Testis XX. §.5. *&* 6. Testis XXX. §.8. *&* 9. Testis XXXVII. §.10. *&* *pag.*96. §.11. *de visu*, Testis XXXIX. *ex eadem scientia* §.12. *&* 13., Testis XLII. §.14., Testis XLVI. §.16. *&* 17., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis I. *ex publico auditu d. pagin.*96. §.18. *&* 19., Testis VIII. §.20. *&* 21., Testis XI. §.22. *&* 23., Testis XII. §.24., Testis XV. *pag.*97. §.26. *&* 27.. Vt omnes in Dei, ac Beatissimæ Virginis amorem, & Cultum traheret, plures edidit spirituales hymnos, & cantiunculas, quæ palàm in vicis, ac Plateis à Fidelibus decantabantur ingenti omnium ædificatione, ac solatio; atque hinc factum fuit, vt sublatis è medio prophanis, atque amatorijs carminibus, quibus vt plurimùm ad vitia allicitur animus, maior Dei gloria suborta fuerit, *Summario eod. num.*11. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis XX. *ex certa scientia pag n.*95. §.6., & ex Informatiuo ciusdem Ciuitatis Testis XXVI. *pagin.*97. §.28., Testis XXVII. *ex certa scientia* §.29., Testis XXVIII. *ex eadem scientia* §.30. Testis XXIX. *de visu* §.31., Testis XXX. *de propria obseruatione pag.*98. §.32., Testis XXXI. *de certa scientia* §.33., Testis XXXIII. *de visu* §.34., Testis XXXIV. *de propria obseruatione* §.35.. De hoc autem studio diuinæ gloriæ Prophetícus Psaltes *Psalm.* 33. 4. cecinit = *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in id ipsum* = vbi Glossa Interlinearis notat = *Ex feruore Charitatis hoc dicit* = Et Sanctus Gregorius *Hom.*22. *in Ezechiel.* scribit = *Sancti nec viuunt, nec moriuntur, quià per omne, quod agunt, ad lucra Spiritualia anhelant, atque orando, prædicando, Sanctis operibus insistendo Cælestis Patriæ Ciues multiplicare desiderant.* Et firmant Rotæ Auditores in Relationibus Canonizationum Beati Petri Regalati *tit. de Charitat. in Deum* §. *Eumdem*, Sancti Philippi Benitij *eod. tit.* §. *Tertiò quia*, Beati Gregorij X. *tit. de Immens. Charit.* §. *Tertiò vehemens*.

3 Ex beneuolentiæ amore, subdit D. Thomas 2. 2. *quæst.*28. *art.*1. sequitur tristitia *propter hoc quod amatum, cui bonum volumus, suo bono priuatur, aut aliquo modo deprimitur, eiusdem enim rationis est gaudere de aliquo bono, & tristari de ijs, quæ ei repugnant.* Noster Vener. Ioseph diuinæ gloriæ Zelo inflammatus acerbissime cruciabatur ex flagitijs, quibus Diuinam Maiestatem offendi, aut videret, aut intelligeret, *Summario eod. numer.*11. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis II. *de visu pag.*95. §.12., Testis IV. *ex certa scientia* §.4., Testis XX. §.7. Testis XXX. §.9., Testis XXXVII. *de propria obseruatione pagin.*96. §.11., Testis XXXIX. *de visu* §.13., Testis XLII. §.15., Testis XLVI. §.17., & ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis I. *dicti pagin.*96. §.19. Testis XI. §.23. Testis XII. §.24. ac Testis XV. *pag.*97. §.27. Idem experiebatur Apostolus *ad Roman.*9., inquiens = *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor*; qui fanè dolor acerrimus ex Diuinæ Gloriæ Zelo ortum ducit, *Zelus enim*, vt inquit D. Thomas 2. 2. *quæst.*28. *art.*4. *ex intensione amoris prouenit, qui enim hunc Zelo comeditur, quælibet praua, quæ viderit, corrigere satagit, si nequit, tolerat, & gemit.* Et similes hosce actus excellentes Charitati adscribunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Ioannis de Deo *tit. de Charit.* §.4. Sancti Aloysij Gonzagæ *eod. tit. sub* §. *Rursus*.

4 Sin-

Digitized by Google

4 Singularis hæc in Deum amoris intensio in Venerabilis Ioſephi animum non ſolùm de diuinis offenſis triſtitiam, ac dolorem inuexit, verùm ad eaſdem impediendas eius Zelum mirificè inflammauit. *Intenſus amor*, inquit D. Thomas loco mox citato *quærit excludere omne, quod ſibi repugnat, & quantò fortior eſt amor, tantò fortius repellit omne contrarium, vel repugnans, quia ſcilicèt amor amicitiæ quærit bonum amici; vndè quando eſt intenſus facit hominem moueri contrà omne illud, quod repugnat bono amici; Et ſecundum hoc aliquis dicitur zelare prò amico, quando ſi qua dicuntur, vel fiunt contra bonum Amici, homo repellere ſtudet; & per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare prò Deo, quando ea, quæ fiunt contra honorem, vel voluntatem Dei, repellere ſecundum poſſe conatur, ſecundùm illud 3. Reg. 19. Zelatus ſum prò Domino exercituum, & Ioan. 2. Zelus Domus tuæ comedit me.* Venerabilis Ioſeph hoc Zelo accenſus, ac Fortitudinis Dono corroboratus nihil prorsùs intentatum reliquit, quò diuinas offenſas impediret. Quæque vitia ſicut ipſe incredibili odio proſequebatur, ita tum in priuatis admonitionibus, tùm in publicis Sermonibus acriter inſectabatur, tantuſque inerat eius verbis feruor, ac tanta vis, vt innumeros propè Peccatores ad pœnitentiam reuocarit. Diuinæ Gloriæ Zelo abreptus eius animus nullis laboribus, incommodis, erumniſque deterreri vnquàm potuit, quin Peccatores inquireret, immò quæcumque pericula magnanimitèr contemnebat, ac non ſemel in vitæ diſcrimen adductus eſt, quod præſertim contigit, cum ad Gentiles ſe contulit, vt duos Chriſtifideles, qui cum ſuis Vxoribus ad eos confugerant, ibique ſceleratam atque impiam vitam agentes, eorum ſuperſtitioſos mores rituſque ſectabantur, ad veritatis viam, ac pœnitentiam redigeret, ſicuti obtinuit, *Summario num.* 12. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis XXXVII. *de propria obſeruatione pag.* 99. §. 3. Teſtis XXXIX. *ex certa ſcientia* §. 5. Teſtis XL. *de viſu* §. 7. Teſtis XLI. *ex eadem ſcientia pagin.* 100. §. 9., & ex Proceſſu Apoſtolico Oppidi Sancti Pauli Teſtis III. *eadem pagin.* 100. §. 11. Teſtis VII. §. 15., & ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Olindæ Teſtis II. Serui Dei Socius ſub §. 17., & ex Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis II. *de auditu publico pagin.* 101. §. 23. Teſtis III. *ex certa ſcientia pagin.* 102. §. 26. Teſtis XI. *de viſu* §. 31., ac Teſtis XXXVII. *de publica voce, & fama pagin.* 103. §. 35. Ex Eminentiſſimo Lauræa *diſp.* 32. *de virtut. heroic. art.* 6. *pagin.* 732. *numer.* 156. impulſus diuinus facit, vt Vir heroicus, vbi videt Deum offendi, nulla interpoſita mora, nullaque conſiderata difficultate, ex Dono Fortitudinis ſtatim in peccatum acriter inſurgat etiam cum vitæ diſcrimine, huiuſque generis Heroes vocantur diuini Viri, quià toti à Deo mouentur, vt de Sancto Paulo legitur *Actor.* 17. 16. *Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, videns Idololatriæ deditam Ciuitatem.*

5 Profectò noſter Venerabilis Ioſeph in diuinæ gloriæ Zelo fuit egregius D. Pauli imitator; cum enim loca Idololatriæ dedita inueniretur, eius Spiritus vehementer incitabatur. Nunc nihil motus itinerum aſperitate, nihil periculorum difficultate, nihil etiam imminentis mortis imagine perterrefactus, diuino ſe ducente Numine, ad ea loca ſeſe conferebat, vt Infidelium animas impijs obru-

tas

Digitized by Google

tas erroribus Euangelica luce perfunderet, & ad Dei cognitionem redigeret. Qua in re vacuus non fuit eiusdem labor, adeoùt de ipso etiam verificari contingat, quod de D. Paulo legitur *ibidem, vers.* 12. *Multi crediderunt ex eis, & Mulierum Gentilium honestarum, & Viri non pauci, Summario eodem numer.* 12. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis III. *pag.* 99. §. 1. Testis XIV. *ex certa scientia* §. 2. Testis XXXVII. *de visu* §. 3. ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis VII. *pag.* 100. §. 16. ex Processu Informatiuo Ciuitatis Olindæ Testis II. eiusdem Serui Dei Socius *dict. pag.* 100. §. 19., & ex Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis IV. *de propria obseruatione pagin.* 102. §. 27., Testis VIII. *de visu* §. 29. Testis XI. *ex certa scientia* §. 30., Testis XXII. *de visu pag.* 103. *sub* §. 33.; Atque ex his dignoscitur in nostro Vener. Dei Famulo perfecta illa Charitas, de qua loquitur Apostolus Ioannes *Epist.* 1. *cap.* 4. *Timor non est in Charitate, sed perfecta Charitas foras mittit timorem.* Crescit adhuc sublimiùs hæc Charitatis perfectio, ex quo noster Dei Famulus Diuinæ gloriæ procurandæ non quidem breui temporis spatio, sed toto vitæ cursu, per quadraginta scilicèt, & vltrà annos vacauit, tanta amoris vehementia, vt nihil eorum, quæ ad conseruandam vitam sunt necessaria, curaret, vti ex toto Summario passim constat, & videbimus infrà, cùm sub Titulo Fortitudinis de eius in bono perseuerantia incidet sermo. Quod assiduum, ac flagrantissimum diuinæ gloriæ studium, iuxtà D. Thomam, perfectam Charitatem præsefert, quæ non est communis omnibus Charitatem habentibus. Sic enim inquit 2. 2. *quæst.* 24. *artic.* 8. *In hac vita habetur perfectio Charitatis, quandò homo omne studium suum deputat ad vacandum Deo, & rebus diuinis, prætermissis aliis, nisi in quantum necessitas vitæ præsentis requirit, & ista est perfectio Charitatis, quæ est possibilis in via, & non est communis omnibus Charitatem habentibus.*

6 Alterum, & quidem certiùs, ac evidentius heroicæ in Deum charitatis argumentum est Martyrium, ac Martyrii desiderium, ut enim inquit Christus Dominus *Ioann.* 15. *Majorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis prò amicis suis.* Et S. Bonaventura *Mortem*, inquit, *pro Christo desiderare, morti se pro Christo exponere, actus est charitatis perfectæ, in Apol. Paup. respons.* 2. *par.* 1. *art.* 1. Ingens huiusmodi desiderium subeundi prò Christo Martyrii tùm verbis, tùm factis manifestauit Vir Dei. Verbis quidem, dum diuino incensus amore frequenter repetebat: *Quid aliud volumus, nisi vitam prò animis subuenientibus dare, & prò hoc vitam exponere?* vt de auditu immediato deponit ex Processu Informatiuo Ciuitatis Olindæ Testis II. eius Socius *dict. num.* 12. *pag.* 100. §. 18. Factis etiam satis evidenter ostendit, dum sæpissimè huiusmodi excitus desiderio ad Gentiles se conferebat, ac vitæ prodigus nihil imminentium periculorum metu frangebatur, nec semel accidit, quòd arctis funibus ab iisdem Gentilibus constrictus, obscuro carcere ad plures menses detentus fuerit, parumque defuit, quin mors eidem, ut maximè erat in votis, inflicta fuerit, *Summ. eod. num.* 12. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis III. *pag.* 99. §. 1. Testis XXXVII. *de visu* §. 4., Testis XXXIX. *ex certa scientia* §. 6., Testis XLI. *de propria obseruatione pag.* 100. §. 10. ex Processu Apostoli-

stolico Oppidi S. Pauli Testis III. §.12., Testis IV. §.14., Testis VII. §.16. ex Processu Informativo Ciuitatis Oſindæ Testis II. Serui Dei Socius *ead. pag.*190. §.17.; & ex Informativo Ciuitatis S. Sebastiani Testis I. *de auditu à videntibus pag.*191. §.20., Testis II. *ex certa scientia* §.21., Testis III. *ex eadem scientia pag.*192. §.25. Testis IV. *de visu* §.27., Testis VI. *ex certa scientia* §.28., Testis VIII. *de visu* §.29. Testis XI. *de propria observatione* §.30., Testis XXI. *de visu pag.*193. §.32., Testis XXII. *ex certa scientia* §.23., ac Testis XXXVII. *ex eadem scientia* §.34.

7 Nullo igitur pacto dubitari potest, quin nostri Vener. Ioſephi ergà Deum charitas ſupremum heroicitatis gradum attigerit, quandoquidèm totiès paratus fuit, & optauit prò Christo mori, totiès in apertum prò Christo moriendi discrimen alacri, libentique animo ſe commisit, & à Gentilibus duriora quæquæ vincula, & carceres cum incredibili fortitudine expertus fuit, adeoùt de nostro Dei Famulo jure possimus id vſurpare, quod olim Sanctus Ioannes Chriſoſtomus *Hom.*1. *de Laud. S. Pauli* dicebat = *ſemetipſum Deo per ſingulos dies immolabat.* Asserit Scacchus *de not.,& ſign.ſanctitat.ſect.*2, *cap.*4. *pag.*140. actum, quo quis vult mori prò Christo, procedere à charitate, qua major dari nequeat; & Clemens Alexandrinus *lib.*4. *Stromat.* dicit, Christum docuiſſe ſummum virtutis eſſe propter charitatem in Deum mortem contemnere; ac per priùs Sanctus Auguſtinus *Serm.*6. *in epiſt.*1. *Ioan. Hæc eſt*, inquit, *perfectio charitatis, & maior omninò inueniri non poteſt*, redditque rationem Doctor Angelicus 2. 2. *quæſt.*124. *art.*3. ibi = *Quia tantò magis oſtenditur aliquis rem amare, quantò prò ea rem magis amatam contemnit, & rem magis odioſam eligit; intèr omnia bona maximè amat homo hanc vitam, & è contrario maximè odit ipſam mortem, & conſequenter voluntas moriendi prò Christo eſt inter cæteros actus humanos perfectior, quaſi maximæ charitatis ſignum.*

8 Tertium heroicæ in Deum charitatis argumentum præſtat ardentiſſimum Orationis ſtudium, & continua divinarum rerum contemplatio; & rationem tradit Sanctus Gregorius Magnus *in Pſalm.*3. *Pœnitent. verſ.*9. inquiens = *Qui Deum amat, ipſum ſolùm deſiderat, qui autem deſiderat, ad ipſum cordis voce clamare non ceſſat.*; ac Sanctus Laurentius Iuſtinianus *in Lign. Vit. Tractat. de Orat. cap.*2. *in fin.*, *Oratio* inquit, *eſt charitatis incentivum, & ignitum affectionum receptaculum.* Oratio autem heroica dicitur illa, quæ ſemper in Dei præſentia ſiſtit, & nunquam deficit, vt dicitur *Eccleſiaſt.*18. *ne impediaris orare ſemper*, & *Luc.*18. *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere*; & *ad Colloſſenſ.*4. *Orationi inſtate, vigilantes in ea*; & 1. *ad Theſſal.*5. *ſine intermiſſione orate.* Per Orationem enim non ſolùm pars cognoſcitiva inutilibus purgatur cogitationibus, & efficacitèr divina impetrantur auxilia, ſed per illam cæleſtium acquiritur cognitio, vndè exigitur continua Oratio, vt mens ſolùm Divina Myſteria contempletur, Deo adhærat, & in ipſo perſiſtat. Atque ob id Sancti Patres, ſacrique Interpretes ſummis laudibus Sanctiſſimum Prophetam Eliam extollunt, qui in continua Dei præſentia conſtitutus illud jugitèr proferebat =, *Vivit Dominus, ante quius conſpectum ſto.*

Digitized by Google

9 Noſter Venerabilis Ioſeph orationi ſemper intentus, velut alter Elias, ſe continuò per orationem Deo præſentem exhibebat, & in continua oratione perſiſtebat. Quidquid ſibi temporis vel ab operibus Charitatis in proximum, vel ab exercitio munerum ſuæ Religionis ſupererat, id totum orationi tribuebat; noctes verò, vnius horæ ſomno contentus, inſomnes tranſigebat, vt diuinarum rerum contemplationi vacaret, idque ſubmiſſis ſemper genibus præſtitit, adeòut ex hac cauſa duriſſimos in eis callos, tumoreſque contraxerit. Quàm verò feruens eſſet eius Oratio, ſatis apertè declarabant frequentes lacrymæ, ac dulciſſima ſuſpiria, in quæ ſæpiùs interni amoris vi compulſus erumpebat, quibus quidem ſuſpirijs, ac lacrymis incendium, quo æſtuabat, ſe ſe manifeſtè prodibat, iuxtà D. Auguſtinum *tom.* 4. *de ſalut. docum.* ibi = *Vbi fuerint lacrymæ, ibi ſpiritualis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat*, *Summar. Numer.* 13. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis VI. *de viſu pagin.* 103. §. 1., & 3., Teſtis XIV. *de propria obſeruatione pagin.* 104. §. 5. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Olindæ Teſtis I. *ex certa ſcientia dict. pagin.* 104. §. 6., & 7.; ex Proceſſu Informatiuo eiuſdem Ciuitatis Teſtis II. *de obſeruatione propria* §. 10., & ex Informatiuo Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis III. *de viſu dict. pagin.* 104., & *ſeq.* §. 11., & 12. Teſtis VI. *de obſeruatione propria pagin.* 105. §. 13., Teſtis VIII. *ex eadem ſcientia* §. 14., Teſtis IX. *de viſu* §. 15., Teſtis XVI. *de propria obſeruatione* §. 16., Teſtis VI. *ex certa ſcientia* §. 17., Teſtis XXX. *ex diuturna cum Dei Famulo conſuetudine pagin.* 106. §. 19., & ex Informatiuo Oppidi S. Pauli Teſtis I. *de viſu dict. pagin.* 106. § 24., & 25., Teſtis III. *de obſeruatione propria* §. 28., & 29., Teſtis IV. *de viſu pag.* 107. §. 30., & 31., Teſtis XIV. *ex eadem ſcientia* §. 33., & ex Informatiuo Bahyen. Teſtis II. *eadem pagin.* 107. §. 34., & 36. *de propria obſeruatione*.

10 Nec ab huiuſmodi aſſiduo orandi ſtudio diuelli poterat etiam dùm iter ſeù Terra, ſeù Mari peragerat. In mari quidem ſæpiſſimè viſus fuit, cum alij ſomno indulgerent, ſuperiorem nauis tabulatum aſcendere, ibique in genua prouolutus totam ferè noctem in diuinarum rerum contemplatione tranſigere, quin aut pluuiæ decidentis vi, aut ventorum rabie dimoueretur, *Summar. dict. numer.* 13. ex Proceſſu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Teſtis XIV. *de viſu pagin.* 107. §. 32. ex Proceſſu Informatiuo Bahyen., Teſtis II. *de propria obſeruatione dict. pagin.* 107. §. 38., & *Summar. numer.* 14. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani, Teſtis XXIV. *de viſu pagin.* 109. §. 4. Quotiès autem Terra iter haberet, adeò intimè cum Deo vniebatur, vt in extaſim raptus, viam, quamuis annis grauior, tam celeri curſu voraret, vt ab Angelis per aera deportari videretur. Illudque eius orationis efficaciæ tribui debet, quod cum per campos quadam nocte graderetur, ingenteſque propè quandam paludem clamores auditi fuiſſent, ſtatim ac cum ſuo Socio pro purgantibus Animabus Orationem Dominicam quinquiès recitauit, clamores illi ceſſarunt, *Summar. eod. Num.* 13. ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis VI. *de viſu pagin.* 105. *ſub* §. 13., Teſtis IX. *de propria obſeruatione ſub* §. 15., Teſtis XXXIII. *de viſu pagin.* 106. §. 23., ex Proceſſu Informatiuo

Digitized by Google

Oppidi Sancti Pauli Teſtis I. *de viſu dict. pagin.* 106. §. 26., & ex Proceſſu Informatiuo Bahyen. Teſtis II. eiuſdem Serui Dei Socius *pagin.* 108. §. 42.

11 Quodcumque opus aggrederetur, anteà ſemper prono genu Deum oratione conſulebat, & cum Prælati munere fungeretur, nullam ſuis ſubditis pœnam imponere conſueuerat, niſi priùs Patrem luminum oraſſet. Tanta demùm in omnibus ſuis operibus reſplendebat eius animi cum Deo vnio, vt etiam cum in ſuis infirmitatibus remedia præberentur, nec leuitèr à diuinarum rerum meditatione dimoueretur, vti ex Proceſſu Informatiuo Bahyen. deponit *de viſu, propriaque experientia* Teſtis II. *eod. num.* 13. *pag.* 107. §. 35. & 37. Quamobrem fateri neceſſe eſt, noſtrum Dei Famulum in Orationis ſtudio ſublimiter ac heroicè excelluiſſe, proindèque ſublimem pariter, atque hæroicam eius in Deum Charitatem extitiſſe; vndè Sanctus Ioannes Chryſoſtomus in *Act. Apoſt. cap.* 22. *Homil.* 26. *Magni*, ait, *Amoris indicium Oratio, & lib.* 1. *de Orand. Deum* inquit = *Vbi quem conſpexero inſatiabilitèr adhærentem vultui diuino, idque in ſummis damnis numerantem, ſi non continentèr orauerit, conjecto talem omnis Virtutis eſſe mediatorem, ac Dei Templum.* Atque ex aſſidua, feruentique Oratione hæroicam Charitatem euinci, tradunt Scacchus *de not.*, & *ſign. Sanctit. ſect.* 3. *cap.* 4. *pagin.* 345., Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Franciſci Borgiæ *part.* 2. *artic.* 2. *ſub* §. *Quod autem*, ac Ven. Ancillæ Dei Catharinæ Ricciæ *titul. de Charitat.* §. *Primò aſſidua*, & alibi paſſim.

12 Quartum heroicæ in Deum Charitatis argumentum, ex quo firmiùs adhuc apparet, Ven. Ioſephum intimè Deo vnitum ad ſupremum Contemplationis gradum peruenisſe, ſuppeditant Extaſes, ac Raptus, cæteraque ſupernaturalia Dona, quibus à Diuina Bonitate largiſſimè fuiſſe ditatum, probauimus ſuprà ad Titulum Fidei, & fuſiùs adhuc inferiùs de Donis ſupernaturalibus agendo manifeſtum fiet. Quod ad Raptus, & Extaſes ſpectat, ex ijs perfectam cum Deo vnionem, ac vehementiſſimum amorem deprehendi, docemur ex illo aureo dicto Sancti Dionyſij *de Diuin. Nomin. cap.* 4., ibi = *Extaſim facit Amor* = & tradit Angelicus Præceptor 2. 2. *quæſt.* 175. *artic.* 3. *ad* 1. ibi = *Animam perfectè Charitatis vinculo copulatam Spiritu Diuino ad ſupernaturalia eleuari, & ad altiſſimam Diuinæ eſſentiæ contemplationem pertingere cum abſtractione à ſenſibilibus* = Proindèque ex illis Charitatis heroicitatem adſtruunt Scacchus *de not.*, & *ſign. Sanctit. ſect.* 8. *cap.* 3. *pagin.* 609., & 613. Eminentiſſimus Lauræa *diſp.* 32. *de Virtut. Heroic. art.* 11. *num.* 327. & *ſeqq.* Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Petri de Alcantara *part.* 2. *art.* 14., S. Philippi Nerij *part.* 2. *tit. de Charit. in Deum ſub init.*, & *tit. de Rapt.*, & *Extaſ.*, S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *tit. de Mirac. ſub* §. *Mirac. in vit.*, ac Beati Petri Regalati *tit. de Charit. in Deum ſub* §. *Eiuſdem.*

13 Venerabilis Ioſeph vel oraret, vel Sacrum celebraret, in altiſſimam diuinæ eſſentiæ, rerumque diuinarum contemplationem adeò rapiebatur, vt frequentiſſimè viſus fuerit non ſinè ingenti omnium admiratione à ſenſibus alienatus, & in extaſim raptus ſuprà terram ad duos, & tres etiam palmos eleuari. Tanta Extaſum, ac

Raptuum

Digitized by Google

Raptuum frequentia, quibus erumpente ex animo Diuini amoris vi, Dei Famuli Corpus in aera fustollebatur, ipsosmet Gentiles innata immanitate barbaros, ac feroces in admirationem traxerat, adeoùt cùm ab ijsdem captiuus detineretur, ex hisce miris Prodigijs fuerit in libertatem restitutus. De hac Exctasum, ac Raptuum frequentia, singulos referentes casus, deponunt Testes *Summario Numer.* 14. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XIV. *de visu pagin.* 108. §. 1., & 2., Testis XIX. *de auditu à videntе pagin.* 109. §. 3., Testis XXIV. *de visu* §. 4., & 6., Testis XXVIII. *ex auditu publico* §. 7., Testis XXXIV. *de propria experientia pagin.* 110. §. 8., Testis XL. *de auditu à præsente* §. 9., & 10., Testis XLIV. *ex eadem scientia* §. 11., Testis L. *de auditu publico, & de visu respectiuè, pagin.* 111. §. 14., & 15., ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis III. *de auditu à videntе dict. pagin.* 111. §. 16., ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis VI. *de propria obseruatione* §. 17., Testis VIII. *de auditu publico à videntibus* §. 18., Testis IX. *ex eadem scientia* §. 19., Testis X. *de visu pagin.* 112. §. 21., Testis XV. *de auditu à Socio Serui Dei* §. 22., Testis XVIII. *de visu* §. 23., ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis V. *de auditu à præsente* §. 24., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu à videntibus, pagin.* 114. §. 25., & 26., Testis XX. *de visu* §. 27., ac Testis XXVI. *de propria obseruatione* §. 28., pluresque alij mirabiles casus referuntur à Testibus *Summ. Num.* 13. *à pag.* 103., *& seqq.*

14 Hujusmodi Ectasibus, ac Raptibus frequentiùs ditati fuerunt plures Sancti, præsertim qui rerum diuinarum contemplationi feruentiùs vacarunt. *Surius tom.* 4. *pag.* 304. de S. Maria Magdalena hæc retulit = *Omni autem euoluto die, Angelorum adfuere militiæ, & me tam sublimem in aera sustulerant, vt cælestes audiuerim resonare melodias* = Cassianus *Collat.* 19. *Cap.* 4. Personam Abbatis Ioannis ità loquentem introducit = *Itaque pro Domini nostri munere memini me in hujusmodi raptum frequenter excessum, vt obliuiscerer me Sarcina corporeæ fragilitatis indutum, mentemque meam ità omnes exteriores sensus subitò respuisse, & à cunctis materialibus rebus exulasse, vt neque oculi, neque aures meæ proprio fungerentur officio, & ità diuinis meditationibus theoriis animus replebatur.* De S. Petro de Alcantara Auctor Vitæ *lib.* 4. *cap.* 11. *pagin.* 197. inquit = *Succedunt Raptus, & Ectases, succedit illa mirabilis per aera transportatio, qua Corpus, graue licèt, animæ feruentis motibus rapitur: Operarius tanti effectus est misericors Dominus, qui hujusmodi gratiam nisi viris summè contemplatiuis concedere. Dedit eam S. Theresiæ, & largitus S. Petro de Alcantara, itaùt orans in Choro, & in Dei contemplatione absorptus vsque ad loquearia Spiritus ferretur ardore, aliquando ab Horto ad Ecclesiam subito impetu ducebatur; Sæpè coràm Cruce lignea orans, brachiis in modum Crucis extensis, multùm suprà terram euectus omnium transeuntium admirationem mouebat.* Surius in Vita S. Thomæ Aquinatis *tom.* 2. *pagin.* 73. *Admiranda fuit Sancti Virì in eo orandum animi pietas, ac deuotio, cum se daret rerum diuinarum contemplationi, adeò persæpè visus est mente in Deum sublimiter excessisse, vt Corpus pariter in aere suspensum videretur.* A pluribus referendis supersedemus, cum cæteroquin in Sanctissimis Fœminis ob-

Digitized by Google

via sint quamplurima exempla Matildæ, Luitgardæ, Brigittæ, Geltrudæ, Catharinæ Senensis, Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Theresiæ, ac Margaritæ Cortonensis.

15 Ex hisce quatuor argumentis plenè probatis credimus de sublimi, & heroica Ven. Josephi in Deum Charitate satis liquidò constare, supereſſent adhuc plura, ex quibus eadem charitas magis, magisque comprobari posset, vtì feruentissima Deuotio, qua rem Sacram conficiebat, atque augustissimam Eucharistiam venerabatur, de qua S. Augustinus *tract. 25. in Ioann.* exclamat = *O Sacramentum pietatis, ò signum Vnitatis, ò vinculum charitatis* =, exactissima mandatorum Dei, & Ecclesiæ obseruantia, de qua *S.* Bonauentura *de Sept. Itiner. æternit. itiner. 4. dist. 4. art. 2. signum charitatis est studiosa mandatorum Dei obseruatio; ratio est, quia obseruatio verè sinè charitate fieri non potest* =, asperrima propriæ carnis maceratio, de qua S. Gregorius *lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. Potenter Corpus extenuat, qui amore cælestium cor inflammat, quia dum Spiritualia fortitèr diligit, desideria carnis valentèr premit* = Verùm cùm de iis infrà agendum sit, breuitati consulendo nunc omittimus, cum præsertim ex iis, quæ statim de heroica ejus in Proximum charitate dicenda sunt, heroica in Deum Charitas mirificè illustretur; vtraque enim ex eodem fonte dimanat, vndè S. Gregorius *Moral. 7. cap. 10.* inquit = *Per amorem Dei amor Proximi gignitur, & per amorem Proximi amor Dei nutritur.*

De Charitate in Proximum.

1 CVm duo sint, in quibus pendeat vniuersa Lex, & Prophetæ, sicuti *Matth. cap. 22.* dixit Christus Dominus, Dei scilicèt, ac Proximi Dilectio; supereſt modò, vt postquam de heroica Venerabilis Iosephi in Deum Charitate diximus, de heroica ejusdem in Proximum charitate disseramus. Hæc autèm charitas, D. Thomæ Teste *2. 2. quæst. 32. art. 2.* respicit Proximi miserias tùm spirituales, tùm Corporales, ideòque potissimum in eo versatur, vt quia opera misericordiæ tàm Spiritualia, quàm Corporalia in sui Proximi vtilitatem exerceat. In omnibus hisce operibus eminenti prorsùs, ac heroico modo se gessit noster Venerabilis Joseph.

2 Quod ad opera spiritualia spectat quæ majoris sunt perfectionis, cum juxtà D. Thomam *Opusc. 18. Cap. 14.* per hæc homo vltimo fini conjungatur, in quo summa hominis perfectio consistit, satis luculentèr manifestauit se se heroica Venerabilis Dei Famuli charitas ex ingenti zelo, quo Peccatorum, atque Infidelium conversioni toto vitæ curriculo alacritèr, atque indefessè studuit. In id vnicè tendebant omnes ejus cogitationes, immensique labores, ac assiduæ tùm privatim, tùm publicè habitæ cohortationes, ex quarum vi, ac feruore frequentissimè contigit, vt Peccatores ad Pœnitentiam se se reuocarent, *Summar. num. 5.* ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis II. *de propria obseruatione pag. 114. §. 11.* Testis IV. *de visu pag. 105. §. 5.* Testis XXVII. *§ 6.* Testis XXVIII. *de visu § 8.* Testis XXXIV. *§. 10.* Testis XXXVII. *de propria obseruatione pag. 106. §. 13.* Testis XXXIX. *ex vera scientia. §. 14.* Testis

stis XLVI. *de visu* §. 17., & ex Processu Apostolico Oppidi Sanct; Pauli Testis II. *ex certa scientia pag.* 107. §. 19. Testis VII. §. 29. Testis X. Serui Dei Socius §. 23., ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis I. *pag.* 109. §. 29. Testis III. §. 31. Testis IV. §. 33. Testis VI. *pag.* 110. §. 35. Testis XXXVIII. *pag.* 112. §. 44. *omnes de visu, & certa scientia*. Ex iis autèm maximè elucet Ven. Josephi in Proximum Charitas, *quia diuinarum perfectionum diuinissima est perfectio, Dei cooperatorem esse, in mirùm in reductione animarum ad suum Creatorem*, vt S. Dionysium *de Cæleſt. Hierarch. cap.* 3. explicat Dionysius Carthusianus *ibid.* Et S. Ioannes Chrisostomus *Orat.* 3. *contra Iudæos tom.* 5. inquit = *Etiamsi pecuniæ vim immensam dinumerauerit aliquis, nihil simile præstiterit ei, quod præstatis, qui seruat animam*. Atque hunc animarum zelum ad Charitatem heroicam in Proximum feliciendam expendunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Caroli Borromæi *part.* 2. *argum.* 12. §. *In Carolo*, S. Pii V. *part.* 3. §. *Secundò ex magno*, S. Philippi Nerii *par.* 2. *tit. de Charit.*, *& Zel. Animar. Iub.* §. *Idcircò*, & alibi passim.

3 Ex Eminentissimo Laurea *disput.* 32. *de Virtut. Heroic. art.* 12. *pag.* 764. *num.* 360., *& seqq.* tunc Charitas ergà Proximum communem Charitatem excedit, quando Ministri Euangelij totos se deuouent animarum saluti cum magnis laboribus, & maximè cum periculo, aut iactura vitæ. Talis profectò fuit Venerabilis Iosephi Charitas, siquidèm nec grauissimis laboribus, nec asperrimis itineribus, nec imminentibus periculis à procuranda animarum conuersione deterreri vnquàm potuit, quinimmo vitam dare, ac sanguinem profundere in hanc causam vehementissimè optabat, vt superiùs probatum fuit, & firmant *præsenti Summario Num.* 15. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis II. *ex certa scientia pag.* 114. §. 2., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. *de visa pag.* 107. §. 19., & ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI. eiusdem Dei Famuli Socius *pagin.* 108. §. 27. Hoc desiderio exæstuans, sæpissimè ad Infidelium terras non sine euidenti vitæ discrimine perrexit, quod potissimùm accidit, cum illùc se contulit, vt duos Christifideles, qui ad Gentiles aufugerant, omnique vitiorum cœno inuoluti, superstitiosis eorum ritibus, ac moribus se se dederant, ad pœnitentiam redigeret, vtì paucis prolatis verbis assecutus fuit, *Summario eodem num.* 15. ex Processu Apostolico Sancti Sebastiani Testis XXVII. *ex auditu publico pag.* 105. §. 7., Testis XXXIX. *ex certa scientia pagin.* 106. §. 15., ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis I. *ex eadem scientia* §. 18., Testis XIII. *pagin.* 108. §. 24., ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VI. *de auditu publico pagin.* 110. §. 37. Testis XXVII. *ex certa scientia* §. 39., & concordant ibidem plures alij Testes.

4 Nec minor habitâ imminentis vitæ periculi ratione fuit alter eximius Charitatis actus, quo se inter Gentiles magnanimitèr coniecit, vt Christianas Mulieres ab ijsdem captiuas ductas, ex eorum manibus abduceret *Summario dicto num.* 15. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis VIII. *ex certa scientia pagin.* 107. §. 22., & ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis XXVII. *ex eu-*

dem

dem scientia pag. 111. §. 40. Testis XXXII. *de audita publico* §. 42., & ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis III. *ex certa scientia pagin.* 113. §. 52. Paritèr ex ingentis suæ Charitatis zelo apertum vitæ discrimen subijt, cum audito nefario Gentilium consilio quo secum statuerant, Indum quendam paritèr Gentilem, ac iam captiuum morti deuouere, ac deindè deuorare, confestim illùc aduolauit, ac Fidei misterijs imbutum Sacris Baptismatis vndis abluit, quo facto Indus ille sæuâ morte interemptus in Fide Catholica constantèr obijt. Nec dissimilis est alter casus, quo singularem suam Charitatem declarauit: Iacebat grauissimo perculsus morbo quidam Indus Gentilis, cumque Baptismatis suscipiendi desiderio flagraret, Dei Famulus, mortis metu penitùs abiecto, cui se se exponebat inter Barbaros hostes, à quibus ille detinebatur, statim alacri, lætoque animo lauacro expiauit: *Eodem num.* 15. ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI. eiusdem Serui Dei Socius *de visu, propriaque obseruatione pagin.* 108., *& seq.* §. 25., & 28., & concordat ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis III. *ex certa scientia pag.* 114. §. 54.

5 Verùm non ad paucos solùm Gentiles, quibus vt Dei Famulus opem ferret, quadam ferè necessitate motus videri poterat, sed ad omnes Infideles largitèr sese diffudit eximia eiusdem Dei Famuli Charitas. Cùm enim eos, vti alter Paulus *ad Philipp.* 1. haberet in corde, & in visceribus, eorumque æternam salutem vehementèr sitiret, nullâ periculorum, aut incommodorũ habitâ ratione, sæpissimè eos adibat, ac summo studio illorum animos è Gentilitatis tenebris abducere, & ad Euangelicæ veritatis agnitionem redigere nitebatur, optabatque maximè fidem, quam iis prædicabat, proprij sanguinis effusione asserere, ac confirmare, vt indè maior Infidelium conuersio deriuaret. Nec inanis feruentissima eius vota, immensosque labores consecutus est euentus, quandoquidèm plures, pluresque Gentiles Ecclesiæ gremio aggregauit. Deponunt *Summario eodem num.* 15. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis III. *de auditu publico pagin.* 105. §. 4., Testis XXVII. *ex certa scientia* §. 7., Testis XXVIII. *de visu* §. 9., ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis II. *de propria obseruatione pagin.* 107. §. 19., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI. Serui Dei Socius *pag.* 108. §. 27., ex Informatiuo Sancti Sebastiani Testis I. *de visu pagin.* 109. §. 30., Testis III. *de propria obseruatione* §. 32., Testis IV. *ex eadem scientia pagin.* 110. §. 34., Testis VI. *de visu* §. 36., Testis XXXVIII. *de obseruatione propria pag.* 112. §. 45. Ex quibus liquidò apparet, ad sublimem heroicitatis gradum euectam fuisse nostri Dei Famuli ergà Proximum Charitatem, siquidèm in procuranda Infidelium conuersione, neque labori, neque incommodis, neque propriæ vitæ pepercit. *Non est de necessitate Charitatis*, inquit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 26. *art.* 5. *ad* 3. *quod homo proprium corpus exponat pro salute Proximi, nisi in casu, quo tenetur eius saluti prouidere, sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem Charitatis*. Idem sentiunt Eminentissimus Lauræa *disp.* 32. *de Virt. heroic. art.* 12. *pag.* 764. *num.* 360., *& seq.*, Scacchus *de not., & sign. Sanctit. sect.* 3. *cap.* 4. *pagin.* 216.

6 Altiùs etiam extulit sese Ven. Josephi Charitas, cum acritèr inter se dissi-

dissidentibus Incolis Oppidi Sancti Vincentij, ac Gentilibus *Tamayos* nuncupatis, adeoùt ex imminenti Bello grauiora damna timerentur, Dei Famulus ad hasce calamitates auertendas promptissimè ijsdem Gentilibus obsidem se dedit, quamuis eorum ferox ira mortem sibi minitaretur. Tantâ verò prudentiâ, ac dexteritate pacis negocium inijt, atque absoluit, vt non sine omnium admiratione mutua intèr dissidentes concordia conuenta fuerit, ac in pristinam tranquillitatem quæque restituta. Immensam hanc Charitatem cœlesti prodigio Deus ratam habere voluit; nàm cum Gentilis quidam infantem filium occidisset, ac sepulturæ iàm mandasset, ad Sepulchrum se contulit Vener. Joseph, dictumque Infantem prodigiosè ex eo viuum extractum lustralibus aquis expiauit, quo facto statim Infans è viuis decessit. Deponunt *Summario eodem n.* 15. ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu immediato à Seruo Dei pag.* 112. §. 46., & 47., ac Testis VII. *ex certa scientia pag.* 113. §. 49., *& seq.* Ita Dei Famulus egregiè implcuit monitum Apostoli *ad Roman.* 12. 18. *si fieri potest, quod ex nobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*; & Sanctus Bernardus *in Sentent. pagin.* 486. *lit. A.* exponens Euangelica verba = *In patientia vestra possidebitis animas vestras* = inquit = *Pacifici possident non solùm suam, sed etiam aliorum quibus faciunt, pacem, vndè meritò filij Dei vocantur*. Atque ad eximiam in Proximum charitatem similia referunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Beati Gregorij Papæ X. *tit. de Perfect. ss. Charit. in Proxim.* §. *Tertiò argumenta*, S. Paschalis Baylon *eodem tit.* §. *Indurata*. Et ex hoc ipso summis laudibus celebrantur in horarijs precibus S. Vincentius Ferrerius *lect.* 5. *ad diem* 5. *Aprilis*, S. Elisabeth Portugalliæ Regina *lect.* 4. *ad diem* 4. *Iulij*.

7 Eluceſcit adhùc eminens hæc Serui Dei Charitas ex continuo, atque indefesso studio, quo diu, noctuque rudes, ac pauperes homines diuinis mysterijs imbuere curabat, confessiones audiebat, & conciones habebat, in id vnicè intentus, vt omnes saluos faceret. Atque hæc, aliaque plura charitatis opera spiritualia promptissimè semper, atque alacritèr etiam cum vitæ discrimine toto vitæ curriculo præstitit. *Summario Num.* 16. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis III. *de visu pagin.* 114. §. 1., Testis XII. *de propria obseruatione* §. 2., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindę Testis I. *ex certa scientia pagin.* 115. §. 5., & ex Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis I. *de visu dict. pag.* 115. §. 6., Testis III. *de propria obseruatione* §. 7., & 8., Testis XXI. *ex eadem scientia pagin.* 116. §. 9., Testis XXV. §. 10., & ex Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis I. Serui Dei Socius, *de visu, propriaque obseruatione* §. 11. Ex rudium ac pauperum institutione charitatis excellentiam colligunt Scacchus *de not., & sign. sanctit. sect.* 3. *cap.* 4. *pagin.* 122. Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Ludouici Bertrandi *tit. de Charitat. in Proxim. sub init.*, S. Philippi Nerij *tit. de Charitat.*, & *Zelo Animarum sub init.*, ac S. Philippi Benitij *tit. de Charit. in Proxim.* §. 6.

8 Non dubitamus ex hucusque dictis, quin excellens, & heroica Dei Famuli charitas quoad opera spiritualia in aperto posita sit; superest modò ostendendum, quod in corporalibus etiam operibus eadem

Digitized by Google

dem pariter extiterit. Sanè quoad hæc nullam fuit miseriarum species, cui promptissimè non succurrerit Venerabilis Ioseph, illius diuinæ promissionis memor *Matth.* 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione Mundi; esuriui enim, & dedistis mihi manducare, infirmus eram, & visitatis me, in Carcere eram, & venistis ad me, hospes eram, & collegistis me, nudus, & cooperuistis me.*

9 *Esuriui, & dedistis mihi manducare.* Tanto Pauperes affectu prosequebatur Vener. Ioseph, vt miseratio de vtero Matris cum illo egressa videretur; Ideòque potissimam eos sustentandi curam semper habuit, nec erubescebat stipem ostiatim emendicare, vt largiùs eorum necessitatibus subueniret. Cùm sciret pauperes Viduas ab omnibus derelictas cæteris miserabiliores esse, non destitit eas peculiari præsidio fouere, earumque indigentijs, eleemosinis à Deuotis comparatis, succurrere, Isaiæ monitum secutus *cap.* 1. *Discite benefacere, subuenite oppresso, Viduam defendite*; Siquidem *Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est, visitare Pupillos, & Viduas*, inquit S. Iacobus *epist.* 1.; singulari hoc Charitatis affectu ferebatur ergà Pauperes etiam longiùs absentes, quibus quotidianas eleæmosinas transmittebat. Hasce eleæmosinas non semel Deus miro Prodigio confirmare dignatus fuit, cum enim omnia, quæ ad sustentandam Collegij domum iàm parata erant quandoque Vener. Ioseph Viduis, ac Pauperibus distribueret, insequenti mane eæ, quas dederat, res diuinitùs multiplicatæ reperiebantur, *Summario num.* 17. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis II. *ex certa scientia pag.* 117. §. 2., Testis XXVII. *de visu* §. 7., Testis XXXIII. *de propria obseruatione* §. 10., Testis XLIV. *ex certa scientia pag.* 118. §. 11., Testis XLVII. Serui Dei Socius §. 13., ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis XIX. *de visu eadem pag.* 118. §. 14., ex Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis V. II. *de visu* §. 17., Testis XVIII. *pariter de visu pagin.* 119. §. 20., & ex Informatiuo Bahyen. *de visu, propriaque obseruatione spatio vndecim annorum pagin.* 120. §. 25., & *seq.*, similes Charitatis actus inter excellentiores annumerant Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Thomæ de Villanoua penès Contilorum *de Canonizat. Sanctor. pag.* 537., S. Aloysij Gonzagæ *tit. de Charitat. in Proxim.*, S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ *tit. de Charit.* §. *Ista Beata*, S. Ignatij Loyolæ *eodem tit.* §. *Secundò eleemosinarum*, & passim legitur in Diplomatibus Canonizationum, vtì obseruat Scacchus *de not.*, & *sign. Sanctit. sect.* 7. *cap.* 1. *pag.* 512., & *seq.*, latè Eminentissimus Lauræa *in* 3. *sentent. tom.* 4. *disputat.* 13. *artic. primo num.* 14.

10 *Infirmus eram, & visitastis me.* Infirmorum pauperum seruitio præsertim se totum addixit siuè in priuatis domibus, siuè in Nosocomijs, jisque tùm corporales, tùm spirituales eleemosinas promptissimè suppeditabat, eorumque calamitates verborum suauitate mulcebat, pijsque colloquijs recreabat. Nitebat præcipuè eximius eius affectus ergà Pauperes morientes, quibus sacramenta ministrabat, neque ab huius Sanctissimi operis exercitio retardari poterat ex largiori decidente pluuia, quinimmò lætus, ac gaudens nudis pedibus per imbres, niuesque incedebat. Ostendit etiam luculentiùs

hunc

Digitized by Google

hunc suæ erga morientes charitatis feruorem cum semèl Nauim ascendisset longiùs iter facturus. Cum enim audiuisset quemdam Indum morti proximum esse, statim iussit Nauim consistere, atque in Terram regressus Indi Domum, quæ duabus leucis distabat, recta perrexit, illiusque audita confessione, sanctisque cum eo habitis admonitionibus, Nauim redijt, *Summar. num.* 15. ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis XXXIV. *de visu pagin.* 106. §. 11., Testis XXXVII. *de propria obseruatione* §. 12., ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis VII. *ex certa scientia pagin.* 107. §. 21., ex Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis XII. *de visu pag.* 110. §. 38., & ex Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis III. *de propria obseruatione, pagin.* 113. §. 53., Testis XIV. *ex certa scientia pagin.* 114. §. 56. Ægros demùm diu, noctuque inuisebat, proprijsque manibus remedia præstans, necessaria quæque pro victu subministrabat. Domi verò nullus infirmabatur, quem ipse non inuiseret, ac sæpè etiam tota nocte vigil eisdem adstaret, vt præsto esset eorum necessitatibus subueniendis, Infirmarijs coadiutorem se præbebat, & abiectissima quæque, ac vilissima ministeria hilariter præstabat, atque vt largiùs haberent infirmi, quo refici possent, cibum pro sui sustentatione destinatum ijsdem ministrari iubebat, quamuis ipse etiam infirmus decumberet, *Summar. num.* 17. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis II. *ex certa scientia pagin.* 117. §. 4., Testis XX. *de visu* §. 6., Testis XXVIII. *ex auditu publico* §. 9., & ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis XI. *de visu pag.* 119. §. 18., Testis *XVI. de propria obseruatione* §. 19., Testis *XXXVIII. de visu* §. 22., ex Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis IV. *ex certa scientia pagin.* 120. §. 23., & ex Informatiuo Bahyen. Testis II. *de propria obseruatione spatio vndecim annorum dict. pagin.* 120., *& seq.* §. 27. 28. *& 29.* Hos charitatis actus inter heroicos recensent Scacchus *de not., & sign. sanctitat. sect. 3. cap. 4. pagin.* 219., & Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Ioannis de Deo *tit. de Charitat. in Proxim.* §. *Quantum verò*, S. Ludouici Bertrandi *eod. tit.* §. *Quantum attinet*, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *sub titul. Charit. in Proxim.*, ac Ven. Ancillæ Dei Catharinæ Ricciæ *par. 3. eodem tit.* §. *Secundò ex operibus*.

11 *In Carcere eram, & venistis ad me* - Venerabilis noster Ioseph, neglecto Carcerum squallore, Pauperes in ijs detentos quotidiè inuisebat, ac solabatur, maximèque exoptans, ne quid illis in hoc misero statu ad vitæ sustentationem deesset, cibaria, & aquæ vasculum suprà proprios humeros eisdem deferebat, omniaque Charitatis officia læto animo præstabat, *Summar. dicto num.* 17. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis *XIX. de visu pagin.* 117. §. 5., Testis *XXXIII. de propria obseruatione* §. 10., & ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis II. *de visu pagin.* 118. §. 16. Ex quibus actibus ergà Pauperes Carceribus detentos, ac ex eo præsertim, quod cibos iisdem supra proprios humeros deferret, excellentior deducitur Charitas, *quæ nihil indecorum putat*, vt inquit Sanctus Bernardus *serm. 56. super Cantic., & extrà sinum amoris nullum valet relinquere*; subdit laudatus Mellifluus Doctor *in Cœn. Domin. serm. 5. post med.*

12 *Hospes eram, & collegistis me, nudus, & cooperuistis me.* Quod Pauperes nudos vestiret noster Dei Famulus, *de propria observatione* testatur ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis XVIII. *pagin.* 119. *sub* §. 20. Quod verò Pauperibus Hospitium procuraret, deponit luculentèr *de visu* Testis II. ex Processu Informatiuo Bahyen. *pag.* 120. §. 24. Narrat enim, quod cum aduenisset Classis trium millium Hispanorum, atque ex iis non pauci aliquo morbo detinerentur, Vener. Ioseph confici curauit Hospitium, vbi ægrotantes Milites à suis Infirmitatibus liberari, ac refici possent, iussitque prò eximia, ac singulari, qua in omnes ferebatur, Charitate, vt Collegii Patres eos dietim inuiserent, ac necessaria quæque subministrarent. Similes Charitatis actus exercebat etiam erga Viatores, qui secum iter conficiebant, ac non semel accidit, quod cum in Siluis noctem transigere deberent, ac frigus sæuiret, imbresque deciderent, videbatur insomnis, ac Vigil Dei Famulus summo affectu ignem accendere, ac iuxtà loca, quibus Viatores jacebant, ignitos Carbones admouere, vt ita à pluuia, & frigore restaurarentur, *Summ. eod. numer.* 17. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis XLVII. *de visu, propriaque observatione pluribus vicibus pag.* 118. §. 13.

13 Quamobrèm cum noster Dei Famulus opera misericordiæ tùm Spiritualia, tùm Corporalia suis Proximis exhibuerit, idque diu, noctuque ingenti promptitudine, & alacritate ad vltimum vsque vitæ Spiritum præstiterit, nullus profectò dubitandi supereſt locus, quin eius in Proximum Charitas sublimem hæroicitatis apicem attigerit; non enim verbo, neque lingua, sed vtì præcipit S. Ioannes 1. *Epist.* 3. opere, & veritate suum Proximum semper dilexit.

De Virtutibus Cardinalibus.

Et Primò.

De Prudentia.

1 EXpleta Virtutum Theologalium discussione, qua satis liquidò probasse confidimus, eas in gradu sublimi, ac prorsùs heroico nostrum Venerabilem Iosephum possedisse, gradum facimus ad Virtutes Cardinales, quibus, vt ait Sanctus Bernardus *tract. de Ordin. Vit. cap.* 7. *in princ.* maximè instruuntur mores, & benè viuendi magisterium docetur. Prudentia quidem, quæ supra cæteras primum sibi locum vindicat, ex quo juxtà Præceptorem Angelicum 2. 2. *quæst.* 166. *artic.* 2. *ad* 1. omnes alias morales Virtutes complectatur, iisque singulare lumen, ac splendorem præstet, sublimitèr effulsit in nostro Dei Famulo; quandoquidem supra communem modum media quæque dispoſuit ad vltimum finem supernaturalem, rectè consiliando, iudicando, ac præcipiendo, quibus in actibus Christianæ Prudentiæ ratio potissimùm versatur,

vti

vti docet mox laudatus Angelicus 2. 2. *quæst.* 47. *artic.* 13. *in corp.*

2 Profectò Ven. Ioseph insigni Consilii dono præditus nil aliud toto vitæ tempore visus est intueri, ac magis æstimare, quàm vltimum finem supernaturalem, in hunc omnia sua dicta, factaque referebat, atque vt propriùs illum assequi posset, memor illius Consilij Christi Domini *Matth.* 16. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam*, abiectis magnanimiter sæculi blandientis illecebris, in Societate Iesu Religioni se mancipauit, vbi omnium Virtutum exercitio penitus se addixit, exactissimæ Votorum obseruantiæ studens; orationi incessanter incumbens, corpus sæuissimè macerans, ac ardentissimæ tùm in Deum, tùm in Proximum Charitatis argumenta non sine summis laboribus, atque incommodis alacriter exhibens, vt ex dictis iam constat, magisque adhuc ex dicendis constabit. Hæc est procul dubio, inquit Cardinalis de Lauræa *disput.* 32. *de virtut. heroic. art.* 13. *num.* 403. *& seq.*, *altissima Prudentia, quam Christus docuit, & abscondit à sapientibus huius sæculi, hæc fuit heroica Prudentia tot Virginum, & Confessorum, qui ex instinctu diuino Nuncium Mundo remittentes, strictam Consiliorum viam elegerunt, corpus macerarunt, & toti Deo vacarunt: Nec enim Prudentia Carnis, nec Prudentia Christiana communis dictant asperiorum Consiliorum viam, extremam paupertatem, seuerioris vitæ asperitatem, perfectissimam sui abnegationem; sola Prudentia eminens, & heroica tam spera media potest dictare, vt patet in Sanctis Hilarione, Antonio, Benedicto, Dominico, Francisco, qui ex dono Consilii, & habitante in eis Spiritu Sancto illa vt iustissima selegerunt ad æternam felicitatem adipiscendam.* Idem docet Scacchus *de Not.*, *& sign. Sanctit. sect.* 4. *cap.* 1. *pagin.* 238. & aduertunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Ioannis Dei *titul. de Virtut. Cardinal.* §. *Primo quia*, ac S. Petri de Alcantara *art.* 7. *de Virtut. Cardinal.* §. *Secundo idem*. I 2

3 Prudentia non solum se habet ad bonum priuatum vnius hominis, vt ait sæpè citatus D. Thomas 2. 2. *quæst.* 47. *artic.* 10. sed etiam ad bonum commune multitudinis se extendit, atque hæc dignior censeri debet, quàm illa, quæ circa particularia tantùm versatur quia inquit Scacchus *de not.*, *& sign. Sanctit. sect.* 4. *Capit.* 1. *pagin.* 237. contempto proprio bono, ad bonum commune pluribus se erigit. Hæc etiam Prudentia mirum in modum in nostro Dei Famulo resplenduit, siquidem vt in omnium animis diuinus amor insideret, & erga Beatissimam Virginem, ac Sanctos in Cælis cum Deo regnantes Cultus augeretur, plures Spirituales hymnos, piasque cantiunculas exarauit, quæ passim per vicos, ac Plateas à Fidelibus decantabantur, atque ità prudentissimus Vir prophanas quasque Cantiunculas, quibus vt plurimum iuuenilis ætas emollitur, & ad vitia sensim pertrahitur, sustulit, ac eradicauit, vt superius ad Titulum Charitatis in Deum enarrauimus.

4 Singulari solertia, ac dexteritate pollebat ad reconciliandos inimicos, & sedandas inueteratas etiam Familiarum dissensiones, ex quibus vt plurimum grauissima mala subdriuntur. Inter se dissidentibus non alia motiua, quibus mutuam pacem inirent, proponebat, quàm Dei gloriam, atque animarum salutem, quod tanto ani-

Digitized by Google

animi feruore præstabat, vt constantem, ac perpetuam inter ipsos concordiam stabiliret, *Summar. numer.* 18. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis V. *de facto propria pagin.* 121. §. 1. & 2., Testis XXXI. *ex certa scientia pagin.* 122. §. 5., ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis VI. *de visu dict. pagina* 122. §. 7., Testis XXVII. *de visu pag.* 123. §. 10., Testis XXXII. *ex propria obseruatione ead. pagin.* §. 21., Testis XXXIII. *ex eadem scientia* §. 12., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. *pag.* 124. §. 14., Testis XI. §. 15., Testis XIII. §. 16. omnes *de visu* Tanta apud omnes ob iam conceptam de sublimi eius Sanctimonia existimationem, auctoritate, ac reuerentia præstabat, vt nullus eius monitis, ac sermonibus diuina Prudentia plenis resistere posset, ac flecti non sineret, *Summar. eod. num.* 18. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis V. *de visu, propriaque experientia pag.* 121. §. 2., & ex Processu Informatiuo præfatæ Ciuitatis Testis VI. *de visu* §. 7. Testis XXXII. *de propria obseruatione pagina* 123. §. 11., Testis XXXIII. *ex eadem scientia* §. 12. Et ad magis euincendam eximiæ eius Prudentiæ vim in componendis diffidiis præteriri nullatenùs debet, quod cùm quidam Vir diuitiis æquo, ac potentia præstans grauissimis iniuriis, ac conuiciis lacessitus iam ad Iudicem hac ex causa suas querelas detulisset, nec quidquam ab eo consequi possent plures grauissimi, ac Ecclesiastici Viri, qui suam operam acriter impendebant, vt inflictas iniurias condonaret, paucis Ven. Iosephi verbis irà commotum se sensit, vt ex animo penitus irà depositâ veniam amplissimè tribuerit. *Dict. numer.* 18. ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis VI. *ex certa scientia pag.* 123. §. 8. Testis V. *de visu* §. 9. Testis XXXIV. *de propria obserua.* §. 13.

5 Luculentiùs etiam ac splendidiùs confirmat singularem hanc Dei Famuli dexteritatem, ac miram Prudentiam peculiare studium, quo nullis laboribus, incommodis, ac periculis parcens, obstinatissimos quosque Peccatores ad pœnitentiam reuocabat, & Infideles ex eorum tenebris ad veri Numinis agnitionem redigebat, ea singulis media adhibens, quibus æternam eorum salutem operari posset, vt superiùs in Titulis Fidei, & Charitatis fusè demonstrauimus, & firmant *Summar. dict. num.* 18. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis V. *de visu pag.* 131. §. 1., Testis XIV. *ex certa scientia pagin.* 122. §. 4., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI *de visu dict. pagin.* 122. §. 6., & ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXXII. *de visu pagina* 123. §. 11., Testis XXXIII. *de propria obseruatione* §. 12. Scacchus *de not., & sign. Sanctitat. sect.* 4. *cap.* 1. *pag.* 138. plurimis laudibus extollit Prudentiam Sanctorum, qui è recessu erumpentes palàm prodierunt, vt in vitia totis viribus inucherentur = *Prudentiores*, inquit, *censendi sunt illi, Prudentia quidem heroica, qui neglecta solitudine actus Ciuilis prudentiæ, vbi Dei gloriam exposcere id viderint, etiamsi intelligant vocari se in Capitis discrimen, sicut Apostoli, & Martyres* = Eminenti certè Prudentia donatum fuisse nostrum Dei Famulum, nullatenùs ambigi potest, qui totiès ex Zelo salutis Proximorum, vt supra ostendimus, inter Infideles vitæ discrimen subire non detrectauit; atque hinc optimo, ac merito iure

vsur-

Digitized by Google

vsurpare de eo possumus, quod legitur *Prou.* 3. 14. *Beatus homo, qui inuenit Sapientiam, & affluit Prudentia.*

De Justitia.

1 JUstitiæ Virtus dupliciter expendi potest, generaliter, ac particulariter; primo quidem modo dicit statum omnium Virtutum aggregatione perfectum, vndè D. Hieronymus *ad Demetr.* inquit: *Quod omnes Virtutis species vno Iustitiæ nomine continentur*: & frequens de hac Iustitia in Sacris Literis occurrit mentio, nàm Christus Dominus suis Discipulis ait *Matth.* 5. 20. *Nisi abundauerit Iustitia vestra plusquàm Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum*, & Regius Psaltes *psalm.* 131. *Sacerdotes tui induantur Iustitiam*: quæ verba explicans Titelmannus: *Sacerdotes tui*, inquit, *vt dignè tibi valeant ministrare, per te consummationem induantur omnium Virtutum*: Secundo verò modo sumpta prò quadam morali Virtute circà determinatam juris materiam, est perpetua, & constans voluntas jus suum cuique tribuens, & hanc definitionem tradunt Sanctus Ambrosius *lib.* 1. *Officior. cap.* 24. & Sanctus Augustinus *de Ciuit. Dei cap.* 19. & 21., eamque velut optimam approbat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 58. *art.* 1. *in corp.* asserens, huiusmodi definitionem esse adæquatam suppositæ considerationi, quod in ipsa actus sumitur pro habitu, qui per actum specificatur. Vtramque Iustitiam tùm generalem, tùm particularem in summo, & heroico gradu noster Venerabilis Ioseph exercuit.

2 Generalem quidèm, quæ etiam legalis dicitur, cum per omnes Virtutes, ac Leges se diffundat, luculenter demonstrauit in exactissima omnium Legum, ac præceptorum tùm Dei, tùm Ecclesiæ obseruantia, quibus toto vitæ curriculo nunquàm defuit, nec quidquam, vel minimum egisse visus fuit, quod aliqua nota, aut reprehensione dignum videretur, sed sanctis operibus indesinenter vacans, ac quoscumque Virtutum actus non sine summa animi hilaritate, ac promptitudine incessanter exercens, in omnibus semper bonorum operum exemplum se palàm præbuit, vt demonstratum fuit, ac magis etiam constabit, & quoad exactissimam omnium Legum obseruantiam firmant vnanimiter Testes *præs. Summ. num.* 21. *per tot. à pag.* 133. *& seqq.* Nec Iustitia particularis, quantum in Religioso Statu exoptari potest, in eo defuit; quandoquidèm nullum fecit vnquàm Proximo malum, sed omnibus semper prodesse studuit, & in id potissimùm tendebant immensi propè eius labores, quos in corrigendis, emendandisque Peccatoribus, ac Infidelibus convertendis toto vitæ cursu alacriter, ac magnanimiter, vt vidimus, exantlauit. Atque ex ijs mirum in modum elucet particularis nostri Dei Famuli Iustitia, vtì ad rem ponderat Sanctus Laurentius Iustinianus *in Lign. vit. de Virtut. Iustit. cap.* 2. ibi: *Iustitia potest breuiter in duo diuidi, velle videtur omnibus prodesse, & nulli nocere; amabis, ait quis, Deum, si illum imitaberis, vt velis omnibus prodesse, & nulli nocere; & tunc Virum justum appellabunt te omnes.*

3 Iustitiæ quædam sunt Virtutes annexæ, quæ, vt ait Angelicus Doctor 2. 2. *quæst.* 80.

Digitized by Google

2. 2. *quæst.* 80. *artic. vnic.* in aliquo cum Iustitia conueniunt, & in aliquo à recta ratione illius deficiunt; easque inter *Religio*, & *obseruantia* potissimùm sibi locum vindicant. Religio est Virtus, quæ debitum cultum Deo tribuit, tanquam omnium bonorum authori, ac principio; quæ verba luculenter huius virtutis præstantiam indicant, ideòque laudatus nuper Angelicus *ibidem quæst.* 81. *art.* 6. *in corp. Religio*, inquit, *magis de propinquo accedit ad Deum, quàm alia Virtutes morales, in quantum operatur ea, quæ directè, & immediatè ordinantur in bonum diuinum, & ideò Religio præeminet inter alias virtutes morales*: Duo autem præcipui Religionis actus sunt *Deuotio*, & *Oratio*.

4 Deuotio, quæ eodem D. Thomâ Auctore 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 1. nihil aliud est, quàm voluntas quædam promptè tradendi se ad ea, quæ ad Dei cultum pertinent, clarissimè deprehenditur in nostro Dei Famulo ex quotidiana Diuini Sacrificij celebratione, quod cum tanta attentione, ac pietate peragebat, vt deuotionem omnibus inspiraret. Erat adeò deuotionis ignibus ad venerationem Sanctissimæ Eucharistiæ excitatus, vt quamvis annis, ac morbis perculsus, ante illam in genua procumbens diutissimè oraret; hosque flagrantissimos ergà Eucharistiam venerationis sensus jàm à pueris imbiberat, vndè cum in Collegio Conimbricensi Studiorum causa moraretur, nullam vnquàm diem labi patiebatur, quà sex, aut quinque saltèm Missas in genùa semper prouolutus non audiret, aut ijsdem non inseruiret; & ex hac potissimùm causa; quod scilicèt inflexis genibus longius quàm ejus ferrent vires, tempus transigeret, costa eidem infracta est, & curvus euasit *Summar. num.* 19. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis I. *pag.* 124. §. 2., Testis XIII. *pag.* 125. §. 8., Testis XIV. §. 11., Testis XXXVII. §. 16., Testis XXXIX. *pag.* 126. §. 18. Testis XL. §. 20. Testis XLVII. §. 24., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis I. *pag.* 127. §. 26., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. *eadem pag.* 127. §. 31., ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis X. *pag.* 128. §. 34., Testis XII. §. 35., Testis XIX. §. 36., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis XIV. *pag.* 129. §. 37. 38., & 39. omnes *de visu, ac publico auditu respectiuè*. Huiusmodi autem singularis ergà Eucharistiam Deuotio mirificis laudibus extollenda est, cum nulli sit dubium, quin in hoc Augustissimo Sacramento peculiari quadam ratione Sanctissimæ Trinitas religiosè colatur; ac meritò propterea Sanctus Laurentius Iustinianus *in serm. de Christ. Corp.* dicit = *Nullo alio Sacrificio honorificentius laudatur Deus, quàm per Altaris immaculatam Hostiam, quam præcipuè ob diuinæ laudis exhibitionem complendam Ecclesiæ suæ Christus offerendam instituit, ipsius namque Passionis, & Humanæ Redemptionis in ea celebrantur Mysteria: Itaque felix est Sacerdos, qui dignè Sacrum quotidiè celebrat*, inquit S. Leo Papa relatus *in Canon. Sufficit de Consecrat. dist.* 1. atque hanc assiduitatem in re diuina maximo cum feruore faciendæ ad heroicum fastigium euehunt Scacchus *de nob., & sign. Sanctitat. sect.* 5. *cap.* 3. *pag.* 309., *& seq.*, Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Thomæ de Villanoua penès Contilorum *de Canonization. Sanctor. pag.* 592. *sub* §. *Sacrificium*, Sancti Ignatij Loyolæ *par.* 2. *titul. de Instit.* §. *Sacrificium*, Sancti Caroli Borromæi *par.* 2.

ar-

Digitized by Google

argum. 25. §. *Ad spiritus*, & §. *Quotidiana*, & passim in alijs.

5 Deiparam, omnium Aduocatam Mortalium, ardentissimo semper affectu prosecutus fuit, assiduisque colloquijs, ac sermonibus ad eam colendam, & amandam omnes inflammare curabat, eiusque cultus augendi gratia plures edidit in eius laudem cantiunculas, quas publicè recitari faciebat, *Summ. d. num.* 19. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis I. *pag.* 124. §. 1., Testis II. §. 5. Testis XIII. *pag.* 125. §. 9., Testis XXXI. §. 12., Testis XXXVII. §. 15., Testis XXXIX. *pag.* 126. §. 17., Testis XL. §. 19., Testis XLII. §. 21., Testis XLVII. §. 23., ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis I. *ead. pag.* 126. §. 25., Testis VI. *pag.* 127. §. 27. Testis VII. §. 28., Testis XII. §. 29., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. §. 30., Testis XI. §. 32. omnes *de propria obseruatione, ac audita publico respectiuè*. Quantum verò Christo Domino arrideat Religio Hominum in purissimam suam Matrem, quantumque exindè in nobis vtilitatis exoriatur, optimè perpendit S. Bernardus *serm.* 1. *de Natiuit. Mariæ pag.* 2151. *lit. M.* ibi = *Altiùs intuemini, quanto deuotionis affectu à nobis Mariam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt proindè si quid spei, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit delicijs affluens &c. Totis ergò medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam* = Et hanc Beatissimæ Virginis venerationem plurimi faciunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Aloysij Gonzagæ *cap.* 7. §. *Deiparam*, S. Ignatij Loyolæ *par.* 2. *tit. de Iustit.* §. *Denique*, & S. Andreæ Auellini *cap.* 9. §. *Nec verò*.

6 Ergà cæteros quoque Sanctos in Cælis cum Deo regnantes manifestauit sese singularis Ven. Ioseph Religio, quorum Solemnitates eximio cultu, ac veneratione prosequebatur, *Summ. eod. num.* 19. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis I. *pag.* 124. §. 1., Testis II. §. 5., Testis XIII. *pagin.* 125. §. 7., Testis XIV. §. 10., Testis XXXI. §. 12., Testis XXXVII. §. 15., Testis XXXIX. *pagin.* 126. §. 17., Testis XL. §. 19., Testis XLVII. §. 23., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis I. §. 25., Testis VI. *pagin.* 127. §. 27., Testis VII. §. 28., ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. §. 30., Testis XI. §. 32., & ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani, Testis XI. *pag.* 128. §. 38. Porrò ex hac intima ergà Sanctos deuotione, ac veneratione magis eluceſcit eximius Cultus, quo in Deum ferebatur, siquidem ex D. Thoma 2. 2. *quæst.* 82. *artic.* 2., *deuotio, quæ habetur ad Sanctos, non terminatur ad ipsos, sed transit in Deum, in quantum scilicet in Ministris Dei Deum veneramur*, & ponderant Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis S. Aloysij Gonzagæ *d. cap.* 7. §. *Angelorum*.

7 Alter præcipuus Religionis actus est *Oratio*, quia, vt docet sæpè laudatus D. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 3. *in corp.*, ad Religionem propriè pertinet reuerentiam, & honorem Deo exhibere, per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, in quantum scilicet ei subijcit, & profitetur orando, se eo indigere, sicut Authore suorum bonorum. Nouit Ven. Ioseph Christi Domini vestigijs

Digitized by Google

gijs inhærens, in oratione Dei sedulò pernoctabat, nullumque de die temporis momentum, quod ab exercitijs Charitatis, alijsue negocijs supereſſet, labi ſinebat, quo ſe ad orandum non conferret, idque frequentiſſimè adeò, & in genua ſemper nixus præſtabat, vt duriores callos in genibus contraxerit, *Summar. eod. numer.* 19. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis II. *pagin.* 124. §. 4., Teſtis XIV. *pagin.* 125. §. 11., Teſtis XXXI. §. 12., Teſtis XXXVII. §. 15., Teſtis XXXIX. *pagin.* 126. §. 18., Teſtis XLVII. §. 22., ex Proceſſu Apoſtolico Oppidi Sancti Pauli Teſtis VI. *pagin.* 127. §. 27., Teſtis VII. §. 28., Teſtis XII. §. 29., ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Olindæ Teſtis I. §. 31., Teſtis XI. ſub §. 32., ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis X. *pagin.* 128. §. 34., Teſtis XII. §. 35., Teſtis XIX. §. 36. *omnes de Viſu, ac certa ſcientia.* Nec ſolùm eius Oratio fuit frequens ac diuturna, ſed animum in rerum Diuinarum meditatione defixum adeò, intentumque habebat, vt ſæpiſſimè à ſenſibus alienatus, & in ecſtaſim raptus videretur, vti dictum eſt in Titulo de Charitate in Deum. Huiuſmodi autem Orationis aſſiduum ſtudium, nocturnaſque horas in rerum cæleſtium contemplatione conſumptas plurimis laudibus extollunt Summi Pontifices, Clemens VIII. in Bulla Canonizationis S. Raymundi §. 34. Clemens IV. in Bulla Canonizationis S. Brigittæ §. 9., & Paulus V. in Bulla Canonizationis S. Caroli Borromæi §. 22.

8 Horarias preces intimo animi ſenſu, flexiſque ſemper genibus recitabat. *Summ. eod. num.* 19., ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis XIII. *pag.* 125. §. 8., Teſtis XIV. §. 11., Teſtis XXXIX. *pag.* 126. §. 18., ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Olindæ, Teſtis I. *pag.* 107. §. 31., & ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis X. *pag.* 128. §. 34., Teſtis XII. §. 35., Teſtis XIX. §. 36. Ità de genu diuinam Pſalmodiam recitabat Sanctus Carolus Borromæus, vti referunt illius vitæ Scriptores, & Sanctus Laurentius Iuſtinianus *ſtabat gradu nixus, dum diuina canerentur Officia, non dextera, non læua ſedilibus inhærere, quem ſtatum in pſallendo ſemper ſeruauit* = vt Bernardus Iuſtinianus Nepos *Cap.* 2. *Vit. ſub init.* ad Monachos Chartuſienſes prolocutus eſt, & quod ipſe Sanctus agebat, apprimè docuit *de Diſciplina, & Perfect. Monaſt. cap.* 17. *per tot.* atque ex hoc Auditores Rotæ commendant Religionem S. Ignatij Loyolæ in Relatione illius Canonizationis *par.* 2. *tit. de Iuſtit. ſub* §. *Eccleſijs*.

9 Qui Deo Cultum, ac Venerationem ità reddit, aut procurat, vt mori paratus ſit, aut aliud qualecumque damnum ſuſtinere potiùs, quàm illum Cultum non reddere, aut non procurare, verè heroicè Religioſus appellandus eſt, vti cenſet Eminentiſſimus Lauræa *diſput.* 32. *de Virtut. Heroic. art.* 14. *pag.* 777. *num.* 413., & 419. Noſter Dei Famulus non ſemel, atque iterùm, ſed pluriès, plurièſque vt debitum Deo Cultum, ac venerationem procuraret, inter Infideles animosè adiit, nullis periculis, aut minis, nec ipſa etiam morte territus, quinimmò vt maior ex Infidelium, ac Peccatorum conuerſione cultus in Deum redundaret, ſanguinem ipſum profundere, ac vitam perdere paratus erat, vti ſuperiùs in Titulis Fidei, & Charitatis latè demonſtrauimus. Qui hæc ad Religionem pertinen-

Digitized by Google

tinentia, ſubdit idem Cardinalis *loc. citat.*, ità præſtant, vt in procurando Dei Cultu iacturæ bonorum, honoris, aut vitæ ſe exponant, heroicam Religionem manifeſtant, & quamuis mors, aut perſecutio non eueniat, adhuc periculum eorum pro Religione in Deum, aut Sanctos exhibenda, hæroicæ Iuſtitiæ in hoc genere ſignum eſſe, certiſſimum eſt.

10 Demùm ad Religionem, & ex conſequenti ad Iuſtitiam pertine. Votorum obſeruatio, vti docet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 5 *in corp.* ex illo Iſaiæ 19. 21. *Colent eum in hoſtijs, & muneribus, & vota vouebunt Domino, & ſoluent.* Equidem per hæc vota *nos ipſos in Sacrificium Deo offerimus, cum vitam noſtram Diuino Cultui dedicamus*, inquit Sanctus Gregorius *Moral.* 9. *cap.* 31., & tradunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Thomæ de Villanoua penès Contilorum *de Canonizat. Sanctor. pag.* 593., Sancti Ignatij Loyolæ *par.* 2. *tit. de Iuſtit.* §. *Vota*, & Ven. Serui Dei Iuliani à S. Auguſtino *cap.* 9. §. *Adoratio*. Quàm ſublimitèr, ac hæroicè in huiuſmodi Votorum obſeruatione ſe geſſerit noſter Dei Famulus, luculentèr deponunt Teſtes *Summ. num.* 20. *per tot. à pagin.* 129. *& ſeqq.*, vbi vnanimi conſenſione aſſeuerant, in eo ſemper exactiſſimam Obedientiam, Angelicam Caſtitatem, ac nudiſſimam omnium rerum Paupertatem mirum in modum coruſcaſſe. Omiſſis hìc Votis Caſtitatis, & Paupertatis, de quibus in Titulo de Temperantia inſtituetur Sermo, expendemus modò ſingularem eius Obedientiam, quæ ad alteram Iuſtitiæ annexam Virtutem, Obſeruantiam ſcilicèt, potiſſimùm ſpectat, per hanc enim Perſonas aliqua dignitate antecellentes Cultu quodam, & honore dignamur, qui quidem cultus, & honor non alio prorsùs argumento Superioribus exhiberi poteſt, quàm promptiſſima eorum præceptis, ac nutibus Obedientia, iuxtà illud ad *Hæbr. vlt. Obedite Præpoſitis veſtris, ac ſubiacete eis*, & tradit S. Auguſtinus *Serm.* 64. *ad Fratr. in Erem.*, *Sacerdotibus veſtris honorem impendite, eis propter Deum obedite*.

11 Sanè *Obedientia*, quæ cæteras inter virtutes morales primatum obtinet, vt notat D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 3., cum per eam voluntas propria, quæ inter ſuprema bona humana reponitur, propter Deum obnegetur, ad heroicum vſque gradum in noſtro Dei Famulo excelluit. Siquidèm propriæ ſemper voluntatis abnegationi ſtudens, nedum Diuina, & Eccleſiaſtica Præcepta, ſed Euangelica etiam Conſilia ſumma animi alacritate implere viſus eſt, ab eiſque ne latum quidem vnguem toto vitæ curriculo deflexit, *Summ. num.* 21. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis I. de propria obſeruatione *pag.* 132. §. 2., Teſtis II. *ex certa Scientia* §. 3., Teſtis III. *de viſu pag.* 133. §. 5., Teſtis IV. *ex eadem Scientia* §. 6., Teſtis VI. *de viſu* §. 7., Teſtis VIII. *de propria obſeruatione* §. 8., Teſtis X. *de viſu* §. 9.; Teſtis XXI. *ex eadem Scientia* §. 10., Teſtis XXV. *de obſeruatione propria*, *pagin.* 134. §. 11., ex Proceſſu Informatiuo Oppidi S. Pauli, Teſtis IV. *de viſu*, *dict. pagin.* 134. §. 13., & ex Proceſſu Informatiuo Bahyen., Teſtis II. *de propria obſeruatione* §. 16.

12 Superioribus, in quibus Deum venerabatur, eximiam reverentiam, cultumque exhibuit, & quamuis in ſua Religione grauiora munera

Digitized by Google

obijsset, quotiès tamen cum ipsis alloqueretur, bireto è capite detracto, ac in pedes erectus perstans eorum voces audiebat, tanta humilitate ac si tum Nouitius etiam foret, *Summario num.* 20. ex Processu Apostolico Sancti Sebastiani Testis XL. *de propria obseruatione pagin.* 132. §. 5. Testis XLVII. *de visu* §. 7. ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. *de visu pagin.* 131. §. 10. & *Summario num.* 21. ex Processu Informativo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXI. *pag.* 133. *de visu* §. 10., & ex Processu Apostolico Eborensi Testis I. *de auditu à videntibus pagin.* 135. §. 22. Testis II. *ex eadem scientia* §. 23. Superiorum mandata, quæ ingenti promptitudine, ac hilaritate, nullâ interpositâ morâ, exequabatur, non expectabat, verùm cum totus ab eorum voluntate penderet, statim ac ea sibi innotuisset, nihil eorum intentionem discutiens, aut de præceptorum grauitate disceptans, alacriter, & cæcè obtemperabat, ac nè ulla in re Obedientiæ meritum perderet, nihil unquam aggrediebatur, nisi prius superioris licentiam postulasset, & obtinuisset, *Summario num.* 20. ex Processu Apostolico Sancti Sebastiani Testis IV. *de propria obseruatione pagin.* 129. §. 1., Testis XXXIX. *de visu pagin.* 130. §. 4., Testis XLVII. *pariter de visu* §. 7. ex Processu Apostolico oppidi Sancti Pauli Testis I. *de obseruatione propria pagin.* 131. §. 9., Testis VIII. *de visu* §. 11., Testis X. *ex eadem scientia* §. 12. & *Summario num.* 21. ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI. *de obseruatione propria pagin.* 132. §. 1. ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis IV. *de visu pag.* 133. §. 5. Testis VI. *de visu* §. 7., Testis XXI. *de obseruatione propria* §. 10., ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis II. *de visu pag.* 134. §. 12. Testis IV. *de visu* §. 14. Testis VI. *ex eadem scientia* §. 15., & ex Processu Informatiuo Bilbyen. Testis II. *de obseruatione propria pagin. eâdem* §. 17., Testis VII. *de visu pagin.* 135. §. 21. Profecto ex singulari hac promptitudine, & alacritate, qua superiorum nutus implebat, eius Obedientia ad heroicitatis Culmen sustollitur, undè S. Gregorius *libr.* 2. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *vera Obedientia*, inquit, *nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui omne vitæ suæ judicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quid sibi præcipiatur, nescit enim judicare, quisquis perfectè dedicerit obedire, quia hoc tantùm bonum putat, si præceptis obediat.* Ac Sanctus Hieronymus *Epist. ad Rustic. Credas tibi salutare quidquid Præpositus præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius Officii est obedire, & implere, quæ iussa sunt, dicente Moyse, Audi Israel, & tace.* Et ad effectum Canonizationis ponderant Eminentissimus Lauræa *dict. disp.* 32. *artic.* 14. *sub numer.* 42., Scacchus *de not. & sign. Sanctit. sect.* 4. *cap.* 2. *pagin.* 232., *& seq.* Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Petri de Alcantera *art.* 8. §. *Quod desumitur*, Ven. Servi Dei Nicolai Factoris *tit. de Iustit.* §. *Quis accuratius*, ac Ven. Ancillæ Dei Catharinæ Ricciæ *part.* 3. *tit. de Iustit. sub* §. *Quartò ex obedientiâ.*

13 Perfectissimam demùm, ac cæcam obedientiam, etiam cùm Provincialis munere fungeretur, præstitit Infirmarijs, quoties aliquo morbo vexatus lecto decumberet. Inter cæteros sublimis huius virtutis actus is procul dubio censeri debet, quod cum Ægrotorum Custos loco medicinæ per errorem cucurbitam siluestrem amaram

prò

prò ſatiua dulci eidem porrexiſſet, quamuis ipſe errorem probè agnoviſſet, tamen ad eiuſdem cuſtodis vocem protinùs paruit, totamque cucurbitam hilariter deuorauit, mente interim ſecum reuoluens, quod in humani generis redemptionem Chriſtus Ieſus fel guſtare non detrectauit. Ex quo ſanè mirabili Obediētiæ actu deindè factum fuit, ut Deus illi priſtinam incolumitatem in inſtanti reddiderit, *ut præſenti Summario num.* 21. deponit ex Proceſſu Informativo Bahyen. Teſtis II. *de viſu, ac facto proprio reſpectivè pag.* 135. §. 18. 19. & 20. Hinc nil mirum, quod cum in Obedientiæ virtute tàm heroicè, ac excellenter noſter Dei Famulus enituerit, cæteris etiam virtutibus in heroico gradu fuerit ornatus; nàm, ut inquit Sanctus Gregorius *ult. moral. cap.* 10. *Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit.*

14 Ex his omnibus ſimul ſumptis credimus abundè conſtare, quod noſter Dei Famulus Iuſtitiam ſummè dilexerit, cùm omnes eius partes heroicè impleuerit. Quamobrem Scacchus *de not. & ſign. Sanctitat. ſect.* 4. *cap.* 2. *pagin.* 254. *in fin.* & 255. *in princip.* ita de hac uirtute concludit = *In actis igitur piorum virorum, ac Seruorum Dei, de quorum Canonizatione agitur, examinandi erunt actus omnium prædictarum Virtutum, quæ ad Iuſtitiam pertinent, ſiuè tamquam partes potentiales, ſiuè ſubiectiuæ, ſiuè integrales, præſertim quatenus ab ipſis Dei Seruis ordinati fuerint ad finem eminentiſſimum, & ſupernaturalem, non ſolùm, ut ex frequentibus actibus, & in exercitio prædictarum Virtutum Iuſtitiæ habitus in aliquo Seruo Dei recognoſcatur, ſed etiam ut ex fine ſupernaturali eiuſdem habitus, intentio, & gradus heroicus Virtutis, qui præcipuè requiritur in Beatificandis, & Canonizandis manifeſtus appareat; hac enim ratione perfectæ Iuſtitiæ rationes in illorum actis cognoſcentur, & Iuſtitiæ habitum Dei Seruos habuiſſe, perſpicuum erit.*

De Fortitudine.

1 FOrtitudo eſt Virtus animi quâ labores, & pericula conſtanter ſuſcipiuntur, & perferuntur propter finem ſupernaturalem; eique duplex aſſignatur actus, *aggredi* ſcilicèt, ac *ſuſtinere*. Verùm ut quis ardua, ac difficillima aggrediatur, duo requiruntur; primò quidem promptitudo animi ad periculum ſuſcipiendum, quam præſtat fiducia, ſecundò ſtrenuitas in operè, ne quis deficiat in executione eorum, quæ fiducialiter inchoauit, quam tribuit magnificentia, quæ in quadam magnarum, & excelſarum rerum cum amplo propoſito executione conſiſtit. Ad ſuſtinendum pariter, qui eſt alter Fortitudinis actus, duo exiguntur, primò ne animus difficultate, & aſperitate malorum frangatur, & ad hoc ponitur *Patientia*, quæ eſt honeſtatis, aut utilitatis cauſa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpeſſio; ſecundò ne diuturna malorum, ac difficilium paſſione homo ità fatigetur, & frangatur, ut deſiſtat à bono incæpto, & ponitur *Perſeuerantia*, quæ eſt ſtabilis; ac perpetua permanſio. Hæc eſt doctrina D. Thomæ 2.2. *quæſt.* 128. *art.* 1.

Digitized by Google

2 In singulis hisce actibus adeò mirabiliter se exercuit noster Dei Famulus, vt fateri necesse sit, quod eius animi robur humanas vires longè superarit, quodque non ex eo, sed Virtutis Dei fuerit eius sublimitas, vt Apostoli verbis vtamur. Aggressus est enim fortia, cum sibi diuinitùs iniecto consilio de aliquo Religioso Instituto amplectendo, nullam in executione moram interposuit, sed singulari animi fiducia, ac promptitudine Societatem Iesu suæ voluntati maximè conformem delegit, ac ingressus est, in qua ne à suscepto semèl proposito vnquam deficeret, strenuè semper inuigilauit, vt quæ nuncupauerat Religionis Vota, exactissimè seruaret, quod non communi, sed excellenti prorsùs, ac heroico modo ad extremum vsque vitæ spiritum præstitit, vti quoad obedientiam iam vidimus suprà in Titulo de Iustitia, & quoad alia mox constabit in proximè sequenti Titulo de Temperantia. Sanè Religionem ingredi, ac profiteri actus est tantæ Fortitudinis, vt etiam Martyrio comparetur, quatenùs si non effusione sanguinis in ea corpus excruciatur, varijs tamen, leuioribus quidèm, sed diuturnioribus modis Corpus, & Anima affligantur; vndè Sanctus Bernardus *serm.30. super cantic.*; *Illo quidem*, inquit, *quo membra ceduntur ferro, horrore mitius, sed diuturnitate molestius*; & in hisce terminis ponderant Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis S. Aloysij Gonzagæ *cap.11. de fortit. §. Eumdem actum*, & S. Thomæ de Villanoua penès Contilorum *de Canonization. Sanctor. pag.610.*

3 Maiorem adhùc Fortitudinem ostendit in tot arduis, ac difficillimis rebus, quas diuinæ gloriæ, ac salutis Animarum zelo inflammatus strenuè, ac magnificè aggressus fuit. Ingentes quosque labores, ac grauissima incommoda promptè, & alacritèr suscipiebat, vt Peccatores ad meliorem frugem reuocaret, ac diuino amore incenderet, eos in abditissimis quibusque locis inquirebat, modò admonitionibus, modò minis incessantèr vrgens, vt sua vitia, ac scælera desererent, & detestarentur, quemadmodum luculentèr probauimus in Titulis Charitatis in Deum, ac Proximum. Eodem diuini honoris æstu percitus, pluriès, ac fermè quotidianè, non sinè euidenti capitis discrimine, planè lætus, & alacer ad Infidelium loca se conferebat, vt cæcos eorum animos Catholicæ Religionis lumine perfunderet, ac salutari doctrina imbueret, idque tanta animi fortitudine, ac iucunditate præstabat, vt non itinerum asperitate, non longo maris tractu, non periculorum vndiquè obuersantium magnitudine, non demùm ipsamet impendentis mortis imagine deterreri vnquam potuerit, quominùs eorum conuersionem totis viribus procuraret. *Summar. num.22.* ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis I. *pagin. 136. §.1.*, Testis III. §.3., Testis IV. §.4., Testis V. §.6., Testis XLVIII. §.8., Testis XL. *pag. 137. §. 9.*, ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis I. *eadem pag. 137. §. 12.*, ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VIII. *pag. 138. §. 15.*, & ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis IX. *pag. 139. §. 19.*, *omnes ex certa scientia, ac de visu respectiuè*. Fortitudo iuxtà D. Thomam *2. 2. quæst. 123. art. 4.* corroborat animum præsertim aduersùs mortis pericula, quia mors, inquit, est omnium corporalium malorum terribilissimum, *qui ergò*, subdit, ibidem *art. 5.*

in

Digitized by Google

in aggrediendo bono opere non refugit imminens mortis periculum, is verè fortis dicendus est.

4 Eadem Fortitudo sublimiùs enituit in tot asperis, ac difficillimis itineribus, quæ, terra, marique obuijs periculis minimè exanimatus, aggressus fuit, vt animas, vel è vitiorum cæno, vel ex Gentilitatis sinu diuelleret. Id præ cæteris magnanimitèr præstitit, cùm duo homines inter Gentiles, euitandæ Iustitiæ causa, sese contulissent, ibique Christianæ Fidei, quam in Baptismo susceperant, prorsùs immemores, scelestissimam vitam ducerent, ac nefarios eorumdem mores, ac ritus fermè sectarentur. Enormem adeò impietatem, quæ non sine plurimorum scandalo coniuncta erat, quæque maiora adhuc mala parere poterat, non ferens Vir Dei, statim illuc transfretauit, nihil longum maris tractum, aut Gentilium sibi mortem minitantium iram expauescens; quæsitisque, ac inuentis duobus illis hominibus, tùm cohortationibus, tùm minis eorum in vitijs obfirmatum animum adeò emolliuit, vt agnitis, eiùratisque erroribus, quibus implicabantur, ad meliorem frugem, ac in Patriam simùl cum Dei Famulo redierint, vtì superiùs demonstrauimus, & firmant *præs. Summar. num.* 22. ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis XII. *de publica voce, & fama pagin.* 137. §. 11., Testis IX. *ex eadem scientia* §. 13., & ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Sebastiani Testis X. de *auditu publico pag.* 138. §. 16., Testis XXIX. *ex certa scientia pag.* 139. §. 17., Testis XXXV. *ex fama publica* §. 18. Nec absque prodigio credi potest celeritas, qua vias etiam plurium leucarum nudis pedibus confecit. Detinebatur captiuus inter Gentiles, & ad mortem iam condemnatus quidam Indus pariter Gentilis, Vir Dei, zelo diuinæ gloriæ, eiusque animæ salutis abreptus, illùc statim pedestèr accurrit, suisque consilijs cælesti vnctione plenis ità ex eius animo Gentilitatis tenebras depulit, vt Sacris Baptismatis aquis ablutus interfici, & in Cælum conuolare meruerit. Qua in re mirandum quid ac supra humanas vires accidisse fatendum est, quandoquidèm iter octo leucarum breui horarum spatio pedibus expleuit, *vtì præs. Summ. num.* 22. testatur ex Processu Informatiuo Ciuitatis Olindæ Testis II. *Serui Dei Socius in dicto itinere, ac Baptismatis Indiano collati Minister pag.* 138. §. 14., quodque nudis pedibus iter conficeret, deponit ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Sebastiani Testis VIII. *eodem numero* 22. *d. pag.* 138. §. 15., *ex certa scientia*. Ex quibus sanè actibus heroica eius Fortitudo splendidiùs refulget; vndè Sanctus Thomas *vbi supra art.* 5. addit, heroicæ Fortitudinis actum esse, *cùm quis non refugit itinerari ad aliquod pium negocium propter timorem naufragij, vel latronum.*

5 Alter Fortitudinis actus, & quidem principalior, est ardua, ac difficilia sustinere; hinc S. Gregorius *homil.* 35. *in Euangel.* expendens illud *Prouerb.* 16., *melior est patiens Viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore Vrbium*, subdit = *Minor est ergò victoria Vrbes expugnare, quia extrà sunt, quæ vincuntur; Maius autem est, quod per patientiam vincitur, quia ipse à se animus superatur, & semetipsum sibimetipsi subijcit, quando eum patientia in humilitate tolerantiæ sternit.* = Profectò noster Ven. Ioseph in hoc etiam singularem suam Fortitudinem manifestauit, nunquam enim iuxtà ea,

quæ

Digitized by Google

quæ ſuperiùs ex D. Thoma notauimus, viſus eſt eius animus difficultate, & aſperitate malorum frangi, aut eorum diuturna paſſione fatigari.

6 Eximia quidem eius Patientia ſeſe patefecit in tot grauiſſimis, ac duriſſimis laboribus, incommodis, vigilijs, & ærumnis, quæ ad maiorem Dei gloriam ſuſcepit, aduerſa quæque nedùm conſtanti, ſed alacri, ac læto ſemper animo tolerans, adeoùt nec eorum aſperitas, nec fames, nec ſitis, nec extrema omnium rerum nuditas, nec frequentes corporis infirmitates à ſuſcepto ſemel propoſito eum vnquam abſterrere potuerint. *Summ. d. num.* 22. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis II. *pag.* 136. §. 2., Teſtis III. *de viſu* §. 3., Teſtis V. §. 6., Teſtis VIII. *ex certa ſcientia* §. 7., Teſtis XLVIII. *ex publico auditu* §. 8., Teſtis L. *de viſu pagin.* 137. §. 9., & ex Proceſſu Apoſtolico Vlyſſiponen. Teſtis I. *eadem pag.* §. 10. Ità egregiè impleuit monitum Apoſtoli 2. *ad Corinth.* 6. 4. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei Miniſtros, in multa Patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in Carceribus, in vigilijs &c.*

7 In Carceribus etiam heroicum Patientiæ ſpecimen dedit. Siquidem Gentiles furore perciti, quod ex eorum gremio plures auelleret, & ad Catholicam Fidem redigeret, captum Ven. Ioſephum in Carcerem coniecerunt, ac funibus manus alligarunt. parumque defuit, quin ſæuiſſimæ morti traderent, quod eidem maximè in votis erat, vt dato ſanguine immenſam ſuam in Deum Charitatem, ac Fortitudinem teſtaretur. In hoc autem Carcere, quò plures, pluresque menſes detentus fuit, quot, ac quanta paſſus fuerit, conjicere facilè licet; omnia tamen non modò forti animo tolerauit, ſed in ijs ſuſtinendis magnam ſemper cum ſuaui gaudio lætitiam præſetulit. *Eodem num.* 22. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis IV. *pag.* 136. §. 5., Teſtis V. §. 6, & ex Proceſſu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Teſtis I. *pag.* 137. §. 12. *de publica voce, & fama*, ac ex Proceſſu Apoſtolico eiuſdem Oppidi Teſtis IX. *ex certa ſcientia pag.* 139. §. 19. Ex hac heroica in acerbioribus malis hilariter ſuſtinendis Patientia, heroicam Fortitudinē adſtruit Eminentiſſimus Lauræa *diſput.* 32. *de Virtut. heroic. art.* 15. *pag.* 593. *num.* 520., vbi in exemplum adducit Iob, Dauidem, Tobiam, Machabæos, pluresque alios Sanctos, de quibus dicitur *ad Hebr.* 11. *alij ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & Carceres*. Idemque teſtatur Scacchus *de not., & ſign. Sanctit. ſect.* 4. *cap.* 3. *pag.* 267., ibi = *Diligentiſſimè contemplanda erit promptitudo in agendo, vel ſufferendo, nec ſolùm promptitudo, ſed etiam delectabilitas in aggrediendo difficilia, vel ſuſtinendo aduerſa, itaut delectabilitas non aliundè in Seruo Dei gignatur, quàm ex fine ſupernaturali, propter quem Dei Seruus ſuſcipit difficilia, vel patitur moleſtias, ſic enim ex promptitudine, delectabilitate, ac fine ſupernaturali actus Fortitudinis in gradu heroico colligitur*.

8 Perficitur demùm heroica Ven. Serui Dei Fortitudo ex conſtanti in diuturna maximorum malorum perpeſſione perſeuerantia. Non enim breuis temporis ſpatio, ſed ad extremum vſque vitæ ſpiritum, per quadraginta ſcilicèt & vltrà annos, quibus in Religione ſuperuixit, tot innumerabiles labores, ac grauiſſima incommoda, quæ

ad

Digitized by Google

ad maius diuinæ gloriæ incrementum, atque animarum salutem alacritèr aggressus fuit, cum tanta constantia tolerauit, vt nunquàm fortissimus eius animus laboribus fractus conciderit, aut ærumnis victus destiterit Peccatores, ac Gentiles ad pœnitentiam, & catholicæ veritatis lumen reuocare, cæteraque pietatis, ac sanctitatis opera præstare, vt ex dictis iam constat, & firmat *præsenti Summ. num.* 22., ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VIII. *ex certa scientia, & auditu publico respectiuè pag.* 138. *sub* §. 15. Hæc autem Perseuerantia maximè heroicam Fortitudinem ostendit, sicuti aduertit Scacchus *de not., & sign. Sanctit. sect.* 5. *cap.* 6. *per tot.*, & ex hac Virtute cæteras omnes perfectionem adipisci, docent D. Thomas 2. 2. *quæst.* 137. *art.* 1. *in corp.* D. Antoninus *in Summ. part.* 4. *tit.* 3. *cap.* 7. §. 2., & Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Thomæ de Villanoua penès Contilorum *pag.* 635., S. Francisci Xauerii *tit. de Fortitudine sub init.*, ac S. Isidori Agricolæ *art.* 2. *tit. de quat. Virtut. Cardinal.* §. *Considerata.* Atque in hanc rem pulcherrimè de more S. Bernardus *epist.* 129. inquit: *Absque Perseuerantia nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur. Tolle Perseuerantiam, nec obsequium mercedem habebit, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Huic soli redditur corona Iustitiæ, quid enim prodest esse bonum, esse sapientem, esse potentem, si non perseueraueris vsque in finem?*

De Temperantia, eiusque annexis.

1 TEmperantia est virtus moderans, & refrænans appetitum hominis in ijs, quæ maximè eundem appetitum alliciunt, vti sunt delectationes tactus, cibi, venereorum, & ex consequenti frænat tristitiam, quæ oritur ex defectu, & absentia talium delectabilium, quemadmodùm docet Præceptor Angelicus 2. 2. *quæst.* 41. *art.* 1., *& seqq.* Hæroicæ verò Temperantiæ sunt hasce delectationes, ac voluptates ex Dei dono, & instinctu moderari cum perfecta abnegatione operantis, & mortificatione corporis supra cæteros Iustos etiam cum discrimine corporalis salutis, ac vitæ. Talem fuisse nostri Vener. Ioseph Temperantiam ex mox dicendis clarè apparebit.

2 Atque in primis quidèm corpus abstinentijs, ac ieiunijs edomuit, & quamquàm cibis maximè indigeret ad reficiendas Vires inter continuos, quibus absumebatur, labores, ijsdem tamen visus est semper in exili admodùm quantitate vesci, *Summ. num.* 23. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis I. *de obseruatione propria pagin.* 139. §. 1., Testis II. *pagin.* 140. §. 3., Testis VI. §. 5., Testis XIV. §. 7., Testis XXVIII. §. 9., Testis XXXVII. §. 11., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis X. *pag.* 141. §. 16. Testis XV. §. 17., Testis XVIII. §. 18., & ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis XI. eadem *pag.* 141. §. 19., omnes *de visu, propriaque obseruatione*, quibus concinunt cæteri Testes relati eodem Summario ex Processibus Informatiuis *à pag.* 142. *ad* 144.; Continuis

Digitized by Google

nuis hiſce ieiunijs quotidianas addebat vigilias; integras enim nō-ctes in rerum diuinarum contemplatione tranſigens, paucas horas ſomno dabat, quem aut ſuper nuda humo, ſaxo prò ceruicali capiti ſuppoſito, aut ſuper Tabula, aut ſuper paleis capiebat, etſi qua fortè infirmitate premeretur, tùnc ſuper corio, nunquam veſtibus exutus, decumbebat *eod. numer.* 23. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis I. *pagin.* 139. §. 2. Teſtis III. *pagin.* 140. §. 4., Teſtis VI. §. 6., Teſtis XIV. §. 8., Teſtis XXVIII. §. 10., Teſtis XXXVII. §. 12., ex Proceſſu Apoſtolico Oppidi Sancti Pauli Teſtis XV. §. 17., Teſtis XVIII. §. 18., ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Olindæ Teſtis XI. *pagin.* 141. §. 20., ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis III. *pagin.* 142. §. 22., Teſtis XII. §. 28., Teſtis XVIII. *pagin.* 143. §. 29., & ex Proceſſu Informatiuo Oppidi S. Pauli Teſtis I. *eadem pag.* §. 33., Teſtis III. §. 34., Teſtis XII. §. 35., & ex Proceſſu Informatiuo Bahyen. Teſtis II. *pagin.* 144. §. 37. omnes *de viſu, propriaque obſeruatione*. Similia Sanctorum exempla paſſim ab Eccleſia nobis proponuntur. De S. Patre Dominico dicitur in Officio = *Etſi quando grauior ſomnus feſſa membra obrueret, ſtans nixus altari, vel ad durum lapidem inclinatus paululùm quieſcebat*. De S. Vincentio Ferrerio = *Nunquam lecto, ſed ſuper ſarmenta, aut palearum ſtramina ſanus cubabat* = ac D. Hieronymus de ſeipſo referendo aſperrimum illud vitæ genus, quod in Eremo tranſegerat, ait = *Quotidiè lacrimæ, quotidiè gemitus, & ſi quandò repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix hærentia oſſa collidebam.*

3 Suæ carnis perpetuus, ac infenſiſſimus hoſtis, ferreis cilicijs ſuos lumbos adſtringebat, ac flagellis adeò crudelitèr ſe diuerberabat, vt tergi ſpinam infregerit, & ex flagellorum aſperitate, ac ſæuitie nigras in iecore maculas contraxerat, ſicuti cum eius Cadauer ſepulturæ traderetur, obſeruatum fuit, *Summar. eod. num.* 23. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis I. *pagin.* 139. §. 1., Teſtis II. *pag.* 140. §. 3., Teſtis VI. §. 5., Teſtis XVIII. §. 9., Teſtis XXXIX. *pag.* 141. §. 13., & ex Proceſſu Apoſtolico Oppidi Sancti Pauli Teſtis IV. *ead. pagin.* §. 15., Teſtis XV. §. 17., & ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis S. Sebaſtiani Teſtis III. *pag.* 142. §. 22., Teſtis VIII. §. 24., & 25., omnes *de viſu, & certa ſcientia, quibus alii concordant*. Aduertit Scacchus *de not., & ſign. ſanctit. ſect.* 5. *cap.* 2. *pag.* 302. nullas eſſe Bullas Summorum Pontificum latas prò Sanctorum Canonizatione, in quibus carnem macerandi ſtudium non plurimum commendetur, additque *pagin.* 309. auſterum ieiunium, quotidianas vigilias, aliasque rigidas carnis macerationes maximi eſſe ponderis ad Seruorum Dei Canonizationem, ſi illæ aſperitates cum Euangelicis Virtutibus conſentiant.

4 *Caſtitas*, altera pars Temperantiæ cuius munus eſt cohibere, & moderari affectum circà delectationes carnis, mirum in modum in noſtro Dei Famulo coruſcauit, adeoùt per totam vitam præuentus gratia puritatis ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus immunis extiterit. Cautiſſimè ſemper ſuos ſenſus, atque oculos præſertim, ex quibus vt plurimùm impuræ cogitationes mentem peruadunt, cuſtodiuit, prauaſque occaſiones aufugit, *Summar. numer.* 24. ex Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis I. *pag.* 145. §. 4.,

Digitized by Google

§.4., Testis II. §.5., Testis III. §.6., Testis IV. §. 7., Testis VIII. *pag.*146. §.9., Testis IX. §. 11., Testis XII. §. 13. Testis XXIII. §.14. omnes *de visu, propriaque observatione*. Ità Dauidis iussum *psalm.*118. 37. exactè impleuit = *Auerte oculos tuos, ne videant iniquitatem* = quam D.Augustinus *lib.*10. *Confession. cap.*34. vocat *seductionem oculorum*; idque à Viris Sanctis seruandum scribit Clemens Alexandrinus *libr.*3. *Ped. cap.*11., *videtur super omnia auersandus Mulierum aspectus*; vndè Tertullianus *in Apol. cap.*46., inquit = *Christianus saluis oculis fœminam videre animo aduersùs libidinem cæcum esse*.

5 Verùm Angelicæ Castitatis præclara argumenta dedit Vir Dei, cum datus apud Indos obses inter eos degeret. Cum enim intempesta nocte feruentiùs antè Crucem oraret, ad eum accessit procax fœmina, quæ manu eius vestes leuiter trahere cæpit, & ad nefaria allicere; Cumque Dei Famulus immobilis hæreret, ac nihil prorsùs responderet, interrogauit fœmina semèl, iterùmque, num mortuus foret, ab eoque audiuit, se penitùs emortuum esse, vndè statim aufugit, exclamans, quod Venerabilis Ioseph verè Sanctus esset. In quo sanè facto mirandum quid vlteriùs accidit, nàm cum prædicta fœmina fugeret, non sine graui metu sensit Deum se insequentem, ac mortem minitantem, vtì ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ deponit *de auditu immediato à Seruo Dei* Testis XI. Vir grauis, ac Religiosus *eod. num.*24. *pag.*145. §. 3. Altera vice, cum pariter apud eosdem Gentiles Indos obses moraretur, ad eum deducta fuit impudica Mulier, qua vt ad libidinem vteretur, à Gentilibus instigabatur Vir Dei, sed fortiter restitit, & impudentem Mulierem à se magnanimitèr repulit. Hinc Gentiles in tantæ huius Virtutis admirationem tracti, sciscitabantur ab eo, quonam modo, Iuuenis adhuc, illecebras carnis non sentiret, respondit Dei Famulus, flagra ijsdem ostendens, quod carnis macerationeo eius stimulos, atque impetus represserat, *Summar. eod. numer.*24. ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis VIII. *de auditu immediato à Seruo Dei, & ex publica voce, & fama pag.*146. §.10. & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu à Viris Religiosis, qui Dei Famulum viuentem agnouerant, ac tractauerant pag.*148. §.20.

6 Præterea singularis eius Castitas magis eluescit ex summo zelo, quo curabat, vt omnes Puritatis amore incenderentur, & in hanc rem salutares admonitiones cuique præstabat. Porrò eius orationibus tribui debet liberatio cuiusdam Religiosi à grauissimis carnis tentationibus, quibus vexabatur, quamuis enim consilium ei dedisset, vt huius stimuli remotionem continuatis ad Deum precibus efflagitaret, ipse tamen non destitit suas in id orationes interponere, quarum vi præfatus Religiosus ex diuini muneris largitate nullas imposterùm nè leues quidem imaginationes, cogitationesque passus fuit, *Summario eod. Num.* 24. ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis I. *De obseruatione propria pag.*147. §. 15., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *Ex certa scientia dict. pag.*147. §.18.

7 Demùm eius Castitatis heroicitas ex eo colligitur, quod baptismalem innocentiam, ac virginitatem intactam, atque inuiolatam

Digitized by Google

vsque ad obitum seruauerit, *Summario eod. Num.* 24. ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. *De obseruatione propria, pag.*144. §.1., ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis I. *pag.*145. §.4., Testis III. §. 6., Testis VI. *pag.*146. §.8., Testis X. §.12., Testis XXIII. §. 14., & ex Precessu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis I. *pag.*147. §. 15., Testis XII., §. 16., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. §. 17. omnes *de propria obseruatione*. Nec defuere Prodigia, quibus illibata eius Castitas, ac virginitas cælitùs comprobata fuit, nàm diuina hæc qualitas eius vestibus inhæsit, vt quæcumque mulieres, quæ à prauis cogitationibus immunes esse cupiebant, frustulum aliquod ex eius vestibus deferentes, carnis stimulos nunquam experiebantur, vt *de certa scientia, ac publico auditu respectiuè* deponit ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *dict. Num.* 24. *pag.*148. §. 21. Sanè quanti momenti sit ad Seruorum Dei Canonizationem seruata semper Virginitas, non aliundè coniicere licet, quàm quod sit virtus suprà humanæ naturæ leges, vndè admirabundus S. Ambrosius *Lib.*1. *de Virginit.* exclamat = *Quis humano possit ingenio comprehendere veram scilicet virginitatem, quam nec natura suis includit legibus, aut quis naturali voce complecti, quod suprà vsum naturæ sit?* Et S. Augustinus *Libr. de Sanct. Virginitat. cap.* 13. vocet virginalem integritatem Angelicam portionem ibi = *Virginalis integritas Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio*. Vndè appositè Scacchus *de Not., & sign. sanctitat. sect.*7. *cap.*1. *pag.*197., *& seq.* fusè docet, Virginitatem cum voto, Ieiuniis, aliisque carnis macerationibus coniunctam, esse heroicam, & manifestum heroicæ sanctitatis argumentum; quod etiam docet Eminentissimus Lauræa *disp.*32. *de virtut. heroic. art.*6. *pagin.*815. *Num.*665., & tradunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum Sancti Ioannis Dei *tit. de Paupert., Castit., & Obedient.* §.*Castitatem verò*, S. Petri de Alcantara *art.*10. *per tot.*, *& alibi passim*.

8 *Humilitas* est Pars Temperantiæ, quia, vt inquit D. Thomas 2. 2. *quæst.*161. *art.*4. Omnes Virtutes refrænantes impetus aliquarum affectionum ponuntur partes Temperantiæ; Humilitas autem, vt ait ibidem *artic.*1. *temperat, & refrænat animum, ne immoderatè tendat in excelsa*. Huius virtutis primus, ac præcipuus Magister fuit Iesus Christus Filius Vnigenitus æterni Patris, qui factus Homo illam nos verbo, & exemplo docuit, vti *Matth.* 12. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*; atque hæc, vt addit D. Thomas *art.*5. *in corp.* est fundamentum omnium virtutum, vndè S. Augustinus *in lib. de verb. Domin.* ait = *Cogitas magnam fabricam construere Celsitudinis? De fundamento priùs cogita Humilitatis*.

9 Noster Vener. Ioseph verus in omnibus Christi Discipulus, eius monitum suprà communem modum impleuit; eximiam enim Humilitatem tùm in contemptu sui ipsius, tùm invilium operum exercitio, tùm demùm in honoris, ac laudum contemptu semper manifestauit. Sui ipsius contemptus satis euidentèr prodebat sese, ex quo viliſſima quæque diligeret, laceris, atque obsoletis vestibus vteretur, ac maximè indignum se reputaret, vndè nunquam

per-

Digitized by Google

permisit, quod eius deuoti suas manus oscularentur, quin potiùs, vt ab omnibus vilipendio haberetur, vehementer optabat. Nec destitit, singularem hunc sui ipsius contemptum, etiam cum Prouincialis munere fungeretur, raro exemplo demonstrare; cum enim ex suis Religiosis aliquis, qui eum antea non nouerat, recens aduenisset, & Collegium ingressus esset, statim ac breuem admodùm statura, gibbosumque Dei Famulum obseruasset, non sine interno risu miratus est, eam Prouinciam tali Viro demandatam fuisse; quod Diuino lumine intuens Dei Famulus, eidem dixit, quod meritam de se existimationem conceperat, quodque longè quàm ipse opinaretur, peior erat, *Summario Num.* 25. ex Processu Apostolico Eboren. Testis IV. *pag.* 148. §. 1., Testis V. §. 2., & 3., ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXII. *de visu pagin.* 149. §. 4., & 5., Testis XXXVII. *de obseruatione propria* §. 6., & ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis I. *ead. pag.* 149. §. 7., Testis II. §. 8., Testis III. §. 9., Testis VI. *pag.* 150. §. 11., Testis IX. §. 13., & ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis XIV. *pag.* 151. §. 16. omnes *de visu, propriaque obseruatione*. D. Bernardus *de Gradib. Humilitat. in princip.*, *Humilitas*, inquit, *est virtus, qua Homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit*; Vndè Eminentissimus Lauræa *disp.* 32. *de Virtut. Heroic. art.* 16. *pag.* 807. *num.* 570. *Humilitas in contemptu personalis excellentiæ consistit*; & ad rem aduertunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Petri de Alcantara *art.* 11. §. *Hanc virtutem*, & S. Ludouici Bertrandi *tit. de Temperant.* §. *Hùc etiam*.

10 Ex hac vilissima sui cognitione proueniebat, quod lubens, & gaudens vilissima quæque ministeria exerceret, tàm Domi, quàm foris, Coquinæ, ac triclinio inseruiret, patinas ablueret, ac Religiosorum Cubicula verreret. Eius deliciæ erant cum Pauperibus, & Infirmis, quibus propria manu remedia præbebat, ac non semel visus fuit, cistam cibarijs onustam super proprijs humeris ad Infirmos deferre. Quæ quidem humilitas eò præclarior redditur, quod etiam Prouincialis ad infima hæc officia se se demittere non detrectauit, *Summario dicto num.* 25. ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis IV. *de visa*, *pag.* 150. §. 10. Testis VIII. *de obseruatione propria* §. 12., & *Summarium.* 26. ex Processu Apostolico eiusdem Ciuitatis Testis II. *pag.* 151. §. 1., Testis III. §. 2., Testis VIII. §. 3., Testis XIV. §. 4., Testis XLVII. §. 5., & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. *pag.* 152. §. 7., Testis V. §. 8., Testis X. §. 9., Testis XVIII. §. 10., omnes *de visu*, *propriaque obseruatione*, quibus alij plures ibi concordes recensentur. Ex quibus actibus heroica consurgit Humilitas, vti ponderat Scacchus *de not.*, & *sign. Sanctit. sect.* 5. *cap.* 5. *pagin.* 352., ibi = *Ex hoc quod quis humilia velit, indè fit, vt humiles, & pauperes diligat, humilibus induatur vestibus, cum humilibus recreetur, & inter pauperes deputari suas delicias existimet*.

11 Hæc quidem sunt rara Humilitatis exempla, sed altiùs adhuc extulit se se profunda Ven. Ioseph Humilitas. Siquidem Mundanas laudes, atque honores contemnebat, & abhorrebat, cumque ob egregias suas Virtutes à Magnatibus passim expeteretur, inanes hos plausus aufugiebat, ac lubentiùs Pauperibus admiscebatur,

Digitized by Google

vt vilis exindè haberetur, *Summario num.27.* ex Processu Apostolico Ciuitatis Olindæ Testis I. *pagin.154.§.1.& 2.*, Testis XI.§.3., ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXX. *eadem pagin.§.4.*, Testis XXXIII.§.5., Testis XXXIX. *pag.155.§.6.*, Testis XL.§.7., Testis XLVI. §.9., & ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis I. *dicta pag.155.§.10.*, Testis VII. §. 11., Testis VIII. §.12., Testis XII. §.13., & concordant alij Testes ex Processibus Informatiuis, quos videre est *eodem num.27.pag.156.* Quanti laboris, ac meriti sit inter mundanos honores, ac laudes Humilitatem seruare, perpendit Sanctus Ioannes Chrysostomus *Homil.43. ad Popul. Antiochen.* ibi = *Honorem collatum despicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ ipsum Cæli verticem attingentis.* Et ex hac Virtute, qua Noster Dei Famulus excelluit, cæteras etiàm mirificè illustrari credendum est, vt enim tradit Sanctus Bernardus *epist.42.cap.5. Humilitas Virtutes alias accipit, seruat acceptas, quia non requiescit Spiritus Domini, nisi super quietum, & humilem, seruatas consummat, nam Virtus in Humilitate perficitur.* Quamobrèm Scacchus *de not., & sign. Sanctit.sect.5. cap.5. pag 351.* docet, ex heroica Humilitate certum ad effectum Canonizationis argumentum hauriri; inquit enim = *Humilitas cum probata fuerit in actis alicuius Dei Serui, summum, & perfectum Sanctitatis argumentum ex ea colligetur ad effectum Beatificationis, & Canonizationis.*

12 *Paupertas*, Humilitatis proles, est altera pars Temperantiæ, quatenùs diuitiarum appetitum refrænat, ac moderatur. Hæc Paupertas adeò cordi fuit nostro Dei Famulo, vt sæculi commoda, vanitates, ac diuitias non solùm contempserit, sed incredibili semper odio prosequutus fuerit. Ex vestibus, quibus induebatur, prodebat se se ingens Paupertatis amor, nunquam enim vilius fuit nouis vestibus vti, sed laceras adeò adhibebat, vt omnes admiratione raperentur. Ferè nunquam calceatus incedebat, & quoties calceis vteretur, resartos, fractosque induebat. Eius Cella summam paupertatem redolebat, & quamuis cæteri eius Instituti Religiosi, maximè qui ad Infideles nauigarent, scrinium ad conseruandas scripturas tenerent, ipse tamen, quamuis frequentioribus nauigationibus vacaret, scrinium habere nunquam voluit, contentus veteri, ac disrupta capsula, qua sua scripta custodiebat, atque hanc nudissimam Paupertatem toto vitæ curriculo adamauit, & coluit, vti firmant *de visu, propriaque obseruatione* Testes relati *Summario num.28. & 29. à pag.156. ad 160.* Ex quibus inferri licet, eam Paupertatem nostrum Dei Famulum professum fuisse, de qua Christus dixit *Matth.5.3. Beati Pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum*; quamque potissimùm requiri in Seruis Dei Canonizationis honore decorandis monet Scacchus *de not., & sign. Sanctit. sect.5. cap.1.* ibi = *Quodammodo ex Christi Doctrina, cum de alicuius Serui Dei non Martyris Beatificatione, aut Canonizatione agitur, quasi in exordio inquisitionis inuestigandum est, qualiter se gesserit circà diuitiarum contemptum*; & ponderant Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Francisci Xauerij *part.2. tit. de Paupertate §. Paupertatem*, S. Andreæ Auellini *cap.11. §. Præterea*, & sæpè in alijs.

De

Digitized by Google

De Donis Supernaturalibus.

Ac primò

DE DONIS

Discretionis Spirituum, & rerum occultarum Penetrationis.

CUM Sanctitas potissimùm sit ex Virtutibus, vt aduertit Scacchus *de not.*, *& sign. Sanctit. sect.* 8. *cap.* 3. necesse proindè non est, quod vt quis Canonizationis honore decoretur, Donis supernaturalibus fuerit insignitus, cum plures etiam Sanctos Ecclesia veneretur, & colat, qui cælestium huiusmodi Donorum participes non extiterunt, quod doctissimè expendit Sanctus Augustinus *Quæstion. quæst.* 83. ibi = *Non omnibus Sanctis ista tribuuntur, nè pernicioſissimo errore decipiantur infirmi, extimantes in talibus factis maiora dona esse, quàm in operibus Iustitiæ, quibus æterna vita comparatur* = Verùm quemadmodum terreni Reges chariores amicos suos maioribus diuitijs, ac honoribus exornant, vti appositè obseruat Iacobus Aluarez *de Vit. Spirit. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *col.* 459. 1, ita Diuina Bonitas non rarò nonnullos Seruos suos profusioribus, ac amplissimis Donis illustrat *ad notam diuini amoris in e, cui conceduntur, vtque sciat se à Deo amari, cum illi arcana sua Deus communicat*; verba sunt laudati superiùs Scacchi *sect.* 8. *cap.* 2. *pag.* 592. Iam supra ad titulum Fidei, recensentes Miracula, & ad titulum Charitatis in Deum abundè demonstrauimus, nostrum Dei Famulum cælestibus splendoribus, supernaturali fragrantia, ac raptuum, ecstasumque frequentia mirabiliter fuisse donatum, supereſt modò, vt ostendamus, cæteris etiam supernaturalibus Donis cumulatum fuisse, quod planum fiet, obitèr exponendo, primùm mirabiles casus, quibus Donum discretionis Spirituum, & rerum occultarum penetrationis manifestò elucet, ac eos deindè, quibus Propheticum lumen in Ven. Iosepho luculentèr euincitur.

1 Superno lumine cognouit, & aperuit, intrà Nauim, super qua vehebatur, quemdam adesse Viatorem publica excommunicatione innodatum, idque causam dedisse sæuissimæ procellæ, quæ suborta erat, ac in extremum propè discrimen Nauim redegerat, vti verificatum fuit; postquam enim præfatus Viator culpam, ex qua eidem inflicta fuerat excommunicatio, confessus fuit, atque absolutionem recepit, illicò quieuit tempestas, ac mare tranquillum euasit. Deponunt *Summario num.* 30. ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXIII. *de visu*, pro-

propriaque obseruatione, ac Testis XV. *de auditu à præsente pagin.* 161., *& seq.*, ac Testis XXXVI. *ex eadem scientia pagin.* 162.

2 Itèm manifestauit, Ioannem de Sousa procul in longinqua Regione commorantem, adhuc inter humanos agere, occasione, qua eius Vxor ex plurium relatione de illius obitu certior facta, se ad patrios lares recipere statuerat. Deponunt *eodem num.* 30. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXVII. *de facto proprio, & auditu respectiuè pagin.* 162. *versic. fin.*, & ex Processu Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis XIV. *de facto proprio pag.* 163., & Testis XXXVIII. *de visu, propriaque obseruatione pag. eadem.*

3 Eodem superiori lumine pandidit, cuiusdam Mulieris Virum, qui ad bellum aduersus Infideles porrexerat, adhuc viuere, dum Vxor, audita à nonnullis eius morte, ad secunda vota transeundi consilium iam cæperat. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXIII. *de visu, & obseruatione propria pag.* 163. *in fin.*, & ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis XV. *ex eadem scientia pag.* 164. qui alterum consimilem casum ibi refert.

4 Cum quadam die concionaretur, diuinam habuit reuelationem Victoriæ per Christifideles obtentæ contrà Gentiles in Oppido de Tamaios longiùs distanti, eamque Populo è Cathedra manifestauit cum præcisa horæ indicatione, vt posteà verificatum fuit. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VI. *ex certà scientiâ pag.* 164., & Testis V. *ex propria obseruatione pag.* 165.: Et ex Processu Informatiuo Oppidi S. Pauli Testis XII. *de auditu proprio pag.* 178.

5 Habitâ diuinitùs reuelatione, inter concionandum asseruit, inter humanos adhùc agere Dominicum Ludouicum Grore, qui à pluribus annis cum nonnullis *socijs* in Gentilium captiuitatem inciderat, omnesque prò mortuis iam censebantur, eodemque temporis momento prædixit, breuì ad Patriam, maximo superato discrimine, redituros, vt adunguèm accidit. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis II. prædicti Dominici filius *de obseruatione propria, & auditu immediato à Dei Famulo pag.* 165. Testis VIII. *ex certa scientia pagina eàdem*, & ex Processu Informatiuo eiusdem Oppidi Testis XVIII. *pariter ex certa scientia pag.* 166.

6 Cognouit internam, ac nemini vnquam indicatam determinationem Dominici Diaz, occidendi scilicèt quendam suum Inimicum, & à nefario consilio remouit. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis XVIII. idem Dominicus *de facto proprio*, Testis X. *ex eadem scientia pag.* 166.

7 Habuit reuelationem obitus Portugalliæ Regis, & cladis eius Exercitus in Africa, eamque haud obscurè manifestauit eâdem ipsâ die, quâ contigit, vt exindè verificatum fuit. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis XXXVIII. *de auditu immediato à Seruo Dei*, ac Testis XXXIV. *ex eadem scientia pag.* 167.

8 Iudi-

Digitized by Google

8 Indicauit locum in quo aderat culter, quem Antonius de Lousada per campos iter faciens casu amiserat, eoque loci fuit inuentus. Deponunt *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis XXIV. *de visu, propriaque obseruatione*, Testis XV. *de auditu ab eodem Antonio*, ac Testis XVII. *ex eadem scientia*, *pag.* 168.; pluresque alij indicantur Contestes.

9 Cognouit Superiori lumine consanguinitatem inter Dominum Ioannem de Sousa Pereyra, ac eius, quam de recenti duxerat, Vxorem, nemini notam: Deponit *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XXVII. *de facto proprio pag.* 169.

10 Habità diuinitùs reuelatione, quosdam Gentiles in Oppido valdè distanti degentes consilium inijsse de nece cuidam Mauro captiuo infligenda, solicitus Dei Famulus illùc perrexit, ac opportunè accurrens ex eorum manibus illum liberauit, proprijsque sumptibus redemptum ad Christi Fidem amplectendam redegit. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis I. *de auditu à Socio Serui Dei præsente pag.* 169., & ex Processu Apostolico eiusdem Oppidi Testis IV. *ex certa scientia pag.* 170.

11 Cùm inter celebrandum sibi diuinitùs innotuisset imminens obitus cuiusdam Indi, qui in loco campestri per decem, & octo leucas distanti commorabatur, illùc statim accurrit Dei Famulus, ac singulari Charitatis Zelo ad Catholicæ Religionis agnitionem redactum Sacro Fonte lauit, ac eius labes expiauit, datàque subindè absolutione iussit, vt ad cælestem aduolaret Patriam, quo dicto statim obijt. Deponunt *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis V. *ex certa scientia*, & ex Processu informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VIII. *ex eadem scientia pag.* 170., *& seq.*

12 Cognouit, & aperuit cuidam Mulieri, quæ duos habebat filios in longinqua Regione à pluribus annis degentes, obitum vnius, ac alterius superuiuentiam, prædixitque illum, qui adhùc inter humanos agebat, intrà quindecim dierum spatium ad Patriam incolumem reuersurum, vt accidit. Deponit *dicto num.* 30. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis V. *dicta Mulieris filius, qui superuixerat pag.* 171.

13 Rursùs manifestauit, quemdam hominem, qui Vxorem ducere cogitauerat, ac iam deliberauerat, aliam Vxorem adhùc viuentem, & in Regione valdè longinqua degentem habere, prædixitque certà die peruenturam ad locum, in quo Virum fortuitò reperiret, vt accidit. Deponit *dicto num.* 30. ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *de auditu immediato à Seruo Dei pag.* 171.

14 Cum Christophorus Paez plurimas eleemosynas secretò tradidisset Patri Petro Leitam, vt eas inter Pauperes Præfecturarum inferiorum diuideret; dictus Pater Petrus eas transmisit ad Seruum Dei, vt easdem distribueret in Præfectura Spiritus Sancti vbi degebat, nullatenùs declarando quis esset Benefactor. Verùm Seruus Dei ei rescribens demandauit, vt gratias ageret Christophoro Paez; cuius rei notitiam certè habere non poterat, nisi diuinitùs. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. *pagina* 172. *de facto proprio;*

15 Di-

Digitized by Google

15 Diuinitùs Dei Famulo reuelata fuit mors Patris Præpositi Generalis Societatis Iesu Romæ secuta. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. *de facto proprio, & auditu immediato respectiuè pag.*172., *& seq.*

16 Penetrauit cuiusdam Religiosi desiderium, quod nempè Vir Dei sese conferret ad excipiendam Infirmi confessionem, ac vlterius prædixit imminentem eiusdem obitum, vt euènit. Deponit *d. num.*30. ex eodem Processu Testis II. *de visu, & auditu respectiuè pag.*173.

17 Habuit in reuelatione obitum cuiusdam Religiosi Societatis Iesu secutum in Ciuitate Bahyæ, quæ per leucas biscentum quinquaginta distabat à loco, quo degebat ipse Dei Famulus, Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. *ex eadem scientia, dicta pag.*173.

18 Penetrauit, quemdam sui Ordinis Religiosum, qui ab impudica Muliere ad nefaria solicitatus fuerat, dum sub obtentu confessionis emittendæ fuerat accersitus, eidem minimè satisfeciſſe. Deponit *dicto num.*30. ex eodem Processu Testis II.*de facto proprio*, *pag.*174.

19 Itèm cognouit, quamdam Mulierem graue ab ea commissum crimen ob verecundiam per triginta propè annos in confessione siluisse, summàque dexteritate curauit, vt illud confiteretur. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. *de auditu immediato tùm à Seruo Dei, tùm à præfata Muliere, cuius crimen in confessione audijt*, *pag.*175.

20 Secretum cordis cuiusdam Confessarij ex Societate penetrauit: Cum enìm iste excipiendo Confessionem Mulieris indigenæ, ab ea intellexisset, se habuisse commercium Carnale cum alio Religioso, alioquin boni nominis, cæpit contristari, & deindè mente reuoluere infortunium illius Religiosi; Cum ergo Seruus Dei illum vidisset cogitabundum, diuino afflatus lumine cognouit causam eius mæroris, & statim iussit, vt iterùm illam Mulierem interrogaret, nàm facilè cognosceret, tale peccatum somniando accidisse Mulieri, prout reuera declarauit pœnitens: Ac insuper hac occasione addidit Dei Seruus dicto Confessario, quod hoc idem ter successiuè in expiatione criminum suarum Pœnitentium auditurus esset, & acciperet, vt non sine ingenti sui admiratione adunguèm contigit. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. *de facto proprio pag.*175.

21 Habuit in reuelatione, ac pandidit Socio mortem germanæ eius Sororis Vlysipponæ secutam, vti deindè compertum fuit. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis II. idem socius *de auditu immediato à Seruo Dei*, *pag.*176.

22 Cum quadam die concionem haberet, habità diuinitus reuelatione, adstantibus aperuit, quod nonnulli Christifideles in Regione longiùs distanti per Gentiles deprehensi plura acerbiora patiebantur, ac proindè Deum prò ipsis orarent. Quod quidem factum, re postea compertà, contigisse perspectum fuit eàdem die, eodemque temporis momento, quod Dei Famulus indicauit. Deponunt *Summario dicto num.* 30. ex eodem Processu Testis XVI. *de proprio auditu pagina* 176., ac Testis XXVI. *pariter de auditu proprio*, *pag.*177.

23 Eo-

Digitized by Google

23 Eodem ſuperiori lumine penetrauit, ac indicauit locum in quo ſe abdiderat Ancilla Blaſij Gonſaluez, quæ ab eius Domo aufugerat, eodemque loco reperta fuit. Deponunt *dicto num.*30. ex Proceſſu informatiuo Oppidi Sancti Pauli Teſtis VIII. *de auditu à præſentibus*, ac Teſtis IX. *ex eadem ſcientia pag.*177.

24 Itèm penetrauit deſiderium Suſannæ Diaz, ab hac vita migrandi in ſtatu virginali. Deponit *dicto num.* 30. ex eodem Proceſſu Teſtis V. *eadem Suſanna de facto proprio, d. pag.*178.

25 Cæleſti impulſu motus indicauit locum, in quo adunguèm reperta fuit quædam ſchedula, quam amiſerat Auia Antonij Borges. Deponit *dicto num.*30. ex Proceſſu informatiuo Ciuitatis S.Sebaſtiani Teſtis XVI. *de auditu immediato, & obſeruatione propriâ reſpectiuè pag.*178.

26 Penetrauit nefarium conſilium trium hominum, qui ſecum animo ſtatuerant occidere Antonium de Sauedra, ſuiſque ſuaſionibus eum à morte eripuit, & in pacem cum Inimicis redegit. Deponit *dicto num.*30. ex eodem Proceſſu Teſtis XI. *de facto proprio pag.*179.

27 Varia ſupernaturali lumine cognouit, ac prædixit Patri Gaſpari Ferreira Societatis Ieſu, quæ deindè advnguèm verificauit euentus. Deponit *dict. num.*30. ex Proceſſu Apoſtolico Vlyſſiponen.TeſtisIII.*ex facto proprio,& ex certa ſcientia reſpectiuè pag.*179., *& ſeq.*

28 Itèm cognouit ſecretum conſilium cuiuſdam Tribuni Militum, qui in corde ſuo ſtatuerat patibulo ſuſpendere de nocte Virum prepotentem in Carceribus detentum, quam deliberationem nulli omninò communicauerat; & Seruus Dei ope ſua Reum à morte liberauit. Deponit *dict. num.*30. ex Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis S.Sebaſtiani Teſtis XXXI. *de auditu immediato à Seruo Dei pag.*180., *& ſeq.*

29 Habuit in reuelatione, ac manifeſtauit, ad Portum Ciuitatis Sancti Sebaſtiani duas peruenisſe Piratarum Naues animo eiuſdem Incolas deprędandi, atque ità periculum omne penitùs auertit. Deponit *d. num.*30. ex eodem Proceſſu Teſtis XXXIV. *de auditu immediato à Seruo Dei pag.*181.

30 Cognouit conſilium, quod nonnulli Gentiles inierant de occidendo eius Socio, qui penès eos obſes remanſerat. Deponit *d. num.*30. ex eodem Proceſſu Teſtis XLIII. *ex certa ſcientia dict. pag.*181.

31 Diuino inſtinctu motus manifeſtauit, Mulierem, quam in Vxorem duxerat Bartholomęus Diaz, alium Virum adhùc viuentem, & Vlyſſiponæ degentem habere, vt verificatum fuit. Deponit *dict. num.*30. Teſtis XLIV. *ex certa ſcientia pag.*182.

32 Habuit in reuelatione, ac pandidit obitum ſeptem Perſonarum in quodam conflictu armorum ſecuto in loco per plures, pluresque leucas diſtanti à Ciuitate, in qua Dei Famulus degebat. Deponit *d.num.*30. ex eodem Proceſſu Teſtis XXIII. *de facto, & obſeruatione propria reſpectiuè d. pag.*182. *& ſeq.*

33 Penetrauit altercationem habitam per Gundiſaluum Correa cum nonnullis Mulieribus in loco valdè diſtanti. Deponit *dict. num.*30. ex eod. Proceſſu Teſtis XIX. *de facto proprio pag.*183.

34 Aperuit internam cogitationem cuiuſdam Iuuenis, qui de eius

Digitized by Google

Sanctitate experimentum capere cupiebat. Deponit *dict. num.*30 ex eodem Processu Testis IX. *de propria obseruatione dict. pag.*183. *& seq.*

35 Superno instinctu ductus propalauit simulatam Sanctitatem cuiusdam Mulieris Indæ. Deponit *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis VI. *de auditu immediato, propriaque obseruatione respectiuè, pag.*184.

36 Cognouit internam deliberationem Christophori Dionisij frustulum eius habitus prę deuotione recidendi. Deponit *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis IV. *de obseruatione propria, pag.*185.

37 Item cognouit sui Consanguinitatem cum Michaele Ayres Maldonado, quem nullo vnquàm suę vitæ tempore viderat, aut cognouerat. Deponit *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis V. *de facto proprio pag. ead.* 185.

38 Internam afflictionem Dominę Aloysiæ Grimaldæ penetrauit, ac aperuit, eique opportuna, quibus ea angustia penitùs leuaretur, remedia præstitit. Deponit *dict. num.* 30. ex Processu Eboren. Apostolico Testis III. *de facto proprio ead pag.*185., & concordat Testis I. eiusdem Aloysiæ Nepos *ex certa scientia, pag.*186.

39 Superno paritèr lumine penetrauit, ac pandidit Domino quorumdam Captiuorum occultum eorum consilium, quo fugam arripere meditabantur. Deponunt *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis I. *de visu, ac certa scientia respectiuè pag.*186., & Testis II. *ex eadem scientia, ead. pag.*

40 Cognouit, Dominam Beatricem Correa in Confessione quoddam ab ea patratum crimen citrà voluntatem tacuisse. Deponunt *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis IV. *de facto proprio*, ac Testis V. *ex certa scientia pag. ead.*

41 Prænouit paritèr, ac manifestauit Dominum Rodericum Aluarez, qui Vxorem in Indijs duxerat, aliam adhùc viuentem in Lusitania habere. Deponut *dict. num.*30. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis XVIII. *ex certa scientia*, & ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis X. *ex eadem scientia dict. pag.*186. *& seq.*

42 Habuit in reuelatione, ac manifestauit obitum Genitricis Fratris Simonis Ludouisij, quæ à Gentilibus captiua detinebatur. Deponit *dict. num.*30. ex Processu Apostolico eiusdem Ciuitatis Testis XIV. *de auditu ab eodem P. Simone pag.*187.

43 Item propalauit deprędationem, ac mortem nonnullis Christifidelibus per Gentiles illatam in Oppido S. Vincentij. Deponunt *dict. num.*30. ex eodem Processu Testis XIV. *de auditu à fide dignis*, & ex Informatiuo eiusdem Ciuitatis Testis XXXIV. *ex certa scientia d. pag.*187. *& seq.*

44 Diuinitùs reuelationem habuit determinationis, quam susceperat Dominus Emmanuel Vellosius, longum iter per Mare faciendi, prędixitque deperditionem Nauis, super qua vehi statuerat, vt euènit. Deponit *d. num.*30. ex Processu Apostolico Ciuitatis S. Sebastiani Testis XVI. *eiusdem Emmanuelis filius pag.*188. *& seq.*

45 Cognouit insupèr, ac manifestauit distans spatio sex leucarum ab Vrbe Sancti Sebastiani, Dominam Mariam Oliueriam iàm pepe-

rissę

Digitized by Google

risse in eadem Vrbe, vti verè eodem temporis momento, quo id Dei Famulus aperuerat, felicitèr partum expulit. Deponunt *d.num.30.* ex Processu Informatiuo prędictæ Ciuitatis Testis XLI. *ex certa scientia*, ac Testis XLIII. *de facto proprio pag.189.*

46 Habuit in reuelatione, ac pandidit inuasionem, ac deprędationem Loci Brittiogæ per Indos factam. Deponunt *dict. num.30.* ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis I. *de auditu publico*, & ex Processu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis XX. *ex eadem scientia pag.189. & seq.*, & ex Processu Informatiuo Ciuitatis Olindæ Testis II. *de aud. immediato à Seruo Dei pag.194.*

47 Inter orandum diuinam habuit reuelationem de obitu cuiusdam Religiosi Societatis Iesu in Italia apud Lauretanam Ædem secuto, nec non de gloria in Cęlis per ipsum Defunctum adepta. Deponunt *dict. num.30.* ex prefato Processu Sancti Sebastiani Testis IV. *de auditu immediato à Patre Prouinciali Societatis, cui Dei Famulus prædicti Religiosi obitum manifestauit*, & ex Processu Apostolico Vlyssiponen. Testis VII. *de auditu publico pag.190. & seq.*, & ex Processu Apostolico Ciuitatis Sancti Sebastiani Testis VIII. *de auditu à Teste præsente pag.195.*

48 Prænouit, ac manifestauit electionem de se Romæ factam in Prouincialem Prouinciæ Brasilienſis, vti post aliquot elapsos dies medio nuncio verificatum fuit. Deponunt *dict. num.30.* ex eodem Processu Vlyssiponen. Testis VII. *de auditu publico*, ac Testis XVII. *ex certa scientia pag.191.*

49 Cognouit, & aperuit internam determinationem cuiusdam Iuuenis, qui quoddam à se patratum crimen in confessione, quam cum Dei Famulo emittere statuerat, occultare volebat, eo fine, vt certior de illius sanctimonia fieret, quoties de tali omissione notitiam diuinitùs habuisset, vti reuerà contigit. Deponit *dicto num.30.* ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis VI. *de auditu immediato à d. Iuuene pag.192.*

50 Habuit in reuelatione deliberatum animum cuiusdam Viri, qui secum statuerat Vxori necem inferre, eumque à tali proposito suis monitis remouit. Deponit *d.num.30.* ex eod. Processu Testis XVIII. *de obseruatione propria d. pag.192.*

51 Penetrauit occultum consilium Balthassaris Consaluez, qui versùs Bahyiam iter capessere meditabatur. Deponit *d. n.30.* Testis XV. *de facto proprio ead. pag.*

52 Habuit in reuelatione, ac manifestauit inuasionem Oppidi de los Sanctos à Gentilibus factam, ac mortem multorum ex eiusdem Incolis. Deponunt *dict. num.30.* ex Processu Informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani Testis II. *de auditu publico*, ac Testis III. *ex ead. scientia pag.193.*

53 Penetrauit animum Antonij de Sauedra, qui secum proposuerat cum quadam Muliere carnale peccatum admittere, eique vlteriùs prædixit graue vitæ periculum, quod eidem imminebat, vt accidit, ab eoque media Serui Dei intercessione liber euasit. Deponit *d.n.30.* ex eod. Processu Testis XI. *de facto proprio pag.104.*

54 Cognouit, Dominam Mariam Aluarez, quę in loco per plures leucas distanti commorabatur, filium masculum peperisse. Deponit *d.n.30.* ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis XII. *de facto proprio, & auditu respectiue, ead. pag.194.*

Digitized by Google

55 Cùm quadam die Dei Famulus Concionem haberet, insignitus fuit mirabili visione Beatissimæ Virginis, quæ ad auxilium cuidam eius Deuotæ præstandum accurrebat, quod insigni prodigio manifestatum fuit ijs, qui Concioni intereram. Deponunt *d. num.30.* ex Processu Apostolico Ciuitatis S.Sebastiani Testis III. *de visu, & auditu respectiuè*, Testis VI. *de auditu publico*, ac Testis IX. *de auditu immediato à Seruo Dei pag.195. & seq.*

De Dono Prophetiæ.

1 PRædixit Gaspari de Magalhaens liberationem eius Sororis,& Famulorum è manibus Infidelium, vt euènit non sinè raro, & euidenti Miraculo. Deponunt *Summ. Num.31.* ex Processu Apostolico Ciuitatis S.Sebastiani Testis III. idem Gaspar *de facto proprio*, ac Testis IX. Soror eiusdem Gasparis *paritèr de facto proprio pag.197.*, *& seq.*, vbi Contestes indicantur.

2 Prædixit obitum Balthassaris Fernandez intrà quinque dies, vt accidit. Deponit *dict. num.31.* ex eodem Processu Testis VI. *de visu pag.198.*

3 Prædixit proximam desolationem cuiusdam Fortalitij, quod in Portu Ciuitatis Sancti Sebastiani construebatur, vt accidit. Deponunt *dict. num.31.* ex eodem Processu Testis XIX. *de auditu immediato, & obseruatione propria respectiuè d. pag 198.* Testis XVIII. *ex ead. scientia pag.199.*

4 Philippæ Vincentiæ prædixit, ab incurabilibus, quibus erat affecta, plagis, breui sanam fore, vt media eius interceßione mirabilitèr accidit. Deponit *dict.num.31.* ex Processu Informatiuo Oppidi Sancti Pauli Testis XV. *ead. Sanata de facto proprio d. pag.199.*

5 Eadem die, qua prædixit obitum cuiusdam Puellæ filiæ Ioannis Vieira, dùm benè valebat, ea ex humanis excessit. Deponit *dict. num.31.* ex eodem Processu Testis XVII. *de auditu immediato, & obseruatione propria respectiuè pag.200.*

6 Prædixit, quemdam Indum incurabili morbo laborantem breui sanaturum, vt in instanti, mediante eius interceßione, mirabilitèr euènit. Deponit *dict. num.31.* ex eod. Processu Testis XX. *de propria obseruatione, pag.ead.*

7 In itinere, quod ad Oppidum S. Barnabæ Dei Famulus aggressus fuit, prædixit, imbrem largiùs è Cælo descendentem breui cessaturum, viasque, vndè pergere debebant, exiccatas penitùs fore, vt accidit. Deponit *d. num.31.* ex Processu Informatiuo Bahyen. Testis II. *eiusdem Serui Dei in d. itinere Socius, pag.201.*

8 Prædixit proximum aduentum cuiusdam Personæ, quæ sibi epistolam tradere debebat nomine cuiusdam Infirmi, quem vlteriùs prædixit, breui sanitatem consecuturum, licèt ad extremum vitæ sinè vlla salutis spe redactus esset, vt advnguèm verificatum fuit. Deponit *d. n.31.* ex eod. Processu idem Testis II. *de auditu immediato, & obseruatione propria respectiuè, d.pag.201.*

9 Patri Ioanni Marinho Societatis Iesu iàm in articulo mortis constituto, ac de salute prorsùs desperato, post feruidas emissas Deo preces prò eiusdem salute, prædixit, ex ea infirmitate non obiturum,

Digitized by Google

rum, vt accidit. Deponit *d. num.*31. ex eod. Processu Testis II. *de auditu immediato ab eodem Infirmo, pag.*202.

10 Idem, Patri Ignatio Tolosa, ex grauissimo morbo ad vltimam vitæ periodum redacto, prædixit, quantociùs è lecto prorsùs incolumem prosiliturum, vti post breuem vnius horæ lapsum, mediantibus eius orationibus, non sinè raro prodigio euènit. Deponit *d. num.*31. ex eodem Processu Testis II. *Serui Dei Socius de auditu immediato, & obseruatione propria respectiuè, d. pag.*202.

11 Cum Seruus Dei iam Prouincialis nauigaturus esset ex Portu Bahiæ ad Ciuitatem Pernambuci, prædixit, post quadraginta dies Nauigationis ob ventos aduersos asportandum fore iterùm in Portum Bahiæ, vbi recepturus erat Literas Patris Generalis, quibus Pater Ludouicus de Fonseca destinabatur in eius Socium, prout reuerà contigit, iuxtà prædictionem; Eodemque tempore prædixit vlteriùs duorum Lapicidarum in Societatem ingressum raris cum circumstantijs adunguèm verificatis. Deponit *dicto num.*31. ex eodem Processu Testis II. *præfatus Serui Dei Socius ead. pag.*202. *& seq. per tot.*

12 Prædixit, breuì sedandam fore crudelem procellam Maris, dum Nauis, qua cum Socijs transuehebatur, euidenti submersionis periculo iàm proxima erat, vt accidit. Deponit *d. num.*31. ex eodem Processu Testis II. *præfatus Serui Dei Socius pag.*204.

13 Prædixit quemdam hominem, qui super oneraria Naui ad Ciuitatem de Pernambuco se transferre statuerat, contraria ventorum vi ad aliam valdè longinquam regionem asportandum fore, vt euènit. Deponit *d. num.*31. ex eodem Processu Testis II. *præfatus Dei Serui Socius, pag.*205.

14 Prædixit, quemdam Militem Nauis, quæ ad Bahyæ Portum peruenerat, Religiosum Societatis habitum susceperturum, quamuis cum eo nunquàm allocutus fuisset, vt accidit. Deponit *dict. numer.*31. Testis II. *præfatus Serui Dei Socius pag.*205., & Testis IX. *de facto proprio, pag.*206.

15 Prædixit certam diem, qua Oppidum S. Pauli ab Hæreticis obsidione vallandum erat, ac successiuè Victoriam per Christifideles reportandam, vt accidit. Deponit *dict. numer.*31. ex Processu Apostolico Oppidi Sancti Pauli Testis III. *de auditu immediato à Seruo Dei, & obseruatione propria respectiuè, pagin.*206., *& seq.*

16 Cuidam Iuueni vxorato, qui ergà Mulierem pariter nuptam impudico amore ferebatur, post plures admonitiones ijsdem incassum factas, prædixit, intrà biduum ambos obituros, vt euènit. Deponunt *dict. num.*31. ex eodem Processu Testis V. ac Testis VI. *ex certa scientia pag.*207.

17 Prædixit imminentem mortem cuiusdam Puellæ filiæ Domini Aluari Necto, dùm benè valebat, vt accidit. Deponunt *dict. num.*31. Testis VII. ex eodem Processu *de auditu immediato, & obseruatione propria respectiuè pagin.*207. *in fin.*, & ex Processu Informatiuo eiusdem Oppidi Testis XVII. *dicta Puella Mater, pag.*208.

18 Prædixit, Dominam Mariam Castanha ex grauissima infirmitate ad vltimam vitæ periodum redactam breui sanam fore, vt miraculosè medijs eius orationibus euènit. Deponit *dict. num.*31. Testis XI. *eadem Maria de facto proprio, pag.*208.

Digitized by Google

19 Viro dictæ Dominæ Mariæ Castanha, qui ad Bellum contrà Gentiles gerendum pergere statuerat, prædixit, Victoriam reportaturum; & in itinere à sæuissima Maris procella liberum fore mediante expositione cuiusdam Reliquiæ, quam tali occasione dono eidem dedit ipsemet Dei Famulus, vt verificatum fuit. Deponit *dict. num.31.* ex eodem Processu Testis XI. *ex certa scientia pagin.208., & seq.*

20 Prædixit, ac indicauit certam diem, qua in Patriam regrederetur Vir cuiusdam Mulieris, qui spatio septem, & vltrà annorum in longinquis Regionibus moram traxerat, quin vlla de eo notitia haberetur, vt accidit. Deponit *dict. num.31.* ex eodem Processu Testis XI. *ex certa scientia*, ac Testis XVIII. *ex eadem scientia pagin.209.*

21 Superno lumine edoctus designauit locum, in quo Vincentius Gomez fato cessisset, vt euenit. Deponit *dict. num.31.* ex Processu Informatiuo Bahyensi Testis II. *de auditu immediato à Seruo Dei, ac publica voce, & fama respectiuè, dicta pag.209.*

22 P. Francisco Pinto Societatis Iesu graui morbo laboranti, ac in articulo mortis propè constituto, prædixit, ex eo non obiturum, sed per plures annos in procuranda Infidelium conuersione vitam laboriosissimam ducturum, ac demùm glorioso Martyrio coronandum fore, quæ omnia aduunguèm euenerunt. Deponit *d. num.31.* ex eodem Processu Testis II. *de auditu immediato, & certa scientia respectiuè pag.210.*

23 In itinere, quod cæpit versùs Oppidum S. Pauli, manifestauit Socio, in quodam loco binos pisces dono recepturos, vt accidit. Deponit *dict. numer.31.* ex Processu Apostolico Oppidi S. Pauli Testis XI. *de auditu à Socio præsente, pag.211.*

ejus Servi nominæ, ut ad interrogata reſponderet. Interrogatuſque à me luſitanè - *Come ti chiami ?* - Reſpondit luſitanè etiam *Lusbel* Rursùs - *Perche ſei entrato in queſto Corpo* - Reſpondit - *Perche ſua Madre me l' ha dato* - Inſto, ac jubeo in Dei, & Venebili Ptari Ioſephi Anchietæ nomine, ut à Corpore iniquè obſeſſo abeat, ſignumque abeundi præbeat. Reſpondit ſe abiturum, & prò ſigno dare monetam auream valentem tres pataccas, inveniendam ſuper liminari non multum diſtantis. Domus, atque ità, ea quieta abiimus. Quæſita moneta eſt, ſed non inventa, poſterò autem die voco aliam Mariam eadem illa hora malo correptam. Eo; prædictis Patribus Ioanne Perera, & Ioſepho de Almedia Sociantibus: Applico illi prædictam Reliquiam Venerabilis Patris Ioſephi Anchietæ, atque inter præcandum impero Dęmoni, in Dei, & ejus dicti Servi nomine, ut mihi reſpondeat, ac latinè interrogatus - Qui vocaris? Nihil reſpondit. Hic Patres aliquantulùm diſtantes dixerunt - profectò ſi Dæmon eſſet, ut dicitur, ſciret latinè - Voce tamen adeò ſubmiſſa, ut audiri non poſſet, nec à mè audita ſit, reſponſum tamen tulere - *Non me l'hai tu da inſegnare* - Ex quo collegerunt Patres Dæmonem eſſe. Inſtiti - *Come ti chiami ?* Reſpondit - *Lusbel* - additque ſe omnes tres prædictas Puellas ingredi. Progredior præcando, & Venerabilis Patris Ioſephi Anchietæ nomen invocando, Dæmonemque adigo, ut tandem abeat, nunquam rediturus, ſignumque prębeat: Promiſit eamdem monetam auream prò ſigno inveniendam in eodem ſupradicto loco - Nolo, inquàm, ſi ibi quęrenda eſt, quia cum ſis Pater mendacii, jam ſemel mihi mentitus es, tù qui potuiſti eam illuc inferre, poteris & mihi in manus dare, quare eam mihi vome in manum. Tunc mihi in ſubjectam manum vomuit monetam auream prædicti valoris. Exinde tres omnes quieverunt, ac ſanæ hucuſque permanſerunt prorſus à malo liberę, nulla ſubſequuta recidiva jam elapſis annis. Nos que nihil addubitantes Dæmonem fuiſſe, & Venerabilis Patris Ioſephi Anchietæ interceſſione expulſum, ut pote nullo alio Dei Servo invocato; dictamque monetam inibi è collo Beatæ Virginis tanquam Anathema ſuſpendimus.

Et ex Proceſſu Bahyen.

XII. *Admodum Rev: Pater Joſeph Almedia Religioſus Profeſſus Societatis Jeſu, annorum* 38. *fol.* 266. *tergo, Juxta* 20. *Reſpondit*:

Che eſſo Teſtimonio, ſaranno 4. in 5. anni paſſando per un Podere di queſto Collegio diſtante da eſſo leghe otto chiamato il Podere delle Capivaras, dove vi è una Cappella della Madonna del ripoſo in compagnia anche del Padre Giovanni Perera, che allora era Provinciale di queſta Provincia, ed oggi è Rettore di Coimbra, e del Padre Paolo Carnero della medeſima Compagnia Rettore attuale del Colleggio di Olinda, giunta colà gli fu riferito dalli Schiavi, che avevano cura del Podere, che una Schiava del medeſimo Podere chiamata Antonia, maritata con Gonſalo Moro del medeſimo Podere, erano alcuni Meſi, che ſi Conteſtis de viſu.

Digitized by Google

trovava Spiritata, e che alle volte per molti giorni continui, & alle volte un giorno sì, e l'altro nò era molto travagliata, il che saputo, la fecero venire alla presenza di essi trè sopradetti Religiosi, e vedendo la gran forza, che faceva volendo resistere a trè, o quattro Mori, che la tenevano, e la repugnanza, che mostrava all'acqua benedetta, che sopra di essa gettava il detto Padre Paolo Carnero, il quale alla presenza di esso Testimonio, e del Padre Provinciale l'esorcizò, giudicorono, che con effetto il Demonio si fosse impossessato della sudetta Schiava, la quale mostrava essere in età di 23. in 24. Anni, & il Demonio disse esserne la caggione (quando fu interrogato dal detto Padre Paolo Carnera) perche la Madregna di detta Energumena gl'e l'aveva data: E che fatti gli esorcismi non per tanto il Demonio era partito; E che il detto Padre Pauolo Carnero pose addosso alla detta Schiava una Reliquia del Venerabile Servo di Dio Padre Giosseppe Anchieta, che seco portava (mà non sà se fosse qualche osso del detto Servo di Dio, o pure parte della sua Camisciola, come ne meno si ricorda, se fu posta a capo del letto della Spiritata un Ritratto del detto Servo di Dio, che vi era nella Casa del detto Podere), & il medesimo Padre Pauolo Carnero aveva commandato al detto Demonio, che in nome di Dio, e del suo Servo Giosseppe Anchieta sortisse da quella Creatura, e che se bene aveva detto il Demonio, che presto presto sarebbe uscito, con tutto ciò replicandosi la sopradetta deligenza nella forma gia detta, ed insieme anche li esorcismi della Chiesa, indi a 24. ore alla presenza di esso Testimonio, e del detto Padre Provinciale disse il detto Demonio, che già se ne usciva, gettando la Pazientse, come dalle viscere involta in grossa saliva una moneta d'oro del valore di dieci testoni, la quale esso Testimonio bucò, & infilatolo la pose ai piedi dell'Imagine della Madonna del Riposo della sua detta Cappella, e dove anche oggi si conserva. Disse anche, che esso Testimonio era rimasto in detto Podere per lo spazio poco meno di un Mese, e poi vi si era portato molte volte: ed attualmente per essere il detto Podere subordinato alla Superiorità della Missione dove esso Testimonio dimora in sola distanza di una lega, sà di veduta, e per notizia avuta generalmente dalli Schiavi del medesimo Podere, e dalla medesima Antonia, che mai più era ritornato il Demonio ad inquietarla; Disse anche che esso Testimonio, e li sopradetti due Religiosi attribuirono a Miracolo di Dio operato per il detto suo Servo Giosseppe Anchieta l'essere partito il Demonio dal corpo della sudetta Schiava, ed altro non disse.

Cum supradictis concordant etiam ex eodem Processu Babyen. - XXI. *fol.* 379: *tergo*, *juxta* 2. *Interrogatorium* - XXXVII. *fol.* 579. *juxtà* 9. *Interrogatorium*, *Vir Liberatæ de visu* - XXVIII. *fol.* 588. *juxtà* 9. *Interrogatorium*, *eadem liberatà de facto proprio* - *Et* LXV. *fol.* 926. *juxtà* 20. *Interrogatorium de visu*.

18. Dominus Franciscus Perera de Carualho, dum Librum Vitæ Servi Dei legebat, dubitans de veritate prodigiorum, quæ in eodem enarrabantur, de repente intensissimis doloribus in auriculis cruciari cepit; Verùm demissè petitâ veniâ de tali diffidentia,

che

Digitized by Google

admotâque vivâ fide auriculis Imagine Servi Dei in eodem libro effigiatâ, incontinenti ab eis liber evasit - *Deponit ex Processu Olindensi.*

XV. *Dominus Franciscus Pereira de Carvaglio, annorum* 60. *fol.* 217., *dixit*:

Mentre io stavo legendo la vita del Venerabile Padre Gioseppe Anchieta composta da un Religioso della Compagnia di Gesù cominciai a dubitare delle grandi Maraviglie, che in essa legevo essere state operate dal detto Venerabile Padre dicendo trà me stesso, che dovevano essere finzioni, ed accrescimenti inventati dalli Religiosi della Compagnia, ed in quel punto all'improviso fui sorpreso da un dolore in un orecchio intensissimo, & acutissimo, che mi fece restare sbalordito, e tormentato per lo spazio di due ore: Però si compiacque Iddio lasciarmi tanto sentimento, che riflettessi, che ciò potesse essere castigo del giudizio da me fatto dei Miracoli del Venerabile Padre Gioseppe Anchieta, e così interiormente facendo un atto di pentimento, domandai perdono al detto Servo di Dio, dicendo con un atto contrario, che Dio poteva fare cose molto maggiori per la di lui intercessione, e molto maggiori prodigii di quelli, che avevo letti in quel libro: Ed accostando nel modo, che mi era permesso, al mio orecchio l'effigie del detto Venerabile Padre, che stà stampata in un foglio del medesimo libro, subito mi addormentai, ed essendomi destato, indi ad un ora mi trovai libero dal dolore come stavo prima, del che resi grazie al Venerabile Servo di Dio, essendo rimasto fin d'allora a lui molto devoto, e prendendolo per mio avvocato, certamente farei la sua Festa se fosse canonizato, e tutta via gli hò promesso di essere Giudice (quasi sopra intendente) della sua prima festa, che gli sarebbe fatta quando fosse canonizato, se Dio mi facesse la grazia di vederlo arrolato al numero de Santi, e sin' d'allora gli ho recitato ogni giorno un Pater nostro, & un Ave Maria per lo spazio di 20. anni, e di tutto ciò potrebbe rendere Testimonianza mia Moglie, come Testimonio di veduta se fosse viva: Io giudico questo Caso per vero Miracolo del Venerabile Padre Gioseppe Anchieta, perche intendo, conforme le regole della Medicina, che avendomi sorpreso in un subito così gran dolore in quell' occasione, ed essere svanito solamente con aver applicata alla parte l'effigie del Venerabile Padre non poteva essere cosa naturale.

Testis de facto proprio

Sequuntur plura alia Miracula, quæ brevitatis studio indicantur tantùm.

19. Domina Philippa de Britto à diuturnis, & intensissimis doloribus uteri, accedente etiam Pulmonum inflammatione, ad extremum jam vitæ redacta absque ulla salutis spe, ad applicationem Reliquiæ Servi Dei, ejusque patrocinii invocationem, incontinenti perfectè sanitati restituitur: *Deponunt ex novissimo Processu Babyen.* XXIII. *fol.* 413. *juxtà* 12. *Interrogatorium eadem sanata de facto propr.* - L. *fol.* 740. *tergo juxtà* 13. *Interrogatorium Vir. d. sanatæ de visu, & obs. poropr.* - *Et* LII. *fol.* 760. *tergo pariter de visu.*

20. Franciscus Pereira dum è contagioso morbo ad extremam vitæ

Digitized by Google

Periodum redactus reperiebatur, invocata ope Servi Dei, applicataque sibi ejus Reliquia, continuò sanatur: *Deponunt ex eodem Processu Babyen.* XIX. *fol.* 358. *juxtà* 14. *Interrogatorium, de visu* - XLV. *fol.* 672. *juxtà idem Interrogatorium, pariter de visu.*

21. Dominus Dominicus Berretto ad applicationem Reliquiæ Servi Dei, ejusque auxilii invocationem incontinenti liberatur a mortis periculo ob magnam deglutitam spinam, quæ gutturi acriter infixa remansit: *Deponunt ex eodem Processu Babyen. I. fol* 110. *tergo, & seqq. juxtà* 12. *Interrogatorium* -- *II. fol.*141 *juxtà* 12. *Interrogatorium de cert. scient. Et LI. fol.* 750. *tergo juxtà* 12, *Interrogatorium, Dominicus de fact. propr.*

22. Michaela Ramos Parente ob astrictas, & sparmo contractas maxillas morti jàm proxima, statim sanatur applicatione Imaginis Servi Dei, ejusque patrocinii Invocatione: *Deponunt ex eodem Processu Babyen.* XLI. *fol.* 617. *tergo, juxtà* 20. *interrogatorium, de visu, & observ. propr.* LXX. *fol.* 980. *tergo, juxta* 20. *Interrogatorium, Mater sanate, de visu* - *Et LXXIII. fol.* 1015. *juxtà* 20. *Interrogatorium, pariter de visu*:

23. D. Dominicus Borgies de Barros Tribunus Militum applicatione pariter Reliquiæ Servi Dei, ejusque auxilii invocatione, miraculosè adeptus fuit facultatem videndi pene amissam ob continuum humoris defluxum in oculis: *Deponunt ex eodem Processu Babyen.* XXVI. *fol.* 448. *tergo, juxta* 20. *Interrogatorium, de visu* -- XXVII. *fol.* 466. *tergo, juxtà* 20. *idem Dominicus de facto proprio* - XXVIII. *fol.* 476. *juxtà* 20. *de visu* -- LXII. *fol.* 882. *juxtà* 20. *de visu* - *Et* LXXII. *fol.* 999. *tergo, juxtà* 20. *Chirurgus pariter de visu.*

24. Emanuel Angolanus læthali morto præssus, dum in extremis laborabat, habito recursu ad patrocinium Servi Dei, applicataq. sibi Imagine ejusdem, incontinenti pristinæ sanitati restituitur: *Deponunt ex eodem Processu Babyen.* XLI. *fol.* 619. *vers. disse di più &c. de visu* - LXVIII. *fol.* 957. *vers. disse in oltre &c. Medicus curæ de obs. propr.* - LXIX. *fol.* 972. *tergo. juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu* - *&* LXX. *fol.* 981. *vers. Disse in oltre, &c. pariter de visu.*

25. Dominus Raphael Suarez ex maligna febri continua cum sanguinis Missione ex ore ad extremum jam redactus absque ulla salutis spe, imploratâ ope Sarvi Dei, ejusque Reliquia sibi applicatâ, incontinenti convalui.. *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* LXIII. *fol.* 892. *terg. juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu* - LXIV. *fol.* 903. *juxtà* 20., *idem Sanatus de facto proprio* - LXVI. *fol.* 935. *tergo, juxtà* 20., *de visu* -- *Et* LVIII. *fol.* 944. *vers. Disse ancora, &c. de auditu a presentibus.*

26. D. Emanuel Ribeiro Camigna ey pleuritide, & acuta febri ad extremum redactus, applicando sibi Reliquiam, ac patrocinium Servi Dei invocando, pristinæ sanitati miraculosè restituitur *Deponunt ex eod. Processu Babyen.* XXIX. *fol.* 386. *tergo, juxta* 20. *interrogatorium, idem Emanuel. de facto proprio* - *Et* XXX. *fol.* 496. *iuxtà* 20. *Interrogatorium, uxor de visu, & obs. propr.*

Digitized by Google

27. Pater Maurus Velho ad extremum vitæ redactus ex diuturna, & acuta febri, ad Invocationem Servi Dei, & applicationem ejus Reliquiæ, incontinenti convaluit: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* LIX. *fol.* 850. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu* - LX. *fol.* 861. *juxtà* 20. *idem Sanatus de facto propr.* - *Et* LXVII. *fol.* 946. *juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu*:

28. Elisabeth Soarez, duos annos nata, graviter febribus ęgrotans, applicatione Reliquiæ Servi Dei, ejusque patrocinii Invocatione, statim sanitati restituitur: *Deponunt ex eodem Processu Babyen.* LXXI. *fol.* 989. *tergo juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu* - *Et* LXXV. *fol.* 1041. *juxtà* 20. *Interrogatorium, de facto proprio*:

29. Benedicta Brasila tabis morbo laborans, continuâ cum emissione sanguinis, dum mors ei imminebat, invocans patrocinium Servi Dei, incontinenti sanata est: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* XVI. *fol.* 310. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium* - *Et ex Processu Civitatis S. Sebastiani Fluminis Ianuarii* XXXII. *fol.* 483. *tergo, vers. che egli aveva, &c.* XXXIV. *fol.* 509. *tergo, vers. finalmente esso Testimonio, &c. Et* XXXV. *fol.* 520. *vers. altresì disse, &c.*

30. Pater Antonius Alvarez per applicationem pariter Reliquiæ Servi Dei, & Invocationem ejus Patrocinii repente sanatur a contagioso, quo diù laboraverat morbo: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* IL. *fol.* 729. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium idem sanatus de facto propr.* - *Et ex Processu Olindensi* XII. *fol.* 193. *versic. Cum essem, &c. de visu*:

31. Pater Maurus Rodriguez acuta febri laborans, dum, cunctis Ecclesiæ Sacramentis munitus, in extremis versaretur, recursum habens ad Intercessionem Servi Dei, extemplo convalescit: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* XXXIV. *fol.* 539. *juxtà* 20. *Interrogatorium, idem sanatus de facto proprio* - *Et* LIV. *fol.* 786. *vers. Che anni fà, &c.*

32. Agnes Lopez, remissionem dolorum, quibus ob laxatam manum dirè cruciabatur, intercessione Servi Dei momento consequitur: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* LXIII. *fol.* 894: *vers. Disse in oltre &c. de visu* - LXIV. *fol.* 905. *tergo, vers. Disse ancora &c. de visu* - LXVI. *fol.* 937. *vers. Disse in oltre &c. eadem sanata de facto proprio*:

33. P. Gaspar Borgies maligna laborans febri, incontinenti sanus fit invocatione Patrocinii Servi Dei: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* LVI. *fol.* 783 *juxtà* 20. *Interrogatorium, idem sanatus de facto proprio*:

34. D. Felix Marchio de Montebello, a contagioso, quo laborabat morbo, incontinenti sanatur per Invocationem patrocinii Servi Dei, & aplicationem ejus Reliquiæ: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* XLIII. *fol.* 650. *juxtà* 20. *Interrogatorium de visu*.

35. D. Rocchus Pereira de Carvalho in Navigatione ad partes Africæ lethali morbo correptus, dum in extremis versaretur, invocans Intercessionem Servi Dei, ejusque Reliquiæ sibi viva fide applicans, repente sanatur: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* XXVIII. *fol.* 479. *vers. Disse in oltre, &c. Et* XXXI. *fol.* 504. *ter. juxtà* 20. *Interrogatorium, idem sanatus de facto proprio*.

Digitized by Google

36. D. Josep Cardoso a vehementissimis, quibus cruciabatur doloribus ad mòrtem redactus, continuò liberatur applicatione Reliquiæ, & Invocatione auxilii Servi Dei. *Deponit ex dicto Processu Babien.* XLV. *fol.* 673. *juxta* 20. *Interrogatorium, de visu.*

37. D. Michael Soarez ad applicationem pariter Reliquiæ, & invocationem Intercessionis Servi Dei, illicò liberatur ab acerrimis, quibus premebatur doloribus: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* LXVIII. *fol.* 955. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium, idem sanatus de facto proprio.*

38. D. Didacus de Aguilar similiter de repente liber evasit a diuturnis, & molestissimis flatibus melancolicis, applicatione stolæ, qua Dei Servus Sacrum celebrare consueverat: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* LXXII. *fol.* 1001. *vers. Altresì disse, &c. Et* LXXIV. *fol.* 1032. *tergo idem sanatus de facto proprio.*

39. Joseph Angolanus ex hydrope confirmata ad extremum redactus, miraculosè sanitatem consequitur applicatione Reliquiarum, & invocatione Patrocinii Servi Dei: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* LXI. *fol.* 871. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium de visu.*

40. Marianna de Paiva, applicatione Stolæ, qua Dei Servus Sacrum celebrabat, incõtinenti liberatur a fluxu sanguinis: *Deponit ex dicto Processu Cabyen.* LXXIV. *fol.* 1031. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu.*

41. Domina Eleonora Lopez Ulloa in evidenti vitæ discrimine constituta ob difficultatem emittendi fœtum, ad applicationem Reliquiæ Servi Dei, incontinenti feliciter peperit: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* XXXII. *fol.* 522. *juxtà* 20. *Interrogatorium, de visu.*

42. Maria de Costa in Articulo mortis pariter constituta ob difficultatem emittendi fœtum, extemplo feliciter peperit ad contactum Reliquiæ, & invocationem patrocinii Servi Dei: *Deponit ex dicto Processu Babyen.* XLV. *fol.* 674. *vers. Per ciò che tocca, &c. Eadem Maria de facto proprio.*

43. Pater Sebastianus Simones Societatis Jesu, à gravissima, quia diù vexatus fuerat tentatione, continuò liberatur ad Invocationem auxilii Servi Dei: *Deponit ex dicto Processu Babyen. XLIV. fol.* 662. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium idem Liberatus, de facto proprio.*

44. Balthaxar de Araugio, invocatione Servi Dei liberatur ab imminenti naufragio: *Deponit ex dicto Processu Babyen. XI. fol.* 256: *tergo, vers. Disse di più esso Testimonio, &c. de facto proprio.*

45. Emanuel de Almeida. invocans pariter Intercessionem Servi Dei liber evasit ab imminenti periculo submersionis in Mari: *Deponit ex dicto Processu Babyen. XXXIII. fol.* 530. *juxtà* 20. *Interrogatorium, idem Emanuel de facto proprio.*

46. Navis Petri de Ugnao plura submersionis pericula evasit Invocatione Patrocinii Servi Dei: *Deponit ex dicto Processu Babyen. XXVIII. fol.* 478. *vers. Disse in oltre, &c. De observat., & exper. propr. respectivè.*

47. Ventus contrarius extemplò in prosperum mutatur Invocatione Servi Dei: *Deponunt ex dicto Processu Babyen.* II. *fol.* 112. *vers.*

Digitized by Google

verſ. Che trovandoſi, &c. de viſu - Et XXII. fol. 390. *tergo, juxtà* 20. *Interrogatorium pariter de viſu.*

48. Veſtes Sacerdotales, quibus Dei ſervus utebatur in Miſſionibus, ſpeciali Dei privilegio poſt centum, & ultrà annorum lapſum repertæ ſunt illeſæ inter alias veſtes, quas omnes tinea vor aciſſima corroſerat, & dextruxerat: *Deponit ex dicto Proceſſu Babyen.* LXXIV. *fol.* 1029. *tergo, juxtà* 7. *Interrogatorium de viſu, & obſ. propr.*

49. Equiferocia extemplò domita eſt invocatione Servi Dei: *Deponit ex dicto Proceſſu Babyen.* XI. *fol.* 255. *juxtà* 20. *Interrogatorium, de obſerv., & facto propr. reſpectivè.*

50. Salvator Diez lætali morbo preſſus ad Invocationem Patrocinii Servi Dei miraculosè ſanatur: *Deponit ex Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani Fluminis Januarii* II. *fol.* 147. *idem ſanatus de facto proprio.*

51. Anderas Diez ex diſintheresis morbo ad extremum vitæ redactus, à Medicis de ſalute prorsùs deſperatus, potando aquam mixtam Reliquiâ Servi Dei, extemplò convaluit: *Deponunt ex dicto Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani* IV. *fol.* 170. *verſ. Che il detto ſuo Padre, &c. de viſu, & obſerv. propr.* - VIII. *fol.* 208. *tergo, juxtà* 24. *Interrogatorium, de viſu,* - *Et* XXXI. *fol.* 474. *tergo, ſuper* 20. *Interrogatorio, de cert. ſcientia.*

52. Antonia Antunez ad applicationem Reliquiæ Servi Dei momentò ſanatur à gravi vulnere ſub ubere: *Deponunt ex dicto Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani* V. *fol.* 183. *verſ. Che la ſudetta Vittoria, &c.* - VII. *fol.* 202. *verſ. Che il ſecondo caſo, &c. de viſu* - XXIV. *fol.* 398. *verſ. Il ſecondo caſo &c. de viſu* - *Et* XXXI. *fol.* 471. *tergo, verſ. Che eſſendo egli, &c. pariter de viſu.*

53. Joannes de Regibus lotione ſupra cenſitæ aquæ Putei Servi Dei, ejuſque patrocinii invocatione incontinenti ſanatur ab incurabili plaga in coxendice: *Depenunt ex dicto Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani* X. *fol.* 221. *tergo; verſ. Che ſaranno, &c. idem ſanatus de facto proprio* - XV. *fol.* 278. *verſ. Et interrogata, &c. de obſerv. propr.* - *Et* XVI. *fol.* 288. *terg. verſ. Altresì diſſe, &c. pariter de viſu.*

54. Emanuel Quintaniglia leprâ, aliiſque letalibus morbis affectus dùm in extremis verſabatur, à Medicis derelictus, potando aquam benedictam Reliquiâ Servi Dei, ejuſque adjutorium vivâ fide invocando, priſtinæ ſanitâti miraculosè reſtituitur: *Deponunt ex dicto Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani* XI. *fol.* 235. *terg. verſ. Altresì depoſe, &c. de viſu* - XXII. *fol.* 376. *terg. verſ. Che trovandoſi, &c. de viſu* - *Et* XXIX. *fol.* 447. *tergo, verſ. Il ſecondo caſo, Chirurgus, de viſu.*

55. Iſabella Rangella potione itidem aquę benedictæ Reliquiâ Servi Dei incontinenti ſanatur à febri, & gutturis inflammatione, quibus diù laboraverat: *Deponunt ex dicto Proceſſu Civitatis Sancti Sebaſtiani* XI. *fol.* 236. *verſ. Depoſe ancora, &c. eadem ſanata de facto proprio* - *Et* XXII. *fol.* 377. *verſ. Parimente diſſe, &c. de viſu.*

56. Ignatius Diaz de Fonſeca heryſipelatis, & anginæ morbis contemporaneè preſſus, potione pariter acquæ cum Reliquia Servi

Dei,

Digitized by Google

Dei, inconti nenti sanitati restituitur: *Deponunt ex dicto Processu Ciuitatis S. Sebastiani* XXI. *fol.*367. *vers.Che trovandosi egli,&c. idem sanatus de facto proprio* - XXV. *fol.*408. *vers. L'altro Miracolo, &c. de visu, & observatione propria* - *Et* XLVI. *fol.* 631. *vers. Indi a pochi giorni, &c. pariter de visu.*

57. Anna Rangella de Sousa tertianâ febri, ac interno apostemmate in ventre laborans, inefficacia quæque sibi propinata remedia experiens, habito ricursu ad opem Servi Dei, incontinenti sanata est: *Deponit ex d. Processu Civitatis Sancti Sebastiani* XXIX. *fol.* 446. *vers. Che ritrovandosi, &c. Chirurgus, de visu, & observatione propria.*

58. Eusebius Ferrera lotione aquæ Putei Servi Dei, ejusque patrocinii invocatione, sanatur à fera scabie: *Deponunt ex eodem Processu* XLII. *fol.*589. *vers. Che egli sapeua, &c.* - *Et* LII. *fol.* 687. *vers. Che nel tempo, &c. idem sanatus, de facto proprio.*

59. Pater Dominicus de Sousa gravi, & pertinaci morbo diù exagitatus, potione aquæ mixtæ Reliquiâ Servi Dei, ejusque opis invocatione, incontinenti fit sanus: *Deponit ex eodem Processu Ciuitatis Sancti Sebastiani* XLV. *fol.*621. *vers. In oltre depose, &c. idem sanatus de facto proprio.*

60. Marcellus de Sylva Macado potione ejusdem aquæ miraculosè sanatur à malignis pustulis, dùm in evidenti vitæ discrimine versabatur: *Deponit ex eodem Processu Ciuitatis Sancti Sebastiani* LI. *fol.* 678. *terg. vers. Che essendo caduto, &c. idem sanatus de facto proprio.*

61. Brigitta de costa intensissimis stomachi, & capitis doloribus diù exagitata, potione ejusdem aquæ, ac invocatione patrocinii Servi Dei, incontinenti liberatur: *Deponit ex eodem Processu Ciuitatis Sancti Sebastiani* LI. *fol.* 680. *vers. E parimente, &c. de visu, & observatione propria.*

62. Brigitta Giordano de Sylva, malignis pustulis undique affecta, accedentibus etiam gravibus deliriis, dum in extremis versaretur, à Medicis de salute desperata, implorato patrocinio Servi Dei, epotâque aquâ, cum Reliquia ejusdem, miraculosè sanitati restituitur: *Deponunt ex eodem Processu* LIV. *fol.* 711. *vers. Che essendo caduta, &c. Medicus Curæ, de visu* - LVI. *fol.* 729. *tergo, vers. Che essendo caduta inferma, &c. de visu* - LX. *fol.*790. *tergo, vers.Che essendo caduta inferma &c. alter Medicus de visu* - LXII. *fol.* 812. *vers. Che un' anno fà, &c. eadem sanata de facto proprio* - *Et* LXIII. *fol.* 821. *vers. Che un' anno fà, & Vir ejusdem, de visu.*

63. Marcellus Pacecho dum ex pleuritidis morbo, quò diù exagitatus fuerat, ad ultimam vitæ periodum redactus reperiretur, à medicis de salute prorsus desperatus, recursum vivâ fide habens ad opem Servi Dei, repentè sanitati restituitur: *Deponunt ex eodem Processu Civitatis Sancti Sebastiani* LV. *fol.* 721. *vers. Che poco più, &c. de visu* - *Et* LXII. *fol.* 738. *tergo, vers. Che essendo caduto infermo, &c. idem sanatus, de facto proprio.*

64. Quidam famulus Collegii Societatis Jesu è contagioso, tunc crassante, morbo, ad extremum vitæ redactus, dum cunctis Ecclesiæ Sacramentis munitus de momento mortem expectabat,

implo-

Digitized by Google

implorata Servi Dei ope, incontinenti sanus è lecto prosiliit: *Deponit ex dicto Processu Civitatis Sancti Sebastiani* LIX. *fol.* 780. *vers. Che facendo, &c. de visu, & facto propr. respettivè.*

65. Pater Antonius Correa maligna febri laborans, dum in extremis paritèr versaretur absque ulla salutis spe, recursum habens ad patrocinium Servi Dei, repentè convalescit: *Deponit ex dicto Processu Civitatis Sancti Sebastiani* LXI. *fol.* 803. *terg. vers. Che essendo salito, &c. de visu, & observat. propr.*

66. Navis Emanuelis Garses per invocationem auxilii Servi Dei prodigiosè immunis evadit ab imminenti naufragio: *Deponit ex eodem processu Civitatis Sancti Sebastiani* LXV. *fol.* 837. *vers. Che era più d'un anno, &c. idem Emanuel de visu, & facto proprio respectivè.*

67. Duo famuli captivi ejusdem Emanuelis, Herifugæ, invocatione auxilii Servi Dei, prodigiosè reperti sunt: *Deponit ex eodem Processu* LXV. *fol.* 838. *vers. Il secondo caso, &c. idem Emanuel de observat. & facto proprio respectivè.*

68. Anna de Mendoza maximo affecta tumore ad instar ovi in cervice, post expertam Pharmacorum sibi propinatorum inefficaciam, implorata ope Servi Dei, emissoque eidem voto, extemplò tumor evanuit, & sanata est: *Deponunt ex eodem Processu Civitatis Sancti Sebastiani* LXVI. *fol.* 850. *vers. Che tre anni fa, &c. eadem sanata de facto proprio* - LXVII. *fol.* 858. *vers. Che essendo nato, &c. Pater Sanatæ, de visu,* - *Et* LXVIII. *fol.* 865. *vers. Che tre anni fa, &c. Mater, pariter de visu, & observat. propria.*

69. Collecta Ferrera pregnans, dum in articulo mortis constituta reperiebatur ob impossibilitatem emittendi fœtum, implorata Servi Dei ope, incontinenti prodigiosè peperit nullo partus dolore perpesso: *Deponunt ex altero novissimo Processu Olindensi* III. *fol.* 113. *tergo, vers. Trovandosi una Commare, &c. de visu* - XI. *fol.* 186. *juxtà* 9. *Interrogatorium, eadem Collecta de facto proprio* - *Et* XIII. *fol.* 201. *vers. Trouandosi mia Moglie, &c. Vir, de visu, & observ. propr.*

70. Antonia Nunez pertinaci fluxione in oculis diù exagitata, accedente etiam magna turgiditate, quæ usum videndi eidem abstulerat, expertis inefficacibus quibuscumque sibi propinatis pharmacis, recursum demùm habens ad opem Servi Dei, lotaque aquâ cum Reliquia ejusdem, extemplò fit sana: *Deponunt ex eodem Processu Olindensi* V. *fol.* 134. *tergo, vers. Io ho veduto, &c. de visu* - VI. *fol.* 143. *tergo, vers. Avendo io, &c. de visu* - VII. *fol.* 152. *vers. In questa casa, &c. de visu* - *Et* VIII. *fol.* 157. *vers. Infermossi in questo Conservatorio, &c. pariter de visu.*

71. Antonius Tavares de repente violento morbo aggressus, eoque ingravescente, dum in vitæ discrimine versabatur, ad opem Servi Dei, recurens, applicatâque sibi vivâ fide ejusdem Reliquiâ, continuò pristinæ sanitati restituitur: *Deponit ex dicto Processu Olindensi* XIV. *fol.* 207. *vers. Primus casus, &c. de visu, & obs. propria.*

72. Fabianus de Mendoza incurabili morbo laborans, applicatione paritèr Reliquiæ, ac invocatione opis Servi Dei, miraculosè sa-

natur

Digitized by Google

natur : *Deponunt ex eodem Processu Olindensi* XIV. *fol.* 207. *terg. vers. Secundus casus, &c. de visu - Et* XVI. *fol.* 223. *terg. vers. Fabiana de Mendoza, &c. pariter de visu.*

73. Leucadia Tavares contagioso morbo laborans, dum in articulo mortis constituta reperiretur, à Medicis de salute prorsus desperata, invocans Servi Dei præsidium, sibique vivâ fide applicans Reliquiam ejusdem, extemplò perfectè sana è lecto prosiliit : *Deponit ex eodem Processu Olindensi* XVI. *fol.* 223. *terg. vers. Mi trouauo io, &c. eadem sanata, de facto proprio.*

Revisa.

Joannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Revisa

Joes Bruni Sub Pr. Fidei

M. M. Federici Archiepi Spalat. S. R. C. Secr.

Brasilien., seu Bahyen.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. IOSEPHI DE ANCHIETA

Sacerdotis professi Societatis Jesu.

ANIMADVERSIONES

Rmi P. D. Fidei Promotoris.

SVPER DVBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum; & Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum &c.

Beatissime Pater.

1 DVbium, quod in præsenti examinandum proponitur ab hac Sac. Rituum Congregatione, est omnium grauissimum: Agitur enim de firmando, & approbando Sanctitatis fundamento, assertas nempe Virtutes in gradu heroico Serui Dei Patris Ioſephi de Anchieta, cuius petitur Canonizatio; Neminem quippe latet, quod ab huius firmatione Articuli, tota pendet intrinseca ratio Sanctimoniæ, vt aduertit Scacch. *de not.*, & *Sign. Sanct. section.* 1. *cap.* 8. *pag.* 92. *sub littera C.*: Qua sanè grauitate perpensa san: mem: Leo Papa X. postulanti, vt moris est,

Digitized by Google

Aduocato Consistoriali, vt procederetur ad Canonizationem tunc Serui Dei, nunc Sancti Francisci de Paula, respondit, vti legitur apud Raynald. *in Annal. ad annum Christi* 1519. *num.* 78. = *Quò maiori consideratione petitionem tuam super Religiosi Francisci Canonizatione contemplamur, eò grauius, periculosiusque negotium nobis esse videtur, quippe res ipsa, & Diuinam Maiestatem tangit, & ad vniuersalis Ecclesiæ Cultum perpetuò spectat, proinde nec nos tam maturo Consilio, neque tam discussa meditatione valere confidimus, quin profectò maiore non egeat* =. Cum igitur ex dicta Articuli grauitate, & allata Summi Pontificis responsione diligentissimi examinis necessitas appareat pro congrua præinserti dubij resolutione; Tria proinde discutienda proponuntur. Primum nempe = *An probatio Virtutum sit plena, & concludens*: Secundum, *An virtutes ascendant ad gradum heroicitatis*: Tertium denique, *An aliqua ex Processibus tam Ordinaria, quàm Apostolica Auctoritate in Causa constructis occurrant obstacula, quæ earumdem Virtutum fulgorem possint aliquo pacto obtenebrare.*

2 Antequam verò super prædictis examen aggrediamur, duo proponimus præliminari animaduersione digna. Primum est, quod antedictus Dei Servus Ioseph Anchieta nonnulla scripta in lucem edidit, quæ nisi prius reuideantur, & ab hac Sac. Congregatione approbentur, procedi non potest in Causa ad vlteriora, vti non obscurè colligitur ex lectura Decretorum generalium san: mem: Vrbani Papæ VIII. *pag.* 54. ibi = *Nam si scripsisse constiterit* (nempe Servum Dei, de cuius Canonizatione agitur) *non prius est ad aliquem actum inquisitionis deueniendum, quam tales libri diligenter in Sac. Congregatione examinentur, vtrum contineant errores contra Fidem, vel bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque à communi sensu Ecclesiæ, ac consuetudine alienam* = Quibus consonat tam Praxis antiqua reuidendi, & approbandi similia scripta, de qua testatur Aurelius Grattarola in eius Opere, cui titulus = *Successi merauigliosi della Venerazione di S. Carlo* = *pag.* 133., vbi legitur = *Non essendo solita la Santa Romana Chiesa di Canonizare Beato alcuno, che abbia insegnato, predicato, ò scritto senza esaminare la sua dottrina, per conoscere se è Cattolica, sana, e purgata da ogni errore* = Quàm Praxis moderna, quæ satis, superque innotescit huic Sac. Rituum Congregationi.

3 Nil prorsùs releuante, quod hodie non versamur super Dubio Signaturæ Commissionis introductionis Causæ, & sic in principio, sed res agatur post signatam Commissionem, absolutamque vtramque inquisitionem tam in genere, quàm in specie super Virtutibus, quæ in præsenti discutiendæ proponuntur; Siquidem defectus reuisionis Operum, seù scriptorum semper, & quandocunque opponi potest à Fidei Promotore, idque factum fuisse dignoscitur in Causa Romana Seruæ Dei Claræ Mariæ à Passione, quando agebatur de fama in genere, vti colligitur ex Decreto edito die 19. Februarij anni 1692. In Causa Mexicana Serui Dei Gregorij Lopez post absolutam inquisitionem in genere, vt videre est in Decreto emanato sub die 13. Septembris dicti anni 1692. & in Causa Neapolitana, seù Lycien. Serui Dei Bernardini Realini alterius Sacerdotis professi Societatis Iesu post exaratam Informatio-

Digitized by Google

rionem super Dubio heroicitatis Virtutum propter oppositionem nunc factam à bon: mem: Archiepiscopo Myrense tunc temporis meritissimo Fidei Promotore, vti colligitur ex Decreto edito die 24. Aprilis anni 1717., quodque notabilius est, reuisionis Operum necessitas admittitur etiam secuta Beatificatione in transitu ad Canonizationem, quando eadem non fuerunt præcedenter reuisa, & respectiuè approbata, proùt seruatum fuisse notum est in Causa Neapolitana Beati, nunc Sancti Iacobi de Marchia die 8. Martij 1692., & 26. Aprilis eiusdem Anni, & successiuè modernis temporibus, antequam scilicèt emanasset Decretum approbationis eorum, quæ successerunt post indultam eidem tunc Beato, nunc Sancto Iacobo de Marchia venerationem.

4 Quod autem Servus Dei Ioseph de Anchieta nonnulla in lucem ediderit scripta, manifestè conuincitur tam ex lectura Processuum, quàm ex ijs, quæ in præsenti Summario per Causæ Postulatores fuerunt registrata; Legitur quippe in examine Testis secundi Processus Informat. Bahyen. fabricati de anno 1620. *fol.* 18. *terg.* ibi = *In sex mensibus Brasilicam linguam didicerat, & de ea artem confecerat &c.* & infrà = *Dictus P. Ioseph Christianam Doctrinam in Brasilicam linguam traduxerat* = In Processu verò Olindensi Auctoritate Apostolica confecto ait Testis VI. *fol.* 54. = *Che trouandosi il P. Giuseppe Anchieta in pericolo di morte &c. gli aueua detto la Madonna Santissima non temesse, ne pensasse di douer morire sinche non auesse finito di comporre vn libro, che staua componendo in lode della Beatissima Vergine.*

5 Deponit Testis Primus in Processu Elborensi Apostolico fol. 27. = *Che il medesimo Testimonio teneua molte lettere manuscritte del medesimo P. Anchieta* = & de similibus Epistolis à Seruo Dei exaratis loquitur Testis II. dicto Proces. fol. 34. = *Et anche oggidì conserua molte lettere del detto Seruo di Dio, come Reliquie* = In Processu Vlissiponensi auctoritate Apostolica fabricato Primus Testis fol. 27. ait = *E con li suoi scritti &c. conuertì alla Fede Gentili* = & Testis III. *eodem Proces. fol.* 38. refert = *Aueua deuozione verso della Vergine Signora Nostra &c., e ne compose molti versi latini in lode della medesima signora* = & Testis XIII. *fol.* 74. *tergo* inquit = *hà veduto alcuni suoi scritti.*

6 In Processu informatiuo constructo de anno 1620. in Ciuitate S. Sebastiani ait Testis X. *fol.* 75. tergo = *Pater Ioseph Anchieta quamplurima Sacra Carmina, Hymnos, & Compositiones in honorem, & laudem Dei, ac Beatissimæ Virginis eius Matris componebat.* In Processu Remissoriali constructo in Ciuitate S. Sebastiani Prouinciæ Brasilienſis de anno 1627. habetur examen Testis XX., in quo legitur *fol.* 214. = *Fece la parte sua il Testimonio in vna rappresentazione Spirituale composta dal detto Padre, quale riceuè per Nouizio, essendo Prouinciale di questa Prouincia* = cum quo concordat Testis XXVII. *dicto Proc. fol.* 264. = *auer fatto la parte sua in vna Rappresentazione, che il detto Padre fece Spirituale nella traslazione delle Reliquie delle Vergini quì in questa Città* = & Testis XXXIX. *fol.* 363. *tergo* ait = *Che componeua molti versi Spirituali, Opere Sante, e Villanelle, & esso Testimonio ne ebbe vn libro de versi composti da lui, e Villanelle Spirituali in lingua Portugheſe, e Gentilica in honore del Signor Nostro, e della sua Beatissima Madre* =

Digitized by Google

7 Ex Summario per Postulatores Causæ exhibito *pag.* 23. §. 3. constat de similibus scriptis; Legitur enim in dicto §. 3. = *Si ordinò detto Padre* (nempe Servus Dei) *Sacerdote di Messa, e consumò la vita in quella, leggendo Teologia, predicando &c., ed insegnando la Dottrina Christiana alli Gentili &c. al cui effetto compose il libretto della Dottrina Christiana nella propria lingua dei Gentili, che è quello, che oggi dì vsano li Padri della Compagnia nelle Christianità di detti Gentili Brasilienſi* =, & *pag.* 24. §. 14. habetur = *Consumò la vita leggendo, predicando, confessando, e componendo Villanelle Spirituali, e le profane voltaua medemamente in Spirituali, e le daua alli Ragazzi* =, & rursus *dicto Summario pag.* 95. §. 6. = *Componendo Versi, e Cantici, & Opere diuote per mouere il Popolo à diuotione, e culto Diuino* =, & similia sparsim habentur in *Summario pag.* 97. §. 28., & 29. & alibi.

8 Præterea verò, vltra scripta Serui Dei superius recensita exhibenda pariter est à Postulatoribus Vita eiusdem Serui Dei Patris Ioſephi de Anchieta, de qua mentionem faciunt in dicto Processu Remissoriali, & Compulsoriali fabricato in Ciuitate Sancti Sebastiani Testis XXXIII. *fol.* 336., & Testis XXXVI. *fol.* 340. tergo, Non quia huiusmodi Vita cadat sub lege Decretorum generalium, quæ solùm expressè comprehendunt scripta, & Opera exarata manu Seruorum Dei, quorum petitur Canonizatio, sed quia ab huiusmodi Vita, & similibus scriptis loquentibus de gestis Seruorum Dei licèt ab alijs exaratis, elici fortasse possunt tales oppositiones, quæ præcludere valerent viam Causæ prosecutioni.

9 Secundum præliminare, quod proponitur aduertendum, consistit in publico cultu, qui præstari videtur Seruo Dei; Nimirum cultus iste resultare conspicitur ex Processu Auctoritate Apostolica fabricato de anno 1627. in Oppido Sancti Pauli, vbi Testes examinati vno ore affirmant, quod Sepulcrum Serui Dei cum magna veneratione custoditur, eiusque Corpus ad instar Sancti ibidem colitur, & particulariter agendo de cultu, qui dicto Sepulcro, & Corpori Serui Dei à Fidelibus publicè præstatur, Testis X. Sacrista Ecclesiæ Proces. Informatiuo Bahyen. *fol.* 103. hæc ait = *Et ibi videt proprijs oculis quamplures personas orantes, & candelas imponentes, continuantes per dies nouem coram eodem Sepulcro, & quod nonnullæ ex prædictis personis à dicto Teste cum instantia petunt, quatenus claustra aperiat, vt possint ingredi ad orandum propius Sepulcro &c. Et quod insuper ab eo petitur semper aqua tacta cum Reliquia prædicti Patris Ioſephi* = Ex dicta enim Sacristæ depositione non obscurè elicitur manifesta contrauentio Decretis Generalibus super non cultu editis per san. mem. Vrbanum Papam VIII. *pag.* 2. *& sequen.*, vbi sicuti expressè prohibetur retentio Candelarum prope Sepulcrum Defunctorum cum fama Sanctitatis, ibi = *Lampades, & alia luminaria* = ita etiam prohibita censeri debet quælibet alia species cultus, & sic claustra Sepulcri, atque distributio aquæ tactæ cum Reliquia Serui Dei, de qua in nostro casu, per sequentia verba contenta in dictis Decretis generalibus vbi supra = *& quodcunque aliud venerationem, & cultum præseferens, & indicans* = quæ sanè verba vt pote generalia, omnem, & quamcunque cultus speciem prohibere non est ambigendum, vt per *Text. in l. A. Procuratore C. Mandati, & in*

cap.

Digitized by Google

cap. Solita de maiorit., & *Obed. notat. Glos. in verb. quicunque de Sentent. Excommunicat. in 6.* & tradunt *Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. Glos. 3. num. 20. Rimin. iun. cons. 450. num. 35. volum. 4. Roland. cons. 5. num. 44. volum. 1. Marc. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resolut. 4. num. 2.*, Et magis in specie, quod vigore Decretorum generalium san. mem. Vrbani VIII. remouendum sit omninò quodcunque signum cultus, & venerationis à Sepulcris Seruorum Dei, qui nondum fuerunt Beatificati tradit *Matt. de Canonization. Sanctor. part. 1. cap. 3. num. 23.*

10 Et summa quidem ratio concurrit, vt sub dictis verbis generalibus Decretorum Vrbani VIII. dici debeat prohibita dicta clausura Sepulcri, & publica distributio Aquæ tactæ cum Reliquia Serui Dei Iosephi de Anchieta, quippe quæ negari non possunt esse indicatiua publici cultus, cum dubio procul præseferant aliquid insoliti, digitoque demonstrent talia fieri singulariter ob deuotionem, & venerationem illius Sepulcri, ac Corporis Serui Dei, qui pro Sancto habetur, sicuti agendo de distributione Reliquiarum alicuius defuncti cum fama Sanctitatis probat Pignatell. *consult. Canon. 187. per tot. tom. 1.* & loquendo in specie de cratibus ferreis appositis supra sepulcrum Seruorum Dei tradit idem *Pignatell. consult. 114. num. 10. tom. 8.* vbi subdit, eas esse remouendas ex rationibus superius expensis.

11 Absolutis ijs, quæ operæ prætium duximus præliminaliter animadvertere, agendum modò est de cæteris, quæ discutienda fore proposuimus in examine præinserti dubij; & primò quidem sermo habendus est circa probationem, quæ à Causæ Postulatoribus affertur super assertis Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus, quibus asserunt dotatum fuisse, dum viueret, Seruum Dei Iosephum Anchietam in gradu heroico. Hæc autem probatio, quæ desumitur ex depositionibus Testium examinatorum in Processibus confectis tum Auctoritate Ordinaria, tum Apostolica, quorum validitas nuper fuit ab hac Sacra Congregatione approbata, suas habet, & quidem non leuis ponderis difficultates.

12 Prima nimirum est, quod vti constat ex præsenti Summario à Causæ Postulatoribus exhibito, plerique ex Testibus ibidem registratis deponunt, vt plurimum generalia, propterea quæ nullum in præsenti Instantia probationis gradum constituere valent, cum hìc, & nunc quæstio versetur super inquisitione in specie, non autem super inquisitione generali, quæ iam fuit absoluta.

13 Altera consistit in eo, quod in dicto Summario afferuntur depositiones Testium super Articulis, & rarò super Interrogatorijs, idque dubium non est fidem minuere eisdem Testibus, cum illis minus credatur in depositionibus super Articulis, quàm in depositionibus super Interrogatorijs, iuxta censuram Textus *in Cap. cum causam de Test. & attestat.* & notant ibidem Ioannes Andreas *numer. 12. versic., & propter hoc, Anton. de Butr. num. 17. in fin. Abb. num. 6. & firmat Rot. coram Seraphin. decis. 173. num. 9., & in rec. decis. 430. num. 4. par. 18.*

14 Accedit prædictis, quod Depositiones Testium Processus Vlissiponensis Apostolici, Informatiui Ciuitatis S. Sebastiani, Informatiui S. Pauli, & Informatiui Bahyensis conscriptæ recognoscuntur latino idiomate, Quidquid autem sit de Testibus, præcipuè Religio-

Digitized by Google

giosis, & Nobilibus, qui latinam linguam callere præsumuntur, ac proinde in responsionibus ad Interrogatoria, & Articulos datis eadem latina Lingua vti potuisse, dicta tamen præsumptio locum sibi vindicare non potest quoad personas vulgaris conditionis, ideoque de Depositionibus emissis sub idiomate eiusdem personis verosimiliter ignoto nulla penitus ratio habenda est in puncto probationis, vt aduertit *Speculat. de Testib. par. 4. lib. 1. §. Nunc tractandum num. 3. ante litteram I.*; cui sanè Doctori, eiusque opinioni se conformasse videtur Decretum Sac. Ritvum Congregationis emanatum sub die 6. Februarij anni 1652. quo ita præcipitur: *Depositiones Testium examinandorum in Causis Beatificationum, & Canonizationum recipiantur, ac scribantur eodemmet sermone, & idiomate, quibus proferuntur ab ipsis Testibus*: ea nimirum ratione ibidem expressa, *vt ex verbis ab eisdem prolatis sincerè, ac integrè haberi, ac ponderari possit verus, & germanus sensus vnius cuiusque ipsorum deponentium*: & vt latius ex ipso Decreto relato *per Matt. de Canonization. Sanctor. par. 5. cap. 3. num. 5.*

15 Absque eo quod releuantia huius difficultatis euitari possit, ex quo cum in calce dictorum Processuum testetur Ignatius de Sousa, se traduxisse in linguam Latinam Depositiones in præfatis Processibus receptas, dicendum propterea sit, ipsos met Testes locutos, & receptos fuisse materno idiomate, non autem latino; Siquidem traductio, de qua constat in dictis Processibus, nullius momenti reputanda venit; Traductor enim, qui de illa testatur, præterquamquod non patefacit mandatum, cuius vigore eamdem traductionem exarauerit, prout opus esset; additur præterea, quod ipse non est iuratus. Deficiente autem iuramento, deficit etiam fides Traductori, argumento Textus *in cap. nuper nobis de Testibus, & in Leg. Iurisiurandi Codic. de Testibus, & Atteſtat.* ibi: *Iurisiurandi religione Testes, priusquam testimonium perhibeant, arctari præcipimus.*

16 His ita circa probationem animaduersis, examinanda nunc est releuantia Virtutum tam Theologalium, quàm Cardinalium, aliarumque annexarum, quas in gradu heroico Servus Dei Ioseph de Anchieta asseritur possedisse. Pro huius autem examinis complemento non necessarium putamus singulos persequi assertarum Virtutum actus, quos Causæ Postulatores in præsenti Summario cumularunt; ex eorum namque lectura faciliùs percipient Sapientissimi Consultores, an ad eum heroicitatis gradum ascendant, qualis pro huiusmodi effectu requiritur, habendo nimirum præ oculis, quod vt Virtus heroica dicatur, debet esse talis, quæ Christo similem reddat, aliquid Diuinum in se continens, vt colligitur ex definitione actionis heroicæ, quàm latè exponit Cardinalis de Laurea *in 3. lib. Sentent. tom. 2. disput. 32. de virtut. heroic. artic. 5. num. 57.* ibi: *Actio heroica Christiana vt sit, quæ Christo assimilat, est hominis fidelis operatio in aliqua materia virtutis ob finem supranaturalem supra communem aliorum modum ex Diuino dono, ac instinctu, seu inspiratione cum abnegatione seu explicita, seù implicita operantis*: Et concordant alij Theologi docentes heroicitatem Christianam esse virtutis gradum, perfectionem, seù fulgorem, & excellentiam, quæ facit, vt homo circa materiam illius virtutis supra communem aliorum hominum operan-

Digitized by Google

randi modum operetur, & in hoc Deo similis sit, & appareat, Sanctus Bonauentura *in 3. Sentent. distinct. 34. quæst. 1. in corpore num. 5.* Henric. Gandauens. *quod libeto 4. quæst. 33.*, & S. Thomas *lib. 7. Ethicor. cap. 1.*, vbi de Virtute heroica sic loquitur = *Virtus est, qua perficitur homo, & formatur vltra communem modum humanæ perfectionis, quasi ad similitudinem substantiarum separatarum, & nominatur Diuina supra humanam virtutem, & communem.*

17 Cum autem ea, quæ potissimè considerandæ proponuntur à Postulatoribus tam in Summario, quàm in Informatione pro astruendis assertis virtutibus in gradu heroico, sint assidvum studium Serui Dei in tradendis Fidei rudimentis, efficacia in concionibus, quotidianus vsus celebrandi Missæ Sacrificium, rerum cælestium contemplatio, veneratio, & deuotio erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Deiparam Virginem, aliosque Sanctos, obedientia erga superiores, demissa sui ipsius cognitio, ob quam vilissima quæque ministeria exerceret, contemptus Mundi, & obseruantia mandatorum Dei, hæc omnia, & his similia encomijs certè digna reperiuntur, sed minimè videntur esse supra potentiam humanam, neque supra communem operandi modum, cum ea singula sæpe sæpius à piis hominibus, & præsertim ab illis vitam religiosam profitentibus passim fieri dignoscantur. Sique aliqua fortasse non omninò vulgaria connotari possunt à Seruo Dei peracta, expendendum tamen adhuc est, vtrum ea sint adeo perfecta, quæ illum constituant in eo singularitatis gradu, in quo Sacerdotem esse debere monet S. Isidorus Pelus. *lib. 2. Epistol. 2.* ibi = *tantum inter Sacerdotem, & quemlibet probum interesse debet, quantum inter Cælum, & Terram discriminis est.*

18 Considerandæ quoque proponuntur à Postulatoribus maceratio carnis, ieiunia, & alia huiusmodi, de quibus plura sparsim leguntur in Summario; Sed hæc omnia licèt pariter commendatione digna reperiantur, in ijs tamen, cum sint tantum instrumenta perfectionis, non consistit heroicitas, vt benè docet S. Thom. 2. 2. *quæst. 188. artic. 7.* ibi = *Ieiunia, Vigiliæ, Meditatio, Nuditas, & cæteræ Austeritates non perfectio, sed instrumentum perfectionis sunt* = propterea quæ admissis etiam hisce Vitæ austeritatibus, inquirendum adhuc supereſt, an aliunde probari valeat, quod per talia instrumenta reuerà peruenerit Seruus Dei ad apicem heroicitatis, vt Beatorum numero adscribi mereatur; ponderando præsertim ea, quæ in Viris Regularibus animaduertenda esse monet *Fortunat. Scacc. de not. & Sign. Sanctit. sect. 6. cap. 4.* ibi = *Sanctitatis itaque nota in aliquo Dei Seruo Regulari ex tribus Capitibus videtur expiscanda, præter communia Christianis omnibus, videlicet ex progressu illius de Virtute in Virtutem ratione status Religiosi, ab exacta obseruantia, & custodia Votorum, quæ nuncupauit, quando Professionem emisit, & denique ex vigilantissima obseruantia, & custodia illorum omnium, quæ tam in Regula, quàm in Constitutionibus sui Ordinis continentur.* =

19 Licet autem ex registratis in Summario, & ex latiùs conscriptis in Processibus deprehendere non valuerim defectum aliquem Serui Dei circa Obseruantiam Votorum, & Constitutionum suæ Religionis, non leuis tamen amaritudo in eo stare videtur, quod

cir-

Digitized by Google

circa præmissam obseruantiam Depositiones Testium sunt nimis genericæ, neque descendunt ad indiuiduandos Actus, ex quibus conijci possit alacritas Serui Dei in exequendis omnibus, quæ sibi præciperentur à superioribus, & Regulis Ordinis, distinguendo præsertim, prout opus fuisset, singulos status Religionem profitentis, nimirum tempus Nouitiatus, Studij, aliorumque munerum, quibus successiuè addici solent Religiosi Societatis Iesu, vt exinde patere posset, an Seruus Dei in quolibet statu exactè custodiuerit ea omnia, ad quæ ex vi Professionis suæ obligabatur, & an progressum fecerit semper de virtute in virtutem ratione status Religiosi, vti requiritur, ad hoc vt procedi possit ad eius Beatificationem, de cuius effectibus est, Beatificatum cæteris eamdem vitam profitentibus imitandum proponere, iuxta effatum Diui Ambrosij, vbi de S. Ioseph = *Sanctorum Vita cæteris norma viuendi est* =.

20 Quia verò Postulatores vltra superiùs laudatas Serui Dei Virtutes potissimum fundamentum constituere videntur in Virtute Charitatis, qua erga Deum, & Proximum flagrasse asseritur Pater Anchieta, ideò ponderandum est, an actus deducti ad probandam excellentiam Charitatis in Seruo Dei eam reuerà manifestent. Præcipui quippe actus ad hunc effectum cumulati (prætermissis ijs, quæ vt supra diximus, nimis genericè deponuntur) consistere videntur in eo, quod Seruus Dei Pauperes aliquando subleuauerit cum substantijs conflatis ex eleemosynis piarum personarum, visitauerit Carceratos, & conuerterit Peccatores, & Infedeles; Quæ quidem omnia non videntur superare potentiam humanam; cum plerique ex pijs hominibus, & signantèr Religiosi Missionariorum munere fungentes, qualis erat Seruus Dei, qui à Superioribus missus fuerat in Brasiliam Americæ Prouinciam pro curanda conuersione illius Gentis ab infidelitate, vt ex *Summ. Num.* 4., in huiusmodi Charitatis actibus passim exerceantur, quin tamen ex ijs solùm dicantur constituti in gradu heroico; Et si qua vis reponi vellet in conuersione peccatorum, & Infedelium, de qua tantummodo in materia Canonizationis, & in eiusmodi Virtutum dubio solet haberi ratio, constare deberet, maximum esse Conuersorum numerum, proùt consideratus fuit in Causa S. Francisci Salesij, qui septuaginta duo millia Hæreticorum ad Catholicam Fidem reduxit, vti legitur in lectione quinta eius Officij, quæ tamen circumstantia deficit in casu nostro; Nam licet in *Summario Num.* 15. *pag.* 110. §. 35., nota marginalis exprimat, innumeras fuisse peccatorum conuersiones ministerio Serui Dei obtentas, veritas tamen est, quod Testis ibi relatus loquitur quidem de multis, seù quamplurimis conuersionibus, sed non de innumeris, & ita castigatiùs loquuntur etiam cæteri Testes sub eodem numero 19. descripti; Quod verò notabilius est, licet præfati Testes in genere dicant, multos fuisse à Seruo Dei conuersos, attamen in specie de duobus tantùm Lusitanis, qui Idololatriam sequebantur, ad veram Religionem reductis mentionem faciunt, vt videre est *dicto Summario Num.* 15. *pag.* 110. §. 37., & §. 39., & *pag.* 111. §. 41., & §. 43., & *pag.* 113. §. 48.; Vnde minus fidendum esse videtur multitudini Conuersorum à dictis Testibus exagefatæ. Maximè quia ijdem Testes nimium panegiricè loquuntur

de

Digitized by Google

de Seruo Dei, itaut quoad illos aptabilis videatur querimonia Melchiorris Cani *de Loc. Theolog. lib.* 11. *cap.*6., vbi contra Historicos, qui nimium effusi sunt in laudes eorum, quos Sanctos vocant, ità exclamat = *Nostri autem plerique, vel affectibus inseruiunt, vel de industria quoque ita multa confingunt, vt eorum me nimirum non solùm pudeat, sed etiam tædeat.*

21 Cæterum quia veritati obsequendum est, Charitas in Deum, & Proximum, in qua sese exercuit Seruus Dei Pater Anchieta, non modicam considerationem meretur, dum ob assertam Charitatem eumdem vitæ suæ prodigum fuisse demonstrare videntur labores, & vitæ pericula, quibus ille sese exposuit, vt asserunt Testes, de quibus *in præsenti Summario Num.*12. 15. 22., *&* 24., sed in hoc etiam aduertendum est, quod plura à Testibus exponuntur, quæ Charitatem in genere demonstrant, in qua proindè nullum fundamentum constitui potest ad decisionem præsentis dubij, cum versemur super inquisitione in specie. Aliqui autem casus particulares per eosdem Testes recensiti non videntur sufficienter probati ex inferius adnotandis.

22 Scilicet in Informatione *pag.*22. §.4. laudatur, & pro actu heroico recensetur, quod Seruus Dei ad Gentiles se contulerit cum euidenti periculo vitæ, vt duos Christifideles, qui cum suis Vxoribus ad eos confugerant, ibique superstitiosos mores, ritusque sectabantur, ad veritatis viam, & pœnitentiam redigeret; Verùm Testes vbi supra relati pro verificatione dicti actus, eumdem concludentèr non probant. Sepositis namque ijs, qui ex sæpius prænotatis generalia tantùm exponunt, vt Charitatem Serui Dei patefaciant, solùm tres Testes, scilicet II., III., & XI. laudatum actum deponunt, qui tamen sufficientem probationem non constituunt, vel quia desumpti sunt ex Processu informatiuo Ciuitatis S. Sebastiani absque Contestibus examinatis Auctoritate Apostolica, vel quia non reddunt causam scientiæ, vel demum quia pro omnimoda ratione eorum dicti adducunt tantùm publicam vocem, & famam, vt videre est *Summario dicto Num.*12. *pag.*101. Huiusmodi autem generis apparent etiam Testes adducti pro verificandis alijs particularibus Charitatis actibus, de quibus supra in dicta Postulatorum Informatione *pag.*29. §.3.4.5.10., *&* *pag.*44. §.7. *pag.*49. §.5. Et tamen certum est, quod probatio talis esse debet, qualem ad minus exigit Ius Diuinum, de quo Matthæi 18.16., nimirum per tres, aut duos saltem Testes, & notatur *in Cap. In omni negocio, & in Cap. In Literis de Testibus*, qui porrò debent esse de visu, & Contestes, vt expunctis contrarijs in specie pro huiusmodi causis Canonizationum concludit Cardinalis de Lauræa *de Mirac. disput.*20. *art.*25. §.2. *num.*1082., 1091., *&* 1216. *circa med. pag.*659., itaùt in huiusmodi materia Testes singulares non sint coniungendi, vt monet *Archidiacon. in Cap. Nec mirum* 26. *quæst.*5., *Felin. in Cap. Licet ex quadam concluſ.*6. *ad finem versic.*, *& ideò si vnus Testis, iuncto versic. Cui adde de Testib.*, Iason. *in Leg. Admonendi num.*356. *versic. Et quando ista limitatio esset vera, & ibi etiam* Ripa *num.*207. *ff. de iur. iuran.*, *Curt. de Testibus num.*80., *Crot. de Testib. par.*7. *num.*310. *versic. Ista conclusio procedit*, Mascard. *conclus.* 262. *num.*39., *& sequen.*, *& Abb. cons.*42. *num.*3. *par.*1.

Digitized by Google

23 Cum itaque præmissa videantur reddere valdè dubiam probationem assertarum virtutum in gradu heroico Serui Dei, difficile admodum videtur, quod in casu responderi possit, constare de earum heroicitate; Accedit præterea, quod vbi etiam indulgentèr procedendo, releuantia assertarum virtutum in gradu heroico ex actibus vtcumque adscriptis Seruo Dei, dum viueret, admitti vellet, adhuc ea ad effectum, de quo agitur, in nulla, vel minima consideratione foret habenda, quia deficere videtur sufficiens probatio perseuerantiæ eiusdem Serui Dei in dictis assertis virtutibus vsque ad obitum; cum enim ista necessariò desumi debeat ex ijs, quæ secuta fuerunt in ipso obitu iuxta regulam in huiusmodi causis ritè sancitam à decretis generalibus *pag.53.*, & 54., ibi = *In Processibus faciendis illud maximè, & præcipuè obseruandum est, vt videatur exitus vitæ illius, qui petitur canonizari, quoniam, cum, vt dici solet, Exitus acta probat, si finis vitæ sit illustris, & sanctimonia plenus, & publica præsertim testificatione notatus argumentum erit, quod actiones anteactæ poterunt esse sanctæ, & ideò in formandis articulis videndum est, qualis fuerit vitæ exitus, & quibus circumstantijs Sanctitatis sit munitus; Nam in hoc articulo magnum Causæ pondus consistit* = Profectò eiusmodi probatio non videtur elici posse ex ijs, quæ registrata fuerunt *in dicto Summario Num.34.*, cui titulus, *de prætiosa morte Serui Dei*.

24 Etenim Testes ibidem adducti solummodo recensent, Patrem Iosephum de Anchieta cunctis Ecclesiæ Sacramentis munitum piè obijsse in Pago de Retitiba, & quidem absque vlla expressione, quod dictus Pater Ioseph eadem Sacramenta petierit, isteque defectus notitiæ circa modum, cum quo ab hac vita decessit Seruus Dei, animaduersione magis dignus euadit, considerando, quod obitus illius euenit coram pluribus Personis, vt fatetur in suo examine Pater Ioannes Fernandez Gato Confessarius Serui Dei, *dicto Summario §.3.*, ibi = *Quod scio ex eo, quia ego Testis illæ omnia subministraui intereſſentibus Socijs ibi existentibus in Pago de Retitiba sanctè, & deuotè in Domino extremum vitæ diem claudendo: De quibus intereſſentibus quidam vita functi sunt, & quidam adhuc in humanis existunt* =; Eoque magis cum morti Serui Dei præter dictum Confessarium fuerint præsentes alij Religiosi, vt asserit Testis VIII. §.1., ibi = *Per auerlo inteſo da Religiosi, che vi si trouarono preſenti* =, Et Seruus Dei non morte repentina, sed febri vexatus fato cessit, vt ait Testis XXXIII., vbi supra §.23., ibi = *Se scire, quod dum dictus Pater in Præfectura Spiritus Sancti laboraret febri, qua Dominus Noster illum ad se vocauit, dum illa febri fatis grauatus esset, petijt, quod deferretur ad quemdam Pegum Gentilium sub administratione Societatis* = Quæ omnia sicuti suadere videntur, quod de facili haberi potuisset notitia gestorum in obitu Serui Dei, ità grauiorem constituunt illius defectum; Et sanè defectus iste est admodum considerabilis, cum vnicus tantùm Testis de visu obitus Serui Dei habeatur in dicto *Summ. Num.34. pag.238.*, nempè laudatus Testis VIII. Processus Informatiui S. Sebastiani, qui neque concordat cum Teste II. Processus Informatiui Baliyen. circa tempus obitus eiusdem Serui Dei, ille enim dicit, quod obitus Patris Anchietæ *fuit de anno nonagesimo sexto versus nonagesimum septimum*; Et è contra præfatus Testis II. di-

ti Processus Bahyen. refert, quod Seruus Dei *obijt die nona mensis Iunij anni milleſimi, quingenteſimi, nonageſimi ſeptimi*, vt videre eſt *Summario vbi ſupra pag.*240. §.26. Quæ diſcordia quoties etiam contenderetur non verſari circa ſubſtantialia, certum tamen eſt, quod indicat non modicam Teſtium ignorantiam, vel ſaltem maximam illorum obliuionem circa grauiores circumſtantias comitantes obitum eiuſdem Serui Dei, ac propterea nemo non videt ex ijs minimè conſtare poſſe de perſeuerantia Patris Anchietæ vſque ad obitum in exercitio aſſertarum virtutum in gradu heroico indiſpenſabilitèr requiſita in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

25 Neque alicuius momenti pro eiuſmodi effectu reputanda ſunt ea, quæ narrant in Proceſſu Apoſtolico Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis VIII. *dicto Summario Num.*34. *pag.*236. §.1., ibi = *Che sà, che detto Padre auanti la morte riceuè tutti li Sagramenti della Penitenza, dell'Euchariſtia, & Vnzione, per auerlo inteſo da Religioſi, che vi ſi trouarono preſenti, e che finì ſantamente con molta fiducia nel Signore, prouocando li Circoſtanti à diuozione* = Et Teſtis XXXIX. ibidem §.4. = *Hà inteſo publicamente dire, che ſtando detto Padre propinquo alla morte riceuè il Viatico del Corpo di Criſto, e l'Eſtrema Vnzione, e dopo con gran preparazione pia, e ſantamente obdormiuit in Domino* = Et in Proceſſu Informatiuo Ciuitatis Sancti Sebaſtiani Teſtis III. *dicto Summario* §.10. ,ibi = *Me dici audiuiſſe, quod &c. prædictus Pater omnia Eccleſiæ Sacramenta magna deuotione ſuſcepit* = Cum quo concordat Teſtis IX. *eodem Summ. Num.*34. §.18., vltra quod enim prædicti Teſtes plenam non merentur fidem cum non fuerint præſentes morti Serui Dei, & ea, quæ recenſent, ab alijs audiuerint, vel pro ratione ſcientiæ non adducunt, niſi publicam vocem, & famam; aduertendum præterea eſt, quod vti aliàs diximus, in præſenti inſtantia non attenduntur generalia qualia ſunt ea omnia à dictis Teſtibus recenſita, quæ mercedem ſuam iam receperunt in inquiſitione generali.

26 Et ratio, cur hæc ità generalitèr à Teſtibus prolata non ſufficiant, ea eſt viuiſſima, quia cum in hoc articulo, qualis nempè fuerit vitæ exitus, & qualibus circumſtantijs Sanctitatis ſit munitus, magnum cauſæ pondus conſiſtat, vt inquiunt memorata decreta generalia, hinc eſt, quod actus omnes Seruorum Dei in Agone poſitorum diligentiſſimè ſunt inſpiciendi, attendendo nimirum eorum verba, corporis motus, motus oculorum, lacrymas, ſuſpiria, quæ ediderint, & alia quæcunque in eo ſtatu ab ipſis prodita vt benè monuit Fortunat. Scacc. *de not., & ſign. Sanctit. ſectis. cap.*6. *pag.*364., ibi = *In extremo autem agone, & luctu in Seruis Dei, ac Famulabus, habitus Virtutum, æternorum deſiderium, & temporalium contemptus apertè cognoſcitur, ac proinde omnia diligentèr examinanda veniunt, quæ in illa rerum omnium vltima linea contigerunt, in actis nimirum piorum virorum, de quorum cultu, & Beatificatione, aùt Canonizatione in Eccleſia agendum erit. Cum enim virtus ſit habitus, vt iam dictum, probatumque extitit, & in habitu non in actu virtutis ratio ſit conſtituenda, vt omnes Philoſophi, ac Theologi docuerunt, propterea extremo agone in primis micant, ac ſplendent virtutum habitus in vita acquiſiti, quando nimirum naturales ſenſus, & naturales po-*

Digitized by Google

tentiæ tam interiores, quàm exteriores, morbi violentia præpeditæ impediuntur, quominus suas exerant operationes; Tunc enim quosdam actus quasi inuoluntarios ab habitibus longo virtutum exercitio acquisitis prouenire non dubitamus; Ac propterea ab illius extremi Agonis actibus virtutum habitus iam acquisiti cognoscantur, necesse est. Hac de causa Seruorum Dei in Agone positorum acta omnia attendenda diximus, verba videlicet, corporis motus, motus oculorum, suspiria, si quæ ediderint, & reliqua singillatim tam quæ contra hostem proferunt verba, quàm etiam hortatoria ad Astantes, ac denique illa ipsa, quibus se Deo morituri commendant, vt istorum exemplo non solùm Fideles formam abeundi ab hoc Mundo ad Cœlum hauriant, sed vt ex his signis habitus virtutum Euengelicarum, Euangelicæque Perfectionis, ac Sanctitatis notas habere possimus.

07 Agnoscunt Postulatores difficultatem, quam facit defectus probationis assertarum virtutum in specie, & præsertim perseuerantiæ Serui Dei vsque ad obitum in assertis Virtutibus, ideoque studeant, eumdem defectum supplere, magnam vim constituendo in assertis Donis Supernaturalibus plena manu deductis Summario præsenti ferè per totum, in Fama Sanctitatis Serui Dei tàm in Vita, quàm post eius obitum, in ingenti Populi concursu ad eius funus, & demum in Miraculis tàm in Vita, quàm post mortem, quæ ab Altissimo eiusdem Serui Dei intercessione patrata asseruntur. At hæc omnia non videntur præfatum defectum supplere posse. Asserta namque Miracula (vt ordine retrogrado procedamus) in præsenti Dubio non sunt discutienda, sed in alio seorsim parato, quatenus nimirum, postquam declaratum fuerit, satis constare de Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus in gradu heroico, procedendum sit ad vlteriora. Concursus Populi ad funus Serui Dei, eiusque Sanctitatis fama, quæ tàm in Vita, quàm post obitum viguit, mercedem suam, vt aliàs diximus, receperunt in inquisitione generali, nec magnam hodie merentur amplius considerationem. Dona verò supernaturalia, licèt in pretio habenda sint, de per se tamen non sufficiunt, sed Virtutes Serui Dei in gradu heroico vnà cum ipsius perseuerantia vsque ad obitum aliunde probari debent, cum Dona prædicta sint Gratiæ gratis datæ, quas benè habere possunt tàm Iusti, quàm Peccatores, vti considerat S. Augustinus in Ioannem *tract.* 49. *cap.* 11. *pag.* 125. *circa finem*, & latè tradit Card. de Lauræa *in* 3. *Sentent. dom.* 4. *disput.* 19. *artic.* 1. *num.* 11., *& artic.* 23. *num.* 989., vbi addcens exemplum Sanctæ Catharinæ Senensis, Sanctæ Theresiæ, & aliorum, dicit eatenus fuisse considerata huiusmodi Dona, quatenus præcedenter constiterat de earum heroicis Virtutibus in specie, idemque monet Vallgorn. *Theolog. myst. quæst.* 3. *disput.* 5. *artic.* 6. *num.* 5., *& 6.*; Vnde Cardinalis Bona *de Discretion. Spirit. cap.* 1. §. 5. *num.* 3. monet, esse cauendum, ne Sanctitas ex his æstimetur, & ob hanc rem S. Hieronym. *in cap.* 7. *Matthæi* super illud, *nonne in nomine tuo &c.* dixit = *Prophetare, & Virtutes facere, & Dæmonia eijcere, interdum non est eius meriti, qui operatur: Sed inuocatio Nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui vident, & audiunt, conceditur* = ideoque firma apud Auctores omnes de materia ista tractantes est propositio, quod Gratiæ gratis

tis,

tis datæ neque sunt Virtutes, neque Virtutum actus, quodque ab illis non dependet conceptus heroicitatis supernaturalis, quæ in Beatificandis est necessaria.

28 Sed quia obstatiua vt plurimum ea sunt, quæ patefaciunt Virtutes Seruorum Dei, quorum Beatificatio petitur, non artigisse necessarium heroicitatis gradum, ideo præterponderationes hactenus expositas, aliasque super examine singularum Virtutum à quolibet in Causa suffragaturo faciendas circà earum releuantiam, transitum facio ad obstatiua prædicta, quæ assertam heroicitatem Serui Dei videntur excludere.

29 Et primò quidem considerandum propono, quod Seruus Dei publicè enarrauit in quadam Concione per ipsum expleta in Festo Sancti Antonij, quod sex Milites Natione Galli in quodam certamine necati ad Inferos descenderant, vti fatetur in suo Examine Testis XXIII., de quo *Summario Num.30. pag.183.circa medium*, ibi = *Trouarono nuoua che detto Padre predicando il giorno di S. Antonio de Portogheſi diſſe, che quel giorno erano paſſati ſette Huomini da queſta all'altra vita, de' quali ſe ne perſero ſei, e il ſettimo fù ſaluo per la miſericordia di Dio, eſſendo che detti ſette morti furono quelli detti di ſopra, e morirono nel medeſimo giorno, che il Padre lo diſſe predicando, li ſei furono li Franceſi, ed il ſettimo detto Eleodoro Ebanos, è di ciò vi fù la publica voce, e fama* = Ex hac autem facti publicatione per Seruum Dei expleta insurgere videtur quædam detractio famæ; Nam etiamsi verum esset, atque subsisteret, quod sex illi Milites Natione Galli, vt supra, in pugna interfecti ad Inferos descendissent, adhuc à peccato detractionis saluari non posse videtur Seruus Dei, qui Militum illorum condemnationem citra necessitatem publicauit, vti docet S. Thom. 2. 2. *quæstion.62. artic.2. ad 2.*, vbi explicat quotupliciter fama auferatur ibi = *Dicendum quod aliquis potest alicui famam tripliciter auferre, vno modo verum dicendo, & iustè, puta, cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito seruato, & tunc non tenetur ad restitutionem famæ; Alio modo falsum dicendo, & iniustè, & tunc tenetur restituere famam, confitendo, se falsum dixisse; Tertio modo verum dicendo, sed iniustè, puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, & tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantum potest, sine mendacio tamen, vtpote quod dicat se malè dixisse, vel quod iniustè eum diffamauerit* = & sequitur S. Raymundus *in Summa lib.2. de Raptor. §.24.*, ibi = *Detractores, & Infamatores dicuntur, qui vitam, & bonos mores Proximorum nituntur corrumpere, vel minuere, quod faciunt interdum fingendo, & publicando crimen aliquod contra alium, vel etiam occultum alterius crimen prodendo, & manifestando.*

30 Nil penitùs releuante responsione fortasse in medium afferenda ad vitandum crimen detractionis, quod nempè sex illi Milites iam fato cesserant; Talis enim circumstantia non eximit detrahentem à peccato, vt optimè respondet Azor. *Instit. Moral. tom.3. par.3. lib.13. cap.7. dub.9.* ibi = *An detrahere de fama alicuius vita functi sit mortale peccatum, nimirum aut falsum crimen imponendo, aut detegendo occultum, aut publicum, V. G. Titius mortuus est, vixit autem aliquando in Concubinatu publico, vel fuit aliquando fur, vel Adulter, sed occultus, an ista recensere post mortem, eius sit mortale*

le

le peccatum? Ratio dubitandi est, quia post mortem infamia nulli nocere potest; Respondetur esse mortale peccatum per se euulgare crimina mortuorum, si falsò eis imponantur, aut si occulta recensentur peccata eorum; At quando obijcitur, hoc non nocere eis; Respondetur, hoc esse per euidens, & aliquando contingere, vt noceat multis eorum, qui viuunt; quia fieri potest, vt aliquando huiusmodi detractio sit cum detrimento, vel damno viuentium, qui mortuo erant quodammodò coniuncti Sanguinis propinquitate, vel affinitate, vel amicitia, vel familiaritate; Item aliquando nocere potest Familiæ, vel cognationi; Item licèt non noceat viuentibus Filijs, propinquis, amicis, iniuria tamen fit ipsi mortuo, quia adhùc ille in Hominum memoria viuit, & proinde iniuria est illi falsum crimen imponere, vel occultum crimen illius euulgare = & sequitur Filiuc. *Oper. Moral. tom.2. tract.4. cap.4. num.133.*, Bonaccin. *Oper. Moral. tom.2. de restitut. in partic. disput.2. quæst.4. punct. 2. propositi. 1. num. 2.* ibi = *Et ratio est, quia aufertur bona opinio, quam defunctus habet apud Homines, in qua viuit; Bona autem opinio maximi æstimatur, tum quia huiusmodi detractio potest nocere Consanguineis defuncti, vel Amicis.*

31 Pro secundo obstatiuo obseruandum occurrit factum recensitum in examine II. Testis, qui in Processu Informatiuo Bahyen. confectò de anno 1620. *fol.26.*, & *tergo*, hæc refert = *Quod cum aliàs Generalis Auditor in Carceribus detineret quemdam hominem ob crimina vapulandum, & cum à quamplurimis personis fuisset petitum, quod Auditor præfatus ei parceret verbera, id tamen facere negauit, & cum Pater Ioseph ad dictum Auditorem visitandum accederet, dum ab eo proficisceretur, ei dixit hoc modo, videlicet; Domine, meus ne affinis vapulabit? Cum tamen præfatus homo talis affinis non esset, sed tantùm oriundus à loco dicti Patris, & cum hoc nomine Affinis Auditor ei peperit verbera* = Ex hoc enim facto duo culpabilia deduci posse videntur. Primum scilicet impedimentum Iustitiæ à Seruo Dei præstitum contra omnia Iura præscribentia, Reos debitis pœnis esse plectendos, ne delicta remaneant impunita. Alterum verò manifestum mendacium, dum Seruus Dei asseruit prædicto Auditori, Reum esse suum Affinem, quod tamen à veritate alienum erat; Mendacium autem vtpotè intrinsecè malum nequit à peccato saluari iuxtà illud Sap. 1. 11. = *Os, quod mentitur occidit animam* = & Apost. ad Colos. 3. 9 = *Nolite mentiri in uicem &c. loquentes enim mendacium Deus perdet* = Sanctus Augustinus *de Sobr., & Castit. in appendic. ad tom.9. tract.17. versic. Et quid pag. mihi 379., & in Psal.5. pag. mihi 8. col.2. §.1. in fin.*; loquens in puncto de personis Spiritualibus ait = *Falsum autem dicere non inuenitur esse concessum perfectis.*

32 Quin Seruus Dei excusari possit, quod mentitus fuerit motiuo charitatis; Mendacium enim neque ex motiuo Charitatis inuenitur esse permissum, vt ex *Can. ne quis arbitretur 22. quæst.2. vbi Glos.* ait. *Peccare quem mortaliter mentiendo, etiam pro saluanda vita alterius* = & idem habetur *in Cap. Super eo de vsur.* ibi = *Cum Scriptura Sacra prohibeat pro alterius vita mentiri* = & perbellè S. Augustin. *in Enchirid. cap.22.* ait = *Porrò autem omne mendacium ideò dicendum est, esse peccatum, quia Homo non solùm quando scit ipse, quod verum est, sed etiam si quando errat,*

aut

Digitized by Google

aut fallitur, sicut homo, hoc debet loqui, quod animo gerit, siue illud verum sit, siue putetur, & non sit. Omnis autem, qui mentitur contra id quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea sunt instituta, non per quæ homines se inuicem fallant, sed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Verbis ergo vti ad fallaciam non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideò illud mendacium putandum est, non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando, si Pauper, cui palam datur, sentit commodum, & Diues, cui dum tollitur, non sentit incommodum. Nec ideò tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum.

33 Tertio loco pro obstatiuis perpendenda sunt, nonnulla, quæ propriæ existimationis, & vanægloriæ non leuem suspicionem præseferrè videntur aduersus Patrem de Anchieta. Siquidem propriæ æstimationis suspicionem præbet non solùm depositio Testis X. Processs: Informatiuo Sancti Pauli *fol. 57. tergo*, ibi = *Quod cum ipsa aliàs esset in Ecclesia Matrimonium contrahendo cum præfato eius Viro, dictus Pater Ioseph præsens existens digito ostendens veterem Tunicam, qua erat indutus, ei dixit, cum hoc veteri habitu multa daturus sum bona, quod ita adimpleuit Deus Dominus noster, quod scit Testis ex eo, quia adfuit prædictis Patris verbis Testi dictis, de quo etiam testificari possent nonnulli ex circumstantibus, si adhuc in viuis essent.*

34 Verùm etiam assertio Testis XIX. in Processu Apostolico constructo in Oppido Sancti Pauli de anno 1626. *fol. 302.* ibi = *E che essa Testimonio tiene in gran veneratione vn suo Dente, quale se ne serbò Antonio Rodriguez Marito di essa Testimonio, auendolo cauato a detto Padre, che per molto che insistesse questo, lo buttasse lui via, non l'hà voluto buttare &c., e che alcun tempo doppo detto Marito di essa Testimonio tornò a mostrare detto Dente a detto Padre, quale li disse, che lo buttasse via, e non volendo quello buttare, gli disse detto Padre, orsù serbatelo, che per alcuna cosa vi seruirà vn giorno, & essa Testimonio tiene detto Dente in Veneratione.*

35 Rursùs vanægloriæ suspicio arguitur ex Processu Apostolico Olindensi, vbi Testis primus *fol. 34. tergo*, & 35. ait, ibi = *Aueua detto ad esso Testimonio il Seruo di Dio, che quando era stato ritirato nell'esercitij, prima di fare la Professione delli quattro Voti, aueua meditato la Passione del Nostro Signore Gesù Christo, e che il medesimo Signore in quell'occasione gl'aueua fatto prouare molto delli dolori della sua Passione* = & *fol. 28. tergo*, subdit = *Che stando entrambi discorrendo vn giorno &c. gl'aueua detto, che quando egli era più Giouine, ed aueua buona salute, e più forze spendeua tutta la notte in orazioni, e che il rimedio, che vsaua per difendersi dal sonno, era il sugo di limone, ponendoselo negl'occhi, se mal non si ricorda, e che così rauuiuaua la natura per continuare l'Orazioni* = & inferius = *Et ad esso Testimonio eueua detto lo stesso Padre Giuseppe Anchieta, per atto di humiltà, dicano, che mi hanno veduto eleuato da terra in aria, mentre staua in oratione, & il caso fu così* = *Mà esso Testimonio non si ricorda in sostanza delle parole dettoli, ma bensì si ricorda esso Testimonio, che non negaua l'Estasi, mà l'interpretaua a suo proprio annilimento* = & *fol. 29. tergo* = *Che ad esso Testimonio aueua detto il detto Padre, che aueua contratte molte indispositioni nel*

corpo

corpo per auer seruite molte Messe inginocchioni nel Collegio di Coimbra della Compagnia di Gesù = & ex Processu Apostolico Olindensi registrato in *Summario Num.9. pag.54. §. 26.*, habetur = *Disse altresì esso Testimonio, che il d. Padre Giuseppe Anchieta gl'aueua detto vna volta nel tempo, che esso Testimonio era Nouizio, e lo seruiua* = *Dicono, che gl'Augelli mi vengono su le mani*) *e ciò diceua per vn atto d'humiltà per auuilirsi*) *il caso fù disse egli, che andando Io in vna Naue da S. Vincenzo ad vn'altro Capitaniato, e vedendo Io vn Vccello maritimo andaua volando sopra il Vascello stendendo il braccio gli dissi; posati quì, & il detto Augello venne, e si posò sul braccio, dicendomi in oltre a me Testimonio* = *Fate conto, che come si douena posare in vn'altro legno, si posò sopra il mio braccio* = Eiusmodi namque res enarratæ à Patre Anchieta, maximum præbent fundamentum suspicandi, quod ad aucupandam sibi gloriam, & æstimationem illas recenseret; Quidquid enim dixerint Testes, quod eas idem Seruus Dei memoraret pro se humiliando, imperceptibile tamen videtur, quod respectu Audientium possent eiusmodi narrationes argumentum despectus, & abiectionis ei naturaliter suppeditare, ideoque parùm in ijs expressionibus fidendum est Testibus, qui, vt aliàs diximus, nimium panegiricè loquuntur de Seruo Dei.

36 Ponderanda sunt pariter, quæ ex Processu Informatiuo Bahyen. relata sunt in *Summario Num.15. pag.112. §. 46., & 47.* vbi Testis cum interrogasset Patrem Anchietam, qua certitudine respondisset quibusdam Indianis, quod illum ea die non essent interfecturi, hæc refert = *Præfatus P. Ioseph ei dixit, quod cum certitudine Matris Dei, quæ nolebat, quod ille ab humanis discederet, nisi descripta illius Vita, quam iàm alias in mente per littus deambulans in memoria tantùm, ac in carmine composuerat, & dixit etiam Testis, quod ei narrauerat dictus Pater Ioseph, quod dum esset obses in eodem Pago, euenit, quod quædam Indiana peperit quamdam Creaturam, quam eius Vir interfici iussit ex eo, quia imaginauit, non esse suam, & dum dictus Pater Ioseph audiret, quod talis Creatura erat iam sepulta, extemplò ad locum deuenit, & ex Sepultura abstulit, & viua adhùc inuenta, illam baptizauit, & baptizata, in eius manibus ab hac vita decessit, quod scit iste Testis ex eo, quia ita ei narrauit dictus Pater Ioseph* = Et ex Processu Apostolico Olindensi relata habentur *in Summario Num.24. pag.146. §.10.* = *Dum esset captiuus obses (nempè Seruus Dei) ei dicebant Indiani, & Indianæ, quomodo sine Muliere viuere poterat, dum esset Adolescens, & dictus Pater eis disciplinas ostendebat, respondens, quod gratia Dei, & illis disciplinis sine Muliere viuere poterat* = Quæ omnia multiplicem iactantiam videntur redolere, & præsertim respectu macerationum Corporis, & diuturnæ Orationis, quam voluit citra necessitatem alijs patefacere. Quodque reuerà optaret notam reddere frequentiam orandi genibus flexis, colligitur etiam ex ijs, quæ refert Testis II. Processus Informatiui Bahyensis *Summario Num.13. pag.107. §.36., & 37.* vbi ait = *Se scire, quod dictus Pater Ioseph habebat callos in vtroque genu latitudinis quatuor digitorum, & altitudinis vnius digiti, ob frequentiam genu flexo orandi &c., & prædicta scit Testis ex eo, quia multoties illi vidit*

cal-

Digitized by Google

callos huiusmodi = Obuium autem est opinari, quod Testis prædictus assertos callos Serui Dei videre non potuisset nisi ipso volente.

37 In Processu Informatiuo S. Sebastiani *fol.* 133. *& tergo* Testis XXI. dicit ibi = *Cum ego aliàs Iuuenis essem, & me inuenirem in Ecclesia Dominæ Nostræ Conceptionis de Stanbaye, & audirem Concionem, quam dictus Pater habebat in dicta Ecclesia, & de prædicta Festiuitate Conceptionis vidi, quod dictus Pater incumbit in Pulpito, perinde ac si ei animi defectio esset, ac cum Gens se turbaret, credens, quod dictus Pater mortuus esset, ille surrexit, & dixit, quòd nihil erat; sed quia venerat foris Domina Nostra de subueniendo cuidam eius Deotæ, quæ illam inuocauerat, & quod eius vestimenta rore madefacta erant, & cum accederetur pro videndis vestimentis, fuerant inuenta madefacta, & magnus strepitus fuit auditus* = & concordant relata *in Sum. n. 30. pag. 195. sub n.* 58., Hæc autem, quæ ex Dicto præfatorum Testium habentur, plurimum videntur obnubilare assertam heroicitatem Virtutum Serui Dei, & signanter Humilitatis, & Christianæ prudentiæ, quæ prorsus excludunt quamcumque turgiditatis Vmbram, dicente Apostolo ad Galatas 5. 26. = *Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, &* 6. 4. = *Nam si quis existimet se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit* = Et celebre est Monitum Sapientis in Prouer. *Cap.* 27. *num.* 2. ibi = *Laudet te alienus, & non os tuum, Extraneus, non labia tua* = Et S. Gregor. *Moral. lib.* 22. *in Cap.* 31. *Iob. cap.* 4. *& cap.* 5. ait = *Habent itaque proprium Sancti Viri, vt bona quidem, quæ agunt, videant, & tamen cum peregerint ab eorum memoria oculos auertant.*

38 Insuper præter Vanægloriæ, & propriæ æstimationis suspicionem desumptam ab euulgatione eorum, quæ superius notata sunt, facta à Seruo Dei, & quidem nulla vrgente necessitate, considerari etiam potest inordinatus modus, cum quo idem Seruus Dei è suggestu videndum se præbuit, quemque recenset præfatus Testis XXI., de quo actum est supra in præcedenti §., Cum ex illo inordinato modo facta fuerit perturbatio in Populo ibi = *Vidit, quod Pater incumbit in Pulpito, perinde ac si ei animi defectio esset, & cum Gens se turbaret credens, quòd dictus Pater mortuus esset* = Et concordat Testis III. Processus Apostolici Sancti Sebastiani, *Summario num.* 30. *pag.* 195. *sub num.* 58. ibi = *S'appoggiò detto Padre nel Pulpito, come che se ne veniſſe meno, & inquietandosene la Gente, parendogli, che detto Padre fosse morto d'alcun accidente* = Pariterque aduertenda venit curiositas, ibi = *Et cum accederetur pro videndis vestimentis* = in eodem Populo excitata à Seruo Dei occasione Reuelationis assertæ Apparitionis Beatissimæ Virgini cum vestimentis rore madefactis. Hæc enim omnia vtpote contraria Christianæ Prudentiæ, & Deuotionis, Diuinique Cultus impeditiua, non leui reprehensione digna iudicari posse videntur.

39 Quarto loco expendendum est, an Seruus Dei culpabilis reddatur ex ijs, quæ enarrant Testes inferius recensendi. Ait nempe Testis *II.* Processus Informatiui Bahyen. relat. *in Summario num.* 30. *pag.* 174. = *Quod de anno Octuagesimo octauo, dum Testis esset in Præfectura Spiritus Sancti, in qua erat Superior præfatus Pater Io-*

Digitized by Google

seph, Testis accessit pro audienda confessione cuiusdam Infirmæ specialiter illum vocari facientis, à qua apertè intellexit, quod non prætendebat confiteri, sed quod sub illo prætextu illum voluerat suadere ad satisfaciendum sensualitati carnali, quia dum sederet pro audienda Confessione, manus in illum iniecerat, & ei dixerat, quod dum consensum non præberet, erat clamatura, quod ille illam cogere volebat in sua Domo; & Testis industria, & arte hæc vitauit, & profectus ad Domum Societatis deuenit eò temporis, de quo Pater Ioseph Missam perfecerat, & erat in Sacristia cum Amicta adhuc in Capite, & dum videret Testem, nullis præcedentibus verbis, nec alijs humanis, ex quibus dictus Pater Ioseph de casu notitiam habere posset, hæc formalia verba Testi dixit, videlicet, ego rogaui pro te Petre, vt non deficeret fides tua =. Ex hac autem depositione, quam Postulatores adducunt ad probandum quod Seruus Dei superno lumine penetrauerit, dictum sui Ordinis Religiosum fuisse ab impudica muliere sollicitatum ad satisfaciendum suæ sensualitati, videtur elici non modica iactantia Patris de Anchieta, qui nondum totaliter exutus Sacris vestibus, cum quibus Missam celebrauerat, abusus est verbis à Christo Domino pronunciatis, sibi quodammodo arrogando meritum, quod Religiosus præfatus peccato non consenserit. Et quoties etiam non defectus dicti Religiosi tribuendus verè foret precibus Patris de Anchieta, non debuisset ille tamen ea festinatione assertam meriti sui efficaciam patefacere, vt optimè ad rem notat S. Isidorus Hispalensis *lib. 3. Sent. cap: 23.* ibi = *Boni Operis inchoatio non debet citò palam ad hominum cognitionem venire, nedum humanis oculis reseratur à virtute perfectionis, inanescat intentio Sanctitatis. Ante Maturitatis enim tempus messes florentes citò pereunt, germinaque inutilia fiunt* = & rursus ibidem = *Virtutes Sanctorum per ostentationis appetitum Dominio Dæmonum subijciuntur immundorum, sicut Erechias Rex, qui diuitias suas Caldæis per iactantiam prodidit, & propterea perituras per Prophetam audiuit, vt significaret Dei Seruum suas dum vanæ gloriæ studio prodiderit, perdere, & statim Dæmones suorum Operum Dominos facere, sicùt ille per Ostentationem Caldæos rerum suarum Dominos fecit.*

40 Præterea verò Maiori redargutione dignus videtur idem Seruus Dei ob ea, quæ postmodum contingerunt, & ibidem antedictus Testis enarrat = *Post cursum exinde quindecim dierum, dum Testis deambularet, & minores horas cum dicto Patre Ioseph recitaret fuit dictum, quod dicta Mulier erat in Ecclesia, & quod confiteri volebat, sed quod nullam specialem personam ad dictam suam Confessionem audiendam nominauerat, & quod Pater Ioseph antedictus respondit, quod sic, quod statim esset accessurus pro illius Confessione audienda, & deinde dixit Testi, imposito his fine, Reuerentia Vestra illius Mulieris confessionem audiat, & Testis replicauit, Reuerentia vestra scit, quò me iubet, & Pater Ioseph respondit, Pater sic, vadat Reuerentia vestra medenda hac Anima, quia quatenus non reuelet Reuerentiæ Vestræ, non reuelabit alio, & Reuerentiæ Vestræ nullum est inconueniens* = Imprudenter enim videtur egisse Seruus Dei, mittendo dictum Religiosum, qui fuerat sollicitatus à præfata muliere ad excipiendam eius Confessionem;

Nam

Digitized by Google

Nam præter periculum, cui exposuit Religiosum ipsum, præbuit eidem Mulieri nouum peccandi incentiuum, transmittendo ad eamdem illud suæ sensualitatis obiectum; & licèt asseratur, hoc ideo feciſſe Seruum Dei, quia Mulier peccatum suum alteri Sacerdoti non reuelasset, id tamen gratis omninò asseritur, quodque magis est præfatus Testis non subdit, dictam Mulierem peccatum, de quo agitur, confessam fuisse, vel alia edidisse singularis pœnitentiæ signa, ex quibus saluari posset actus alioquin imprudenter demandatus à Patre de Anchieta, quæ reticentia eo magis considerabilis est in præfato Teste, qui non omisit in suo examine deponere, quod alia Mulier, ad cuius confessionem excipiendam iuerat de mandato Serui Dei, peccatum quoddam, quod per triginta annos tacuerat, eidem reuelauit, vt legitur in *Summario num. 30. pag. 175.*

41 Item ex Teste VI. Processus Apostolici Sancti Sebastiani *Summario num. 30. pag. 184. sub num. 36.* habetur, quod Pater Ioseph de Anchieta vocatus ad excipiendam confessionem, cuiusdam Indianæ noluit accedere, vt legere est, ibi = *Venne vn giorno questa Indiana in Chiesa, che non v'erano i Padri suoi Confessori in Casa, e fece da esso Testimonio chiamare detto Padre Ioseph de Anchieta per confessarse, e communicarse alla sua Messa, e fattagli l'imbasciata dal Testimonio, detto Padre non vi volse andare, dicendo, che andaua à dire la Messa, e non poteua aspettare* = Quamuis autem factum hoc referatur pro argumento, quod Pater Auchieta cognouerit simulatam Sanctitatem dictæ Mulieris Indianæ, attamen non videtur saluari posse dictus Pater Anchieta à defectu Charitatis erga Proximum, quia si ipse sciebat reuerà, vt inquit Testis præfatus ibidem = *detto Padre ne sapeua qualche cosa cattiua di detta Indiana* = profectò Zelus salutis eius Animæ illum debebat vrgere, vt quantocitius accederet ad audiendam ipsius Confessionem, curandumque debitis cohortationibus, vt prædicta Mulier dignos fructus Pœnitentiæ faceret.

42 Testis IV. Processus Apostolici Elborensis relatus *Summario nu. 30. pag. 186. sub num. 41.* ait = *Confessandosi essa Testimonio da detto Padre* (nempe Seruo Dei), *essendo piccola, e tacendo, che mangiaua terra (il che non sapeua altro che lei medesima) il Seruo di Dio li disse, confessateui Figlia del mangiare la terra, che e gran peccato* = & concordat Testis V. ibidem = *hà inteso dire, che la detta sua Sorella confessandosi dal medesimo Padre, e non gli dicendo che mangiaua terra, pensando, che non fosse peccato, detto Padre gli disse, confessateui figlia di mangiar terra, che è gran peccato* = Perpendendum autem est, an Seruus Dei potuerit absque læsione veritatis insinuare præfatæ Puellæ, quod magnum esset peccatum terram comedere.

43 Quinto loco ponderandum est, an reprehensionem mereatur Seruus Dei, ex quo die quadam, qua non licebat celebrare Missam Defunctorum, ipse tamen eam celebrauit, vt ait Testis IV. Processus Informatiui Sancti Sebastiani, & Testis VII. Processus Apostolici Vlissiponensis *Summario num. 30. pag. 190. & 191.* ibi = *Stando esso Testimonio nelle Parti del Brasile, intese dire,*

Digitized by Google

che il Padre Ioseph in vn giorno di Festa di Precetto celebrò la Messa di Morti, e non vi si costumando ciò in simili giorni, il Prelato ne fece riflessione, e li domandò la causa di tal fatto, & essendo renitente il detto Padre Ioseph à dichiararla, il Prelato gle lo commandò per Obedienza, allora rispose detto Padre Ioseph, che aueua celebrata detta Messa per l'Anima d'vn suo Amico, che il giorno precedente era passato all'altra Vita in Roma, dicendo di piu, che nel tempo dell'eleuazione dell'Ostia gli fece Dio grazia mostrargli quella benedetta Anima andarsene alla Gloria = Quidquid autem sit, quod ex post verificatus fuerit obitus illius personæ secutus eadem die, qua eum secutum fuisse patefecit Pater Anchieta, & quidquid etiam sit, an ea die licitum esset, iuxta Rubricas, dicto Patri Anchietæ, supposita in eo certitudine talis notitiæ, celebrare Missam defunctorum, attamen ex præmissis deprehenditur, quod dictam celebrationem non fecit absque aliquo scandalo circumstantium, quodque magis est, videtur ita celebrasse, vt se exponeret necessitati patefaciendi reuelationem habitam de obitu dicti eius Amici; Vnde augetur suspicio Vanægloriæ, de qua superius actum est, maxime verò quia præter necessitatem, & irrequisitus voluit superaddere illam circumstantiam = *Che nel tempo dell'Eleuazione dell'Ostia li fece Dio grazia mostrarli quella benedetta Anima andarsene alla Gloria* = Quod admissa etiam veritate eiusdem Reuelationis, non erat eo tempore patefaciendum contra monitum, quod habetur *Tobiæ* 12. 7. ibi = *Sacramentum Regis abscondere bonum est* = & optimè ad rem tradit S. Ioannes Chrysostomus in Homilia de laudibus S. Pauli, ibi = *Extremæ dementiæ est, nulla imminente necessitate, & necessitate violenta proprijs laudibus velle decorari* =

84 Sextò contra Heroicitatem Virtutum Serui Dei manifestè facere videtur eiusdem Serui Dei confessio, qui non renuit asserere, se in quadam impugnatione excessisse modum vsque ad prębendum scandalum circumstanti, vt habetur ex Teste II. Processus Informatiui Bahyen. *Summario num. 26. pag. 153. §. 16.* ibi = *Præfatus Pater Ioseph aliqua efficacia id impugnauit, sed cum postea sibi videret, quod modum excesserat dictus Pater Ioseph dixit huic Testi, pœnitet me, quod scandalum præbuerim N.* = Ex hac quippe ingenua confessione Serui Dei, videtur manifestum defumi argumentum, quod ipse non erat stabiliter constitutus in supremo gradu perfectè operandi, quemadmodum necesse fuisset, vt in eius actibus posset considerari heroicitas. Ad veram enim, & intrinsecam rationem heroicitatis in exercitio Virtutum constitutiuam Hominis in esse Heroem duo indispensabiliter, & copulatiuè requiruntur. Alterum, quod in exercitio Virtutum ad supremum gradum pertigerit. Alterum, quod in tali culmine insederit absque delapsu ad oppositа, vt egregiè expliçat hæc duo constitutiua essentialia heroicitatis Monitum S. Leonis Sermon. 1. de Natiuit. Domini, ibi = *Et Diuinæ consors factus Naturæ noli in veteram vilitatem redire &c.*, & *Isidor. Pelus. lib. 1. cap. 199.* ibi = *Qui arctam graditur viam dissecari non ferat, sed indiuisam conseruet substantiam; is enim verè dicitur Deo copulatus, qui ta-*

lem

Digitized by Google

lem cum eo coniunctionem habet, quæ diuidi, ac scindi nequeat, aut vlla calamitate diuelli possit &c. = Quod etiam ponderat *Ostien. in Cap. 1. de Reliqu., & Veneration. Sanctor. sub num. 6.* ibi = *Non sufficere, quod in vno, vel semel tantùm fuerit Glorioſus, ſed requiritur quod in multis, & multoties*, imo continuè *eius vita fuerit Glorioſa.*

45 Septimo tandem, & vltimo perpendenda proponitur depoſitio Ioannis Souſa Pereira inſerta in *Summario num. 30. pag. 169.*, quæ ita ſe habet = *Che trattandoſi il Parentado tra eſſo, è detta ſua moglie, dicendoſi, che vi era l'impedimento del ſecondo grado, per auer eſſo Teſtimonio trattato con vna Sorella Cugina Carnale di detta ſua Moglie, eſſendo ciò domandato al Teſtimonio, non volſe ſcoprirlo per auer già ſpoſata detta ſua Moglie, e detto Padre ſe ne venne dal Teſtimonio, e menandolo al Colloggio gli diſſe, che s'accuſaſſe di quel peccato, perche eſſo Padre ſapeua molto bene auerlo commeſſo il Teſtimonio, e che vi era detto impedimento, & eſſo Teſtimonio ſe ne confeſsò ſubito da detto Padre, accuſandoſi di quel peccato, che nella verita aueua commeſſo, e detto Padre gli diede l'aſſoluzione, e lo ſposò di nuouo con detta ſua Moglie in detto Collegio, aſſicurandogli in queſto modo la coſcienza, eſſendo che eſſo Teſtimonio non aueua conferito ad alcuna perſona detto peccato, & impedimento* = Ex hac quippe Teſtis depoſitione duo erui poſſe videntur defectus contra Seruum Dei. Primus nempe, quod Pater Anchieta non poterat ſine præcedenti licentia Parochi in Matrimonium coniungere perſonas, de quibus in depoſitione ſupra relata. Alter verò, quod Seruus Dei pænitentem abſoluit, ſed eum ſimul, & ſemel non monuit, vt peteret diſpenſationem ab impedimento in ſecundo gradu, quod ex Cauſa copulæ contraxerat, prout tenebatur, & ſine peccato negligere non poterat tanquam Confeſſarius, vt prædicti Coniuges petere, & reddere poſſent debitum abſque criminis labe; Quemadmodum aduertunt *Sot. par. 4. diſtinct. 18. quæſtion. 2. artic. 4. ad 2., Aragon. 2.2. quæſt. 33. artic. 6. concl. 4.*

Et hæc dicta ſint ſub cenſura, ſaluo ſemper &c.

Carolus Albertus Archiepiſcopus Philippenſis Fidei Promotor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Brasilien., seu Bahyen.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. IOSEPHI DE ANCHIETA

Sacerdotis professi Societatis Jesu.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES

Rñi P. D. Fidei Promotoris.

SVPER DVBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum; & de Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur.

Beatissime Pater.

VT accuratissimis hisce Reuerendissimi Domini Fidei Promotoris Animaduersionibus perspicuè respondeamus, claritatis gratia eas in tres Partes diuidimus; in quarum prima preliminares, & quasdam generaliores collocauimus; in secunda eas, quæ releuantiam Virtutum concernunt; & in tertia illas, quæ ad obstatiua pertinent reposuimus tractandas.

Digitized by Google

PARS PRIMA.

In qua agitur de difficultatibus præliminaribus huius Cauſæ, & de nonnullis Obiectionibus generalibus.

CAPVT I.

De Manuſcriptis, & de Vita Ven. Serui Dei exhibendis.

ADuertendum primo loco proponit Reuerendiſſimus Fidei Promotor, non eſſe locum diſcuſſioni, & examini præinſerti Dubij, niſi examinatis prius, atque reuiſis omnibus ijs, quæ tùm ex Proceſſibus, tùm ex Summario conſtat Servum Dei ſcripſiſſe, ad effectum vt recognoſci valeat an eadem ſcripta ſint contra bonos mores, vel contineant Doctrinam aliquam nouam, & à communi ſenſu Eccleſiæ alienam, vti cauetur in Decretis Generalibus ſa: me: Vrbani Papæ VIII. §. *Præterea*, *pag.* 54., iuxta deducta in Animaduerſionibus §. 2. 3. 4. 5. 6., & 7.; Atque inſuper vltra prædicta Serui Dei manuſcripta exhibendam eſſe contendit etiam Vitam ipſius Serui Dei, quæ licèt non cadat ſub cenſura dictorum Decretorum generalium expreſsè ſolùm comprehendentium ſcripta, & opera exarata manu Seruorum Dei, negligi tamen non poſſe inquit, vt perpendi valeat, an ex ea aliquod inſurgat obſtativum, aptum ad præcludendam viam cauſæ proſecutioni, *vt in dictis Animaduerſionibus* §. 8.

Prima hæc præliminaris exceptio remouetur ex Facto; ſiquidem ſtatim poſt communicatas Poſtulatoribus Cauſæ præſentes Animaduerſiones, curarunt ij obtinere, prout obtinuerunt à Sacra Rituum Congregatione die 27. Nouembris 1728. Literas particulares directas omnibus Epiſcopis eorum Locorum vbi compilati fuerunt Proceſſus, quibus demandatum fuit, vt iuxta Reuerendiſſimi Domini Fidei Promotoris adnexas præfatis Literis Inſtructiones, opportunas omnes, atque neceſſarias diligentias peragerent pro reperiendis omnibus, & ſingulis Serui Dei Opuſculis, & Manuſcriptis, in prædictis Animaduerſionibus indicatis; & quidquid ex ijs reperirent, ad Sacram ipſam Congregationem tranſmitterent. Epiſcopi autem delegati eiuſmodi mandatis exactè obtemperantes, præfata omnia manuſcripta ea qua par erat ſedulitate perquiſiue-

Digitized by Google

fuerunt, ijsque repertis, ad hanc Sacram Congregationem transmiserunt; à qua successiuè ad Postulatorum instantiam commisso eorumdem examine, & reuisione, iuxta consuetam praxim, Eminentissimo Domino meo Cardinali Ponenti, cum facultate deputandi vnum, seu plures Theologos reuisores, & deinde referendi Sacræ eidem Congregationi contenta in eisdem Scriptis, & quidquid per illos notatum fuerit, tandem eo diligenter, & accuratè expleto, ad eiusdem Eminentissimi D. Cardinalis Ponentis Relationem factam in Sacra Congregatione Rituum Ordinaria habita die 21. Martij 1733., rescriptum prodijt *posse ad vlteriora in Causa procedi*, accedente etiam Sanctitatis Vestræ benigno assensu sub die 28. eiusdem Mensis, & Anni præstito, vt ex Decreto desuper ædito, *de quo præsenti Summario additionali num.* 1.

Cum igitur ex præmissis constet, omnia Opuscula, & manuscripta Serui Dei fuisse iam exhibita, eorumque reuisionem, & examen iam maturè, & accuratè de more expletum in eadem Sac. Rituum Congregatione, propterea ex hoc capite retardari nullatenus posse videtur resolutio præsentis Dubij. Prout nec etiam retardari valet ex defectu reuisionis Vitæ Serui Dei, de qua meminit idem Reuerendissimus Promotor *Cit.* §. 8, *suarum Animaduersionum*, dum non obstante quod hæc non cadat sub censura Decretorum sa: me: Vrbani VIII., vt ingenuè fatetur idem Reuerendissimus Promotor, & satis notum est etiam Sacræ huic Congregationi, adhuc Postulatores ad abundantiorem cauthelam, & ad submouendam quamlibet difficultatis vmbram, eam reuidendam iam tradiderunt eidem Reuerendissimo D. Promotori, prout ipse benignè testari dignabitur.

CAPVT II.

De Cultu remouendo à Sepulchro Ven. Serui Dei.

Secunda præliminaris exceptio proposita à Reuerendissimo Promotore in eo versatur, quod scilicet deficiat paritio Decretis sa: me: Vrbani Papæ VIII. super non cultu Seruorum Dei, qui à Sede Apostolica Beatificationis, seu Canonizationis honore adhuc insigniti non sunt, cum tàm ex Processibus, quàm ex Summario constet, plures publici cultus species vetitas in eisdem Vrbani Decretis, exhiberi Sepulchro, & Corpori Ven. Serui Dei, *de quibus in §. 9. & 10. earumdem Animaduersionum*.

Verum neque huiusmodi exceptio apta esse potest ad retardandum vlteriorem Causæ progressum, ac resolutionem propositi Dubij. Admittimus siquidem quod actus Venerationis exhibiti circa Sepulchrum, & Corpus Serui Dei, de quibus mentionem faciunt Testes relati in Animaduersionibus, publicum reuera importent cultum erga ipsum Dei Servum, sintque de ijs vetitis in præfatis Vrbani Decretis; At exoramus sapientissimos Suffragantes benignè perpendere, quod Testes qui mentionem faciunt de dictis speciebus

Digitized by Google

bui publici Cultus Seruo Dei exhibiti, examinati sunt in Processibus constructis de anno 1620. & 1627., & sic priusquàm in lucem prodijssent præfata Vrbani VIII. Decreta, ac priusquàm respectiuè eorumdem notitia ad eas remotissimas Indiarum regiones peruenire potuissет, quo tempore nulla lege vetitum erat exhiberi publicum Cultum Viris cum Sanctimoniæ fama defunctis; Cum verò publicata postmodum fuissent dicta Decreta, in eorumdem obsequium Sepulchrum Serui Dei fuit clausum, ac remota quæuis species publici cultus Seruo Dei præcedenter exhibiti, vt plenè constitit Sacræ huic Congregationi ex probationibus receptis in duobus particularibus Processibus successiuè eius authoritate compilatis, altero nempe in Brasilia de anno 1664., & altero Romæ de anno 1705., dum præuio maturo eorumdem examine sententias Iudicum ab ipsa delegatorum latas super omnimoda obseruantia præfatorum Decretorum confirmauit, atque approbauit die 5. Decembris 1705., cum subsecuto Sanctissimi assensu præstito die 9. Ianuarij sequentis anni 1706., vt ex Decreto, quod datur *præsenti Summario additionali num.* 2. Ex quo sanè facto descendit, in nullo penitus numero, pro effectu de quo agitur, haberi posse, neque obstare depositiones prædictorum Testium asserentium de eo tempore, quo nulla lege vetitum erat, Corpus Serui Dei fuisse publico cultu veneratum, quoties ex alijs prædictis particularibus Processibus recentiùs authoritate eiusdem Sacræ Congregationis constructis, plenissimè iustificata fuit omnimoda remotio cuiuscumque speciei publici cultus in adimplementum legis in præfatis Decretis Vrbani præscriptæ.

CAPVT III.

De omisso examine Testium super Interrogatorijs; & de eorumdem Testium depositionibus generalibus remissiuè.

NOtat tertiò præliminaliter Reuerendissimus Dominus Fidei Promotor §. 12., & 13., quod in nostro Summario afferuntur passim depositiones Testium super articulis, rarò autem super Interrogatorijs, idque fidem minuere asserit eisdem Testibus, cum illis minus credatur in depositionibus super articulis, quàm in depositionibus super Interrogatorijs.

Ad huius tamen obiecti enodationem satis esse censemus si respondeamus, quod licet depositiones Testium factæ super Interrogatorijs præferri debeant depositionibus factis super articulis; non propterea censendum est, quod defectus examinis Testium super Interrogatorijs habeat influere aliquem defectum substantialem, ita quod responsiones datæ ab eisdem Testibus super Articulis non debeant attendi. Etenim in omibus causis, siue Ciuilibus, siue Ca-

Digitized by Google

Canonicis, vtis omissio tantum præiudicium non operatur. Cumque pro his nostris Canonizationum causis non sit aliqua specialis constitutio, quæ irritet examen Testis super Articulis, quando est omissum super Interrogatorijs, standum est Juri communi, de quo testari sunt Speculat. de Testibus §. 6. *num.* 21. *part.* 1. Innocent. *in Cap. Per tuas* 48. *num.* 4. *de Testib*, vbi Ballam *num.* 15. Franc. *in Cap. Præsentium num.* 6. *de Testib. in* 6. Barbos. *cons.* 3. *vers. quod autem Testes lib.* 3., Gabr. *de Testibus cons.* 21. *num.* 23. Gram. *cons. ciuil.* 89. *num.* 124. Grauar. ad Vestr. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 36., Farinac. *de Testib. quæst.* 73. *num.* 48. Rot. *decis.* 417. *lib.* 1. *& decis.* 308. *lib.* 2. *coram Puteo*, *& decis.* 49. coram Gregor. *decis.* 331. *numer.* 17., & ibidem Adden., *& decision.* 351. *num.* 46., latè, & pluribus alijs relatis in proposito harum Causarum Canonizationum Contilor. *de Canonizat. Sanctor. Cap.* 25. *num.* 84., *& seqq.* ibi = *Verum quod Testium examen, ommissis interrogatorijs, non sit nullum, sed solùm propter hoc permittitur Parti, petere quod post publicationem repetantur docet spec. &c. & probatur ex eo, quod Iudex potest examinare Testes, etiamsi pars citata non dederit in termino interrogatoria, Cap. Cum Causam de Testib., & ibidem Canonistæ &c. & ex eo quod Iudex ex officio potest resecare interrogattria, si quæ repetit superflua*, Glos. *in cap. præsentium verb. interrogatoria de Testib. &c. Et numer.* 89. ibi = *Et ita seruatum est in pluribus Causis Canonizationis, vt in Causa Valentina B. Thomæ de Villanou., & in Causa Neapolitana B. Andreæ Auellini &c.*

Eo præsertim quia Interrogatoria transmissa ab ipsa Sacra Congregatione inclusa in literis remissorialibus expeditis anno 1624., de quo tempore non adeo minutè, & exactè extendebantur, sicuti in præsenti, restricta leguntur ad solam Testium qualitatem, & idoneitatem, non autem ad merita Causæ, siue ad virtutes, eiusque actus speciales, quarum respectu eadem Interrogatoria ad articulos referuntur, vt videre est ex eorumdem Interrogatoriorum tenore, de quo *præsenti Summario additionali num.* 3.: Qua posita Interrogatoriorum omissione circa merita Causæ, procedente ex facto ipsiusmet Sacræ Congregationis, nulla subest dubitandi ratio, quin depositiones super articulis plenam probationem constituant, vt firmat Passerin. *in Cap. Præsentium num.* 124. *de Testib.* Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. *& seqq.* Post. *de manut. obseruat.* 41. *num.* 18. Rot. *in Licien. Bonorum* 1. *Aprilis* 1718. §. *Irrita*, *cor. bo: me: Cerro*; ratio autem est quia intentio Actoris ad effectum faciendæ probationis refertur in Articulis, Glos. *in Cap. Præsentium de Testib. in* 6. *vers. Articulus* ibi = *Articulus vocatur pars intentionis, continens id quod Actor probare intendit*, & firmat Bald in *Leg. generaliter* §. *Sed si iuramento Cod. de reb. credit.* Michelor. *de position. cap.* 4. *num.* 16. Fagnan. *in cap. Olim de lit. contestat. num.* 9. Vnde etiam in casu, quo dentur specialia Interrogatoria, si Testes non interrogentur super aliqua circumstantia, aut super aliquo facto, de quibus in articulis deponant, depositio super Articulis debet attendi, Nell. *in tract. de Testib. num.* 29. *in repert. ref. rub.* 1, *quam*, *vel qual. Test. f.* 168. *col.* 2. Farinac. *de Testib. quæst.* 73. *num.* 14.

Im-

Digitized by Google

Immò ex theorica illa, secundum quam depositiones Testium super Interrogatorijs præferuntur responsionibus ad articulos, firmatur, quod istæ gradum probationis constituant; quia vna species probationis, quæ in concursu alterius, siue de Iure, siue de praxi reputatur præstantior, propter hoc quod isti cedat, non censetur amittere, quod se sola possit esse perfecta; & de facto videmus, quod licèt probatio resultans ex publico Instrumento præstantior sit probatione, quæ fit per Testes; Ista nihilominus, ea deficiente, non censetur inutilis, sed est perfecta, ad Textum *in Cap. Cum Ioannes §. Porrò*, & ibi Abb. *de fid. instrument.*, Alex. *cons.* 107, *& seqq. vol.* 7. Mascard. *de probat. conclus.* 7. *num.* 15., & regulare satis est, quod probatio probationem non excludit Scacc. *de Iudic. cap.*7. *num.* 89. Rot. *coram* Gregor. *decis.* 405. *numer.* 4., & coram Peutinger. *decis.* 27. *num.* 3., *& in Recen. decis.* 413. *num.* 4. *part.* 14., *& decis.* 656. *num.*5. *part.* 18., & in Salisburgen. Vicariæ 25. *Iunij* 1714. §. *Fin. coram Eminentissimo Falconerio*.

Itaque si in nostro præsenti casu nulla data fuerunt ab ipsa Sac. Congregatione specialia interrogatoria concernentia Virtutes, earumque speciales actus; si in articulis plena continetur Actoris intentio, iam dubitare fas non est de plena, & perfecta probatione resultante ex depositionibus super Articulis. Ne aliàs ommissio Interrogatoriorum specialium super Virtutibus, quæ nec Postulatorum culpæ, neque incuriæ attribui potest, cum ad ipsam Sacram Congregationem spectet eadem transmittere, in eorum irreparabile damnum, & præiudicium detorqueatur, prout contingeret si probatio resultans ex depositionibus Testium super Articulis defectuosa reputaretur, contra regulam, de qua Rot. *in Recent. decis.* 21. *num.* 12. *par.*12. *decis.*372. *num.* 5. *par.* 14. & coram Bich. *decis.*291. *num.*17., & coram Emerix Iun. *decis.*1260. *num.* 1.

Quod verò spectat ad alteram Animaduersionis partem, quæ versatur in eo quod plerique ex Testibus deponant vt plurimum generalia, propterea que nullum in præsenti Instantia probationis gradum constituant, *vt in* §. 12. *Animaduersionum*, nos eam infra eliminandam reseruamus, dum Sermo erit de Virtutum releuantia.

CAPVT IV.

De Depositionibus Testium receptis latino idiomate.

PRosequitur Reuerendissimus Promotor, & §. 14. ponderandum quarto loco proponit, quod depositiones Testium Processus Vlisipponen. Ciuitatis S. Sestastiani, Oppidi S. Pauli, & Ciuitatis Bahyen. conscriptæ sint latino idiomate; ex quo infert, quod licèt probabile sit quod Testes, præcipuè Religiosi, & Nobiles qui Latinam Linguam callere præsumuntur, latino idiomate vsi sint in responsionibus ad Interrogatoria, & articulos datis, id

Digitized by Google

= tamen præsumi nequeat respectu aliarum Personarum vulgaris = conditionis, propterea que de depositionibus emissis sub idiomate = eisdem Personis verosimiliter ignoto nulla penitus ratio habenda = sit in puncto probationis; præsertim quia speciali Decreto Sacræ = huius Congregationis edito die 6. Februarij Anni 1652. sancitum = reperitur, quod = *Depositiones Testium examinandorum in Causis = Beatificationum, & Canonizationum recipiantur, ac scribantur eo- = demmet sermone, & idiomate, quibus proferuntur ab ipsis Testibus* = = vt latiùs ex ipso Decreto relato per Matt. *de Canoniz. Sanct. par.5. = cap.3. num.5.*

Pro remotione huius obiecti sat esset nobis respondere, quod etiamsi subsisteret, quod præfatæ Testium depositiones receptæ, seu conscriptæ fuissent per Iudices delegatos latino, non autem materno idiomate, adhuc ad infringendam validitatem examinis præfatorum Testium nullatenus obstare posset Decretum Sacrę huius Congregationis in Animaduersionibus relatum : Siquidem nostri Processus constructi sunt de anno 1627., & sic nedum priusquàm in lucem prodijssent Decreta Generalia san. mem. Vrbani VIII. verùm etiam longè priusquàm emanasset prædictum aliud speciale Decretum Sacræ Congregationis; Quocirca cum de tempore constructionis huiusmodi Processuum sancita adhuc non reperiretur lex, quo Idiomate Iudices recipere, seu conscribere deberent depositiones Testium in Processibus construendis in hisce Canonizationum Causis, exceptio proposita à Reuerendissimo Promotore nullatenus apta esse posset ad eneruandam vim nostrarum probationum. Et de facto plures, pluresque reperiuntur aliarum Causarum Processus constructi ante promulgationem dd. Decretorum in Regionibus exteris, in quibus depositiones Testium receptæ, & conscriptæ reperiuntur latino idiomate, quin vnquam Sacra hæc Congregatio occasione ipsorum examinis ex tali motiuo eosdem nullos, aut inualidos declarauerit, vt satis notum est eidem Reuerendissimo D. Promotori.

Verùm vt difficultas radicitus euellatur, ponderandum proponimus, quod si subsisteret assertum Reuerendissimi D. Promotoris (cæteroquin in simplici probabilitate fundatum) quod omnes depositiones Testium receptæ, & conscriptæ fuissent in Processibus Originalibus idiomate latino, superflua, ac frustranea prorsus fuisset deputatio Traductoris facta à S. Congregatione pro traducendis dictis Processibus; Nemo enim sibi suadere poterit, quod Sacra ipsa Congregatio deputare voluisset Interpretem pro traducendis dictis Processibus de idiomate latino in latinum, sed benè quidem de idiomate Brasilienſi, seu Lusitano, quo erant conscriptæ, atque receptæ præfatæ depositiones, in latinum.

Et hæc veritas manibus palpatur ex lectura Broliardi Actorum factorum in hac Causa, ex quo constat quod Ignatius de Sousa in Traductorem deputatus, præcisè in mandatis habuit traducendi præfatos Processus de idiomate vulgari Lusitano in latinum, vt respectu Processus Vlisipponensis habetur in dicto Broliardo *fol.48. ter.* ibi = *Postmodum idem &c. ibidem &c. petiit, & obtinuit deputari in Interpretem, ad effectum interpretandi dictum Processum de VVLGARI LVSITANO IN LATINVM SERMONEM ILLVSTREM; & ad Reuerendum Dominum Ignatium de Sousa &c.*

Digitized by Google

& rursus sequenti *fol.* 49. ibi = *Successiuè idem &c. ibidem &c. petiit, & obtinuit mihi Notario committi receptionem Iuramenti dicti Domini Interpretis de fideliter interpretando dictum Processum DE VVLGARI LVSITANO IN LATINVM SERMONEM in forma &c.*, ac fusius præsenti *Summario additionali num.* 4. Idemque habetur respectu aliorum Processuum, vti recognosci potest ex eodem Broliardo existente in Actis Notarij Sacræ Congregationis. Ex his igitur manifestè deducitur quod depositiones Testium in dictis Processibus per DD. Iudices receptæ, & conscriptæ fuerunt non quidem latino, sed materno idiomate, quo ab ipsis Testibus prolatæ sunt; quodque ab ipso Interprete deputato à Sacra Congregatione fuerunt in latinum versæ, propterea quæ penitus cessat vis Animaduersionis.

= Quoniam verò hanc veritatem optimè nouit ipse met Reuerendis-
= simus Promotor, ex attestatione emissa à dicto D. Ignatio de
= Sousa in calce vniuscuiusque ex præfatis Processibus de traductio-
= ne per eum facta de Lusitano in latinum idioma, ideo *sequenti*
= §. 15. ostendere nititur, quod talis traductio nullius momenti re-
= putanda sit, ex quo Traductor qui de illa testatur, præterquam-
= quod non patefacit mandatum, cuius vigore eamdem traductio-
= nem exarauerit, vlterius ipse non est iuratus, quo deficiente Iura-
= mento, deficit etiam fides Traductori, ex Iuribus in Animaduer-
= sione allegatis. =

At ista quoque difficultas facillimè remouetur. Notum siquidem est, quod huiusmodi Actus præsentationis, & aperitionis Processuum, deputationis Interpretum, delationis Iuramenti eisdem, ac similium, numquam per Notarium Sacræ Congregationis transcribuntur in calce Processuum, seu Transumptorum, quæ per ipsum publicantur, ac traduntur Postulatoribus Causarum, sed de more registrantur separatim, & distinctè in Broliardo particulari vniuscuiusque Causæ, qui asseruntur in Actis eiusdem; Vnde ex eo quod in calce Processuum de quibus agitur, quique per manus exhibentur, expressi non reperiantur Actus deputationis, & delationis Iuramenti præfato Interpreti, nullatenus argui valet, eumdem propria authoritate, & absque præuia legitima deputatione, ac Iuramenti præstatione dd. Processus traduxisse. Constat siquidem ex citato Broliardo Actorum huius Causæ quod dictus Ignatius de Sousa fuit in Interpretem deputatus pro traducendis Processibus in præsenti Causa compilatis à Sacræ Rotæ Auditoribus, quibus per san. mem. Vrbanum VIII., iuxta illius temporis morem, dicta Causa commissa fuerat; eique fuit delatum Iuramentum de fideliter eosdem traducendo ex idiomate vulgari Lusitano in latinum Sermonem, vt recognosci potest ex dicto Broliardo, & constat etiam ex datis præsenti *Summario additionali citato num.* 4. §. 1. & 2.

Quibus omnibus (licèt ex abundanti, ac præter exigentiam) superaddere non incongruum ducimus, quod omnes huius Causæ Processus, qui pro examine præsentis Dubij exhibentur tàm nempè Informatiui, quàm Apostolici, fuerunt præuio maturo, ac rigoroso examine à Sacra Rituum Congregatione sub die 6. Septembris 1721. in omnibus, & per omnia pro legitimis, ac validis admissi, & approbati, vt ex Decreto desuper sub dicta die edito,

de

Digitized by Google

de quo originaliter in manibus Eminentissimi Ponentis, ac ingenuè fatetur etiam ipsemet Reuerendissimus Promotor §. 11. suarum Animaduersionum; & quidem nulla habita ratione istarummet exceptionum in eo validitatis examine deductarum ab Eminentissimo Domino de Lambertinis tunc Fidei Promotore, vt videre est in eius Animaduersionibus exaratis super dicto Dubio validitatis Processuum, & præcipuè inter animaduersiones generales tangentes omnes Processus tàm Informatiuos, quàm Apostolicos, *pag.* 2. in fine ibi = *Sextò, & vltimò ponderatur quod de Processibus exhibitis nulla prorsus est habenda ratio; Siquidem de illorum traductione in Italicum idioma, excepto Processu Apostolico constructo in Terra Olindæ, testatur solùm ipsemet Traductor Ignatius de Sousa, qui nullam vel minimam meretur fidem, quia vltra quod non iustificat deputationem factam in sui Personam, est Testis vnicus, & non iuratus &c.*; Ex quo fit, quod datum hodiè non sit eorumdem Processuum legalitatem, & validitatem in dubium amplius reuocare, ad tradita per Rotam *decis.* 76. & 347. *per tot. par.* 16. *rec.* & in Vilnen. Parochialis *super Processu compulsoriali* 27. *Iunij* 1710. *per tot. coram clar: me: Card. Priolo, & alibi passim.*

Euacuatis omnibus præliminaribus hisce exceptionibus, iuxta methodum à Reuerendissimo Domino Promotore nobis propositam, gradum facimus ad alias eliminandas obiectiones, quæ versantur circa releuantiam, ac sufficientiam nostrarum probationum: Vnde fit.

PARS SECVNDA.

In qua agitur de sufficientià probationum Virtutum Ven. Serui Dei P. Iosephi de Anchieta, ac de earumdem Virtutum releuantia.

QVia Reuerendissimus Fidei Promotor *sub num.* 13. suarum Animaduersionum obiecerat, quod vniuersaliter omnes Testes examinati in hac Causa deposuerint circà Sanctitatem in genere, eo quod non descenderint ad casus particulares; Cumque nos huius obecti remotionem ad hunc locum reseruauerimus, ideò in hac secunda parte ostendemus tàm in Iure, quàm in facto, quod nostrorum Processuum Testes sufficienter sese expresserint circa actus virtutum quas probare intendimus; quodque illis non obstet asserta singularitas; & demùm agetur de releuantia earumdem Virtutum.

Digitized by Google

CAPVT I.

Ostenditur, quod Testes huius Causæ non deposuerint circà generalia Sanctitatis.

PRiusquam difficultas hæc ex facto ipso removeatur, operæ pretium est in Iure præmittere, quod Postulatores Causarum Seruorum Dei astringi non debent ad impossibilia; eo quod S. Sedes sicuti laxiorem esse non decet in canonizanda Sanctitate Seruorum Dei, ità nec nimis omninò rigidam; & ideò probationes, quæ requiruntur in his Causis debent quidem esse probationes in superlatiuo gradu exactæ, proportionatæ tamen ad modum humanum, & non Angelicum.

Igitur est verissimum, quod in examine Dubij de Virtutum releuantiâ vti non sufficit Testibus deponentibus de Sanctitate in genere; quià versamur in Inquisitione speciali, & eiusmodi Testes concludunt potiùs Sanctitatis famam, quàm Sanctitatem ipsam, vt est exploratum ex vulgatis in hac materia. Quamuis non defuerit opinio, quod tales Testium depositiones sint ad intentum sufficientes, ex eo quia positio generis est re ipsa positio speciei ad Textum *in Leg. Si Chorus in princ. ff. de leg. 3.*, *& Leg. Si ita vsu ff. de vsu & habit.*, ideoque probato, quod quis heroicè temperantiam professus fuerit, sequitur etiam fuisse heroicè abstinentem, sobrium, & humilem. Nihilominùs, vt mox supponebamus, libenter admittimus, quod ad effectum, de quo agitur, Testes descendere debeant ad exprimendas Virtutes speciales, vt indè Romanus Pontifex discernere valeat, an Sanctitas Serui Dei, cuius petitur Canonizatio, vera Sanctitas fuerit; probatio enim specialis est magis certa, ideòque semper præfertur generali, Innoc. *in Cap. Auditis n.4. de præscript.*, Alex. *cons.48. num.4. lib.2.*, Crauett. *cons.44. num.3.*

Non tamen est omninò reicienda ista probatio generica; quià in ijs, quæ referuntur ad virtutem hominis, multum defertur communi existimationi Bald. *in Leg. Prouidendum Cod. de postulat.*. Propterea eiusmodi probationes valdè existimarunt nostri maiores; maximè quando Sanctitatis fama est per magnum temporis spatium continuata; quia non est verosimile, quod in materia tam graui Deus permittat diù Populos Fideles errare, vt ponderatum fuit à Sacra Rota *in relat. S. Hyacinthi ad fin. versic. cæterum*, & in relat. S. Raymundi *part. 2. art. 2. versic. pro quibus*, & in relat. S. Aloysij Gonzagæ *sub tit. de frequent. Sepulchr. in princ.* ibi: *Non enim credendum est, Deum permissurum fuisse, vt Populus Fidelis in re ad Religionem spectante allucinaretur, & deciperetur; vt pulchrè notant Doct. in cap.1. de reliqu., & ven. Sanct., vbi* Hostien. *in princ.*, Io:Andr. *n.3. versic. dicunt autem*, Butr. *nu.5. versic. quæro, quæ requirantur, vbi dicunt, quod quando is, qui existimatur San-*

ctus,

Digitized by Google

ctus, nec tamen est, non facit vera miracula; sed potius illusiones, & præstigia, quæ vix possunt continuari per quadraginta dies &c.: Et sicut ad probandum delicta in specie, multum defertur genericæ diffamationi, ad Textum *in Leg. De minore §. Tormenta ff. quæst.* ibque Glos. *verb. examinationis*, Bartol. *num.* 4. alijsque apud Gomez *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. ità è conuerso ad probandas virtutes in specie, multum confert fama Sanctitatis in genere, vt communiter Doctores apud Lezan. *consult. var. consult.* 1. *num.* 220.

Prout nec contendere volumus, quod ad effectum, de quo agitur, sufficiat, Testes nudè deposuisse, Seruum Dei fuisse heroicè prudentem, iustum, fortem, aut temperatum, ità quod non requiratur, quod magis in specie sese expressérint; Quamuis satis probabilis sit opinio eorum, qui oppositum tenuerunt; sufficere nimirùm, quod Testes sese expimant circa species Virtutum, ex theorica Barthol. *in tract. de Testibus num.* 89. ibi = *Quod si Testis dixerit, aliquem esse prudentem, diligentemque Patremfamilias; quia per triennium vidit eum diligenter gerere negotia sua, ac benè, & honestè viuere, hoc satis ac sufficienter probat; hæc enim diligentia, & honesta vita in hominum notitia cadit &c.* Quam theoricam secuti sunt Farinacc. *de Testib. quæst.* 64. *num.* 160. *cum plur. seqq.*, Rot. *in relat. B. Isidori Agricolæ, & S. Caroli Boromæi tit. de charit. in proximum*, & in relat. S. Thomæ de Villanoua apud Contilor. *fol. mihi* 699., *& seq.*

Quod tunc procedere maximè debet, quando Testes sunt de visu, ac familiaritate, & aliàs periti in ea materia, de qua deponunt, vt contingit in nostro casu. Plures enim Testes examinati fuerunt in processibus, qui erant Religiosi ex inclyta Societate Iesu, maximè proindè periti in materia ascetica, & morali: quibus in terminis applicari potest doctrina clar. mem. Card. de Laur. *sup.* 3. *sent. tom.* 4. *disp.* 6. *art.* 3. *num.* 155., ibi = *Licèt à Testibus dependeat ista cognitio, & hi possint decipere, & decipi, nihilominùs ad Diuinam Prouidentiam spectat, vt non admittantur falsæ depositiones, & hoc est, quod dicit S. Thomas quodlibet.* 9. *quæst.* 16. *&c.* Cumque eorum plerique fuerint Ven. Serui Dei familiares, optimè dignoscere potuerunt, an reuera ipse fuerit heroicè virtuosus; & consequenter contenti esse deberemus, si Testes ipsi, omissis Virtutibus subalternis, testati essent sub iuramenti vinculo de Virtutibus principalibus.

His tamen ad materiæ integritatem præmissis, id quod vnice prætendimus est; quod vbi habeatur ex nostris Testibus, quod Ven. Dei Seruus se exercuerit in pluribus virtutibus subalternis, indiuiduando actus earum collectiuè, non sit necesse, quod prædicti Testes sese expressérint circa actus indiuiduales. Hoc enim esset adstringere Postulatores ad aliquid impossibile; Si enim ipsi deberent probare, quod Seruus Dei tali loco, ac tali tempore ieiunauerit, se flagellauerit, aut orauerit; Cum ad hoc oporteret, quod Ven. Dei Seruus semper secum duos de visu arbitros duxisset; Sequitur indè, quod cum hoc vltimum non sit deducibile ad praxim, probatio virtutum impossibilis redderetur.

Exigitur quidem ab hac Sacra Congregatione, quod Testes exprimant casus particulares; non tamen exigitur, quod eos exprimant

Digitized by Google

ad plenè, & concludenter eos probandum; quia, vt dicendum est *Cap. Sequenti*, probatio, quæ exigitur pro præsenti Causæ propositione, est, quod constet de habitibus heroicè virtuosis, non de actibus. Ideoque non est bona consequentia, actus individuales non sunt probati plenè, & concludentèr per contestes; ergò Virtutes non sunt probatæ; quia illud primum exigitur ab hac Sacra Congregatione, vt ea possit discernere, an Testes reddant adæquatam causam scientiæ, tàm circa existentiam habituum virtuosorum, quam circa releuantiam, seù heroicitatem illorum, non verò, vt ij actus in individuo sint probati plenè, & concludenter, vt sensit Caccialup. *in Leg. Admonendi sub num.* 106. *de Iureiuran.* Estque generale in quocumque Tribunali, (non verò theorica, aut praxis particularis huius Sacræ Congregationis) quod Testes, vt adæquatè probent, debeant sese explicare, quoad singularia, vt plenius dicetur *Cap. sequenti*. Quotiescumque igitur habeatur ex Testibus, quod aliquis Seruus Dei frequentissimè ieiunaret, aut se flagellaret, aut carnem suam alijs modis maceraret, aut quod prolixè oraret, iam habentur singulares actus, ex quibus releuantiam virtutum possumus tutò venari. Vndè plus exigere in hac materia esset aliquod impossibile extorquere.

Aut ergò quia sufficit, quod Testes, & maximè si periti in materia Virtutum, exprimant sese cognouisse Ven. Dei Seruum heroicè temperatum fuisse, & fortem, ex. gr.; aut quia præter hanc expressionem declarent virtutes subalternas, & actus earum: dummodò ex ijs constet de releuantia, habebitur plena probatio Virtutum in gradu heroico.

Quod autem in hac causa res ita sint dispositæ, vt de facto Testes abundanter sese expresserint non solùm quoad actus in specie, sed etiam quoad nonnullos actus in individuo (quamuis hoc vltimum non sit necessarium) constabit infrà ex facto, postquam responsum dederimus alteri obiectioni generali oppositæ à Reuerendissimo D. Promotore Fidei.

CAPVT II.

Occurritur exceptioni propositæ de Testium singularitate.

QVia pluries Reuerendissimus Dominus Promotor tàm in ordine ad probationes Miraculorũ, quàm in ordine ad actus Virtutum in suis Animaduersionibus opposuit nobis Testium singularitatem; antequàm ex facto ostendamus, Testes nostrorum Processuum esse contestes saltem pro eo, quod pertinet ad Virtutes, ad pleniorem obiecti dilutionem præmittimus, quod si quæ est singularitas, ea intento nostro minimè præiudicat.

Ad huius rei euidentiam notissima est distinctio, nosque eam docet dictus Reuerendissimus Oppositor, quod vel Testes sunt singulares singularitate obstatiua, vel sunt singulares singularitate admi-

nicu-

Digitized by Google

piculatiua. In primo casu, non admitti ad faciendam plenam probationem, concors est Doctorum Sententia, de qua Farinacc. *de Testib. quæst.65. par.4. per tot.*, Matt. *de Can. Sanct. par.4. cap.16. num.24.* In secundo autem casu distinguendum est iterum; vel enim per Testes singulares singularitate adminiculatiua intenditur probari aliquod vnum resultans ex actibus particularibus; & tunc Testes singulares singularitate adminiculatiua vniuntur, non solùm ad probandum semiplenè, sed ad plenè, & concludenter probandum illud vnum, quod ex actibus singularibus resultat. Et hæc est theorica vniuersalis, quæ hactenus processit in omni materia sine controuersia.

Et quidem si sermo sit in materia ciuili, & canonica, vniformis est Iuristarum Sententia, quod quando agitur de probando aliquo vno, quod resultat ex pluribus singularibus actibus, Testes singulares singularitate adminiculatiua vniuntur ad faciendam plenam probationem, Glos. *in Can. Nihilominùs verb. simul 3. quæst. 9.*, *& in Leg. Ob carmen §. Si Testes, verb. assistit ff. de Testib.*, Bald. *in leg. 1. sub num.14. vers. in contrarium Cod. de Testib.*, *& in leg. vnica Cod. de probation.*, Innocent. *in Cap. Qualiter, & quando num.2. de accusat.*, Felin. *in Cap. Licet ex quadam sub num. 2. §. Secundo limita &c.*, *de Testib.*, Aldobrandin. *cons.71. à nu.38. ad 43. lib.1.*, Calderin. *cons.1. de Testib.*, Geminian. *cons. 117. nu.1.*, *& sequ.*, Bald. *cons.438. nu.7. lib.5.*, Ancharan. *cons.277. num.8.*, Castren. *cons.51. num.2. versic. non obstat, quod dicitur de singularit. &c. lib.2.*, Castiglion. *cons.21. num.6. vers. Tamen dicti Testes &c.*, *& vers. non obstat &c.*, Alexand. *cons. 92. num.20., versic. si ad probandam &c.*, Dec. *cons. 650. num. 11.*, Crauett. *cons.73. num.33.*, *& seqq.*, Gabriell. *de Testib. concluf.2. num.23.*, *& seqq.*, *& num.33.*, *& seqq.*, Farinacc. *eodem tract. quæst.64. num.159.*, Gratian. *discept.738. num.52.* ibi = *Et quamuis Testes sint singulares, tamen ad probandam scuitiem sufficiunt, & plenè probant, quia tunc agitur de probando habitu quodam hominis successiuo; & tractatur de tali habitu in genere, quo casu singularitas Testium admittitur; cum contraria procedant, quando ageretur de probanda certa specie, & certo actu scuitiæ*: Rot. *decis.338. nu.15. coram Celso*, ibi = *Minùs obstat, quod Testes sint singulares, quia cum agatur de probando quid in genere, nempè non delationem habitus Clericalis, resultantem ex actibus particularibus, etiam Testes singulares sufficiunt &c.*: Et eadem Rot. *decis.150. coram Priolo*, ibi = *Nec refert, quod aliqui ex Testibus, ex quibus facta memorata recensentur sint singulares; quia cum agatur de probanda scuitie non ex vnico actu speciali, sed ex pluribus, admittuntur etiam Testes singulares, & inhabiles &c.*: Eadem Rot. *decis. 1385. num.2. & seqq. coram Coccino*, ibi = *Et hi quidem Testes satis probant, nam licèt sint singulares, & Testes singulares regulariter non probent; tamen secùs est in hoc casu, in quo agitur de probanda in genere non delationem habitus, quæ resultat ex actibus particularibus*: Eadem Rot. *decis.2011. num.57.*, *& seqq. coram eodem Coccin.*, *& decis.311. num.8. par.11. Recen.* ibi = *Nec obstat, quod supradicti Testes Archiepiscopi sint singulares, cum vnusquisque deponat de locis diuersis; quia cum agatur de probanda possessione, quæ resultat ex actibus particularibus, probatio per Testes singulares sufficit*:

Et

Et eadem Rot. *decis.588. num.25. par.5. tom.2.*, ibi = *Quæ etsi probentur ex Testibus singularibus, nihilominùs, cum non agatur de probandis illis actibus particularibus, sed id, quod resultat ex illis, videlicet voluntas Testatoris, benè suffragantur*: Et eadem Rot. *decis.314. num.16.*, *& seqq. par.6.* ibi = *Non obstat, quod aliqui ex deductis Testibus sint singulares; quoniam quando non agitur de probando certo actu speciali, sed in genere probandum est id, quod resultat ex actibus specialibus, prout est filiatio, & filiationis tractatus: ad concludendam hanc generalitatem admittuntur, etiam Testes singulares deponentes de illis actibus, ex quibus generalitas resultat; & simùl iunguntur ad plenam probationem constituendam*: Et eadem Rot. *decis.52. num.7. par.15. Rec.* ibi = *Tunc autem dicta Testium iungi possent, quando ageretur de probando quid in in genere, quod contineret in se temporis perseuerantiam, & diuersitatem actuum, veluti si Testes vellent probare Iurisdictionem, seruitutem, possessionem, vel simile. Hoc enim casu varietas temporum, & actuum non diuersificat id, de quo substantialiter quæritur.*

Quod adeò verùm existimatur à Doctoribus, vt sentiant, quod ingens numerus Testium de diuersis actibus singulariter deponentium prævaleat eorum contestualitati, ob nimiam inuerisimilitudinem, quod omnes in falsam assertionem cospirare voluerint. Mascard. *de probat. conclus.856. num.15.*, *& conclus.857. num.39.*, Farinacc. *de Testib. quæst.64. à num.209.*, *& num.304.*, cum alijs apud Dandin. *de suspect. de hæres. cap.1. sect.5. num.26.*

Idipsum seruari in Causis Criminalibus, quæ magis approximantur causis nostris, quoties non agitur de probando certo actu speciali, sed de probando aliquo habitu vitioso, seù consuetudine delinquendi, elicita ex actibus particularibus, asseruerunt Cacialup. *in leg. Admonendi col. 39. versic. patet igitur ff. de Iureiur.*, Soccin. *cons.262. lib.2.*, Hippolyt. Marsil. *singul.114.*, Verricell. *quæst. moral. tract.8. quæst.44. sect.10. num 50.*, *& seqq.*, Auendan. *de execut. mandat. par.2. cap.5. num. 4.*, *& seqq.*, Ricciull. *de Person. in Stat. reprob. lib.1. cap.13. num.5.*, Rayas *de hæret. part.2. assert.6. num.139.*, Gomez *var. resol. tom.3. cap. 12. numer.12.*, Gabr. *de Testib. conclus.2. num.39.*, *& 41.*, Dandin. *de suspect. de hæres. cap.1. sect.5. nu.23. cum trib. seqq.* latissimè, & omninò viden. Farinacc. *de Testib. dicta quæst.64. num. 223. cum duob. seqq.*, vbi concordantibus plena manu relatis, de communi sententia docet, quod vbi agitur de probandis moribus, vel qualitatibus alicuius Personæ quoad habitum vitiosum, & delinquendi vsum, admittuntur Testes singulares seiunctim deponentes de vno, vel altero actu in specie, Mascard. *de probat. conclus.420. num. 7.*, *& 8.*, *& conlus.463. num. 16.*, *& seqq.*, Rot. *decis. 8. num.38. coram Arguell.*, *& decis.377. num.16.*, *& seqq. part.12.*, *& decis.818.n.32.*, *& seqq.par.18.Rec.*

Si igitur in materia Ciuili, & Canonica, nec non Criminali, regulariter seruatur theorica hæc, quod nimirum, quandò agitur de probando aliquo vno resultante ex pluribus actibus particularibus, ita res se habet, vt Testes ij, qui singulares sunt circa illos actus particulares reputantur, & verè sunt contestes quoad illud vnum, ad quod probandum principaliter sunt inducti; ignoramus,

qua-

Digitized by Google

quare Reuerendissimus Fidei Promotor contendat nobis, quod idipsum seruari non debeat in hac nostra materia, cum non afferat aliquod decretum, nec indicet aliquam particularem Constitutionem, aut legem, à quibus præscribatur oppositum, vt facere teneatur, argumento Textus *in lag. 1. in princip. ff. de dilation.*, vbi Glos. *verb. decenter*, Pedem. *decis. 50. num. 12. in fin.*, Bald. *in quæst. de Schism. num. 2. post tit. de Edict. D. Achim. tollen.*, Barbos. *tract. var. axiom. 20. num. 3.*

Sed tantum abest vt quicquam possit afferre in patrocinium sui assumpti, vt re ipsa manifestum sit, quod eadem praxis semper seruata est, ac seruatur in præsenti materia, & ideò in præcisis terminis Causarum Canonizationum, & probationis Virtutum, ac Miraculorum ità sensernnt Riminald. Iun. *cons. 7. num. 132. vol. 1.*, Castellan. *de Canon. Sanct. quæst. 7. princ. versic. subijcio tamen.*; Aloysius Ricc. *in praxi quotid. rer. for. Eccles. par. 4. resol. 283. numer. 4., & 5.* citati ab Eminentissimo D. Cardinali Lambertino in suis olim Animaduersionibus *in Causa Spoletana Ven. Serui Dei Fr. Iosephi à Leonissa num. 2.*, vbi Eminentissimus Doctor ità scripsit ibi = *Hac in re ingenuè admitto, quod plerique Doctores in ea fuerunt opinione, quod quando singularitas non est obstatiua, sed proùt hic, adminiculatiua, eadem non detrahat fidem Testibus; nec non quod illa minimè obstante virtus probata sit*, veluti docent Bartol. *in suo tract. de Test. num. 83. post med. versic. etsi diuersi Testes*, Marian. Soccin. *in Cap. Qualiter, & quando il 2. num. 583. de accusation.*, & in punctualibus terminis Sancti Canonizandi, Riminald. Iun. *cons. 7. num. 132. vol. 1.*, Castellan. *de Canon. Sanct. quæst. 7. princ. versic. subijcio tamen cum pluribus seqq.*, Contelor. *de Canon. Sanct. cap. 18. num. 14.*, Aloysius Ricc. *in prax. quotid. rer. for. Eccles. par. 4. resol. 283. num. 4., & 5.*, ac magis præcisè in terminis Virtutum responderunt Auditores Rot. *in Relat. Sanct. Thomæ à Villanoa. rubric. de Charitate erga Proximum quoad Spiritualia in §. Ex quibus post* Contelor. *pag. 518.*

Contelor. *de Can. Sanct. cap. 18. n. 14. & 18.*, vbi in terminis fortioribus miraculorum post obitum, tenuit, quod Testes singulares singularitate adminiculatiua faciant plenam probationem ibi = *Vel si ageretur de probando quod Canonizandus miracula fecisset, tunc enim non solum ex historicis, & publ. voce, & fama, & concursu Populi ad Sepulchrum, ex votiuis tabellis, & alijs signis censeantur probata miracula in genere*, vt aduertitur *in relat. S. Raymundi par. 2. art. 9.*, *sed etiam ex Testibus singularibus, quorum vnus deponeret canonizandum illuminasse Cæcos, alter sanasse Infirmos, alius suscitasse Mortuos &c.*

Rota Romana *in Relat. S. Bonauenturæ apud* Panuin. *par. 2. art. 4. in in fin. ex* Glos. *in Cap. Nihilominus 3. quæst. 9. verb. simul, versic. vel si aliqui*, vbi quod *si vnus Testis deponit, se audiuisse principium Missæ, & alius finem, probatur, Titium Missam celebrasse*: Eadem Rot. *in relat. S. Andreæ Auellini in 4. Miracul.*, *& in Relat. S. Caietani Thienei in 3. Mirac.*, *ac in Relat. S. Thomæ de Villan. penès eumdem* Contelor. *pag. 474.* ibi = *Sed vt clariùs procedamus præmittendum est vnum in Iure verissimum, nempè quod quando non agitur de probando certo actu speciali, sed id quod resultat ex actibus specialibus, ad probandam istam generalitatem admittuntur Testes*

fin-

Digitized by Google

singulares, deponentes singulariter de illis actibus particularibus, ex quibus generalitas resultat: Et pag. 518. §. Ex quibus, ibi = *Ex quibus omnibus probatur immensæ Charitas, qua vigilantissimus Pastor Oues sibi creditas gubernabat; Nam etsi prædictæ probationes disiunctim sumptæ perfectè non probent quoad actus particulares, quia Testes sunt singulares; Attamen si simul iungantur, resultat ex illis plena probatio, quia agitur de probando id, quod ex eisdem actibus particularibus elicitur, scilicet, quod medijs eximiæ charitatis vehebatur, vt Gregem suum ad caulam Domini reduceret.*

Eadem Rot. *in Relat. B. Catharinæ de Riccis §. Minùs etiam* ibi = *Minus etiam Testium probationem elidi existimauimus, eo quia aliqui eorum sint singulares deponentes de actibus particularibus &c., Quoniam pro certo habuimus, quod quando non agitur de probando certo actu speciali, sed in genere probandum est, id quod resultat ex actibus specialibus, ad concludendam hanc generalitatem, admittuntur etiam Testes singulares deponentes de illis actibus particularibus, ex quibus generalitas resultat, & simul coniungantur ad plenam probationem constituendam &c.*

Itaque est in Iure certissimum quod quotiescumque agitur de probando aliquo vno, quod resultat ex actibus particularibus, Testes singulares faciunt nedùm semiplenam sed plenam probationem, vt cubitalibus litteris sese exprimunt præcitati Doctores, & Sac. Rota Romana; Cum cæteroquin nemo sit, qui mediocriter in Iure versatus, ignoret, Testem singularem, & vnicum, & non coniunctum cum alijs, semiplenam facere probationem ex vulgatis. Vndè licèt verum sit, quod Testes singulares quoad actus particulares, faciant semiplenam dumtaxat probationem, respectu tamen vnius illius, quod ex pluribus particularibus resultat, plenam faciunt probationem, ex hactenùs deductis.

Sitque tamen notatum ad omnem tollendam verborum æquiuocationem, quod quando dicitur, Testes singulares circa actus particulares probare virtutem in generali, non est sensus, quod probetur præcisè fama Sanctitatis, de qua debet constare, ad effectum obtinendi commissionem pro Inquisitione generali; sed est sensus, quod per actus virtuosos probatos à Testibus singulariter, probetur plenè existentia habitus virtuosi in eo subiecto, de quo singulares Testes deponunt aliquos actus particulares; quem habitum virtuosum, cuius probatio resultat ex Testibus, aliàs singularibus, apprehendimus, ac dicimus tamquam aliquid generale respectu actuum particularium.

Authoritati Doctorum addimus, vt par est, pondus rationum, & ideò animaduerti supplicamus, quod Testes in Examine Actorum Seruorum Dei per se primò, seu principaliter inducuntur, non ad probandos actus particulares (secluso casu, quo interdùm Postulatores probare volunt aliquem actum speciosiorem), sed ad probandos habitus virtutum heroicarum, vt constat tàm ex Articulis datis à Postulatoribus, quàm ex Interrogatorijs Reuerendissimi Promotoris; in quibus principaliter inquiritur de existentia, & releuantia habituum, non autem de actibus eorum. Tùm, & maximè ex inscriptione Dubij, quod in præsenti disputatur; Non enim quæritur = *An constet de actibus heroicis* =; sed *an constet de habitibus, seu virtutibus heroicis*: Est igitur verum, quod id, quod in

In-

Digitized by Google

Inquisitione speciali probare intenditur est existentia, ac releuantia habitus virtuosi in subiecto, de quo agitur. Hoc autem supposito, quamuis verum sit, quod Testes eiusmodi debeant descendere ad actus particulares; hoc tamen non ideò est, vt principaliter prædicti actus probentur, sed vt Iudex certioretur, Testes reddere adæquatam causam suæ scientiæ, quod est generale in quacumque materia; Ideoque in hac nostra Canonizationum, exigitur quidèm, vt Testes descendant ad casus, seu actus particulares; non tamen prætenditur, quod isti remaneant plenè probati per contestes, sed quod inseruiant ad causam scientiæ, vt indè Animus Supremi Judicis securus remaneat, quod quando Testis asseruit, Servum Dei claruisse v. g. charitate heroica erga Proximos, ex actibus ab eo deductis benè nouerit heroicitatis naturam, ac virtuosi habitus existentiam. Alioquin, si Sancta Sedes exigeret, vt actus particulares virtutum essent probati per contestes, mandaret, circa tales actus in particulari, vel (vt melius loquamur), in indiuiduo efformari Articulos, & Interrogatoria cum circumstantijs locorum, & temporum; iuberetque etiam disputari Dubium = *An constet de actibus heroicis &c.*, non verò = *An constet de virtutibus heroicis &c.*

Neque Doctores superiùs recensiti prætendunt, nec prætendimus nos, quod diuersi actus particulares, seù indiuiduales probati per plures Testes singulares sint singillatim plenè probati; sed dicunt, & dicimus nos, quod ex pluribus actibus indiuidualibus semiplenè probatis coalescit plena probatio habitus, circa cuius existentiam, (quæ principaliter pròbari intenditur) Testes aliàs sunt contestes, quamuis sint singulares respectu actuum indiuidualium. Ad hoc enim, vt Testes dicantur, & sint contestes, satis est, vt sint tales quantum ad probationem illius, quod principaliter probari intenditur in articulis, non verò quoad causam scientiæ, quæ non oportet, vt eadem assignetur ab omnibus; Vndè in his casibus, singularitas tota se tenet ex parte causæ scientiæ, vt magistraliter docuit Caccialup. *in Leg. Admonendi sub num.* 104. *de Iureruran.* vbi dixit, *quod in multis casibus etiam Testes singulares plenè probant &c. & num.* 26., vbi addit = *Testes singulares singularitate adminiculatiua, & iuuatiua quandoque plenè probant, & num.* 105. *&* 106., pluribus de hac re adductis exemplis, generaliter concludit = *In probatione alicuius generis sufficit probare diuersos actus, quià tractatur de illo genere probando*; & *sub num.* 108. rationem adduxit ibi = *Quia singularitas est in causa scientiæ, non in dicto principali*: Et hinc oritur, quod quando Testes iuxtà materiæ circumstantias sufficientem reddunt causam scientiæ, non est necesse, quod descendant ad casus particulares, vt in terminis probationis Virtutis prudentiæ docuit Bart. *in tract. de Testib. numer.* 83., cuius verba *Cap. præced.* transcripsimus, cum alijs Doctoribus ibidem videndis. Est ergo certissimum, quod quando id, quod articulatur probandum, est habitus virtutis, prout in præsenti, Testes deponentes singulariter de actibus particularibus, dummodò sint contestes in dicto principali, coniunguntur ad faciendam plenam probationem Farinacc. *de Testib. quæst.* 64. *num.* 154., Raynald. *ad Bannimenta cap.* 32. *supplet.* 7. *num.* 35., Pignattell. *consult.* 110. *tom.* 8. *num.* 23., Bordon. *tom.* 5. *cap.* 19.,

Digitized by Google

Rot. *in sæpè cit. relat. S. Thomæ de Villanou. pen. Contilor. pag.* 474., & in relat. S. Franciſci de Paula apud Simonett. in Vit. eiuſdem Sancti *pag.* 351., & in dict. relat. B. Catharinæ Ricci *pag.* 1. *in fin.*

Aliùd eſſet, ſi Teſtes eſſent ſingulares circa actus ſpecie diuerſos ex: gr:, ſi vnus deponeret de actu manſuetudinis, alter de actu abſtinentiæ, alius de actu Religionis, & ſinguli de ſingulis actibus ſpecie diuerſis; quià eo caſu aſſentimur, non benè coniungi ad probandam aliquam vnam Virtutem, ſiuè quoad exiſtentiam, ſiuè quoad releuantiam. Et in his terminis procedit authoritas Matt. *de Canoniz. Sanct. par.* 4. *cap.* 16. (forſan exaduersò ponderanda) cui ſubſcripſit bo: me: P. Auguſtin. Mattheucci; vt videlicet, Teſtes ſingulares circa actus ſpecie diuerſos non coniungantur ad plenam probationem faciendam, ſed tantum ad ſemiplenam. Sed quandò vnus Teſtis deponit de vno actu manſuetudinis, alter de alio actu pariter manſuetudinis, alius demùm de alio actu eiuſdem virtutis, ſingulares illi Teſtes coniungi debent ad plene probandum exiſtentiam pariter, & releuantiam virtutis manſuetudinis. Si quid enim ſuffragari poteſt in articulo Juris caterua Doctorum, pondere rationum ſuffulta, nihil minus colligi poteſt ex ijs, quos pro omni materia adduximus. Cumque vniuerſalis regula ſit, quod in his, ſicut in alijs Cauſis iudicari debeat de Iuris peritorum conſilio, iam non videtur, poſſe rationabiliter dubitari de hac vniuerſali theorica; prò qua non pigeat alios Doctores citatos ab eodem Matt. vbi ſupra audire, Gabriel. *de Teſtib. loc. ibidem cit.*, vbi, *quod quando plures actus habent vnam originem, & vnam cauſam, illa cauſa, & illa origo* (prout eſt quælibet Virtus, quæ per actus particulares deſignatur) *probatur per Teſtes ſingulares*: Farinac. *de Teſtib. cit. quæſt.* 64. *num.* 150., & *num.* 189. ibi = *Talis origo, & cauſa probatur per Teſtes ſingulares ſuper dictis actibus deponentes &c.*

Quod ſi contingat, Poſtulatores velle probare aliquem actum cæteris ſpecioſiorem, vt eo ad concludendum faciliùs circa plures virtutes vtantur: Exploratum eſt, quod ex Teſtibus ſingularibus non reſultabit adæquata probatio illius actus ſpecioſioris; in quo caſu Mattæ, & P. Mattheucci authoritates procedere poſſunt. Cæterum, vbi, vt regulariter fieri ſolet, intenditur probari Virtutis exiſtentia, & releuantia, circa quam Teſtes ſunt conteſtes, quamuis iſti ſingulares ſint quoad actus indiuiduales, quos adducunt in cauſam ſcientiæ, optimè coniunguntur ad plenè probandum exiſtentiam, & releuantiam virtutis.

Hæc autem omnia deduximus ad rei integritatem, non autem quià ſentiamus, quod omnes huius Cauſæ Teſtes ſint ſingulares, quià potiùs, (vt infrà videbitur) exceptis nonnullis, qui de aliquibus depoſuerunt Miraculis factis à Seruo Dei viuente, prò eo, quod pertinet ad Virtutes, plerique conteſtes ſunt.

CA·

Digitized by Google

CAPVT III.

Ostenditur ex facto, & ex Iure, Ven. Dei Servum heroica Fide claruisse.

HVius Theologicæ Virtutis heroicitas in nostro Ven. Seruo Dei optimè desumitur, ex quo ipse non solùm elegit media necessaria ad Salutem, obseruantiam Diuinæ Legis, atque vsum Sacramentorum, sed etiam elegit media vtilia, quæ cadunt sub consilio, non sub præcepto; Cuiusmodi fuerunt obedientia claustralis, paupertas voluntaria, & castitas perpetua sub iugo Religionis Societ. Iesu, quam solemniter professus fuit. Assumere enim excellentia, & extraordinaria hæc media ad salutem consequendam æternam, signum hæroicæ Fidei est; vt docuit clar: me: Card. de Laur. *sup. 3. sent. tom. 2. disp. 32. num.* 186., & 190. ibi = *Fideles ad aliud non tenentur ex dictamine Fidei communis nisi ad applicanda media prò consecutione vltimi finis necessaria; Igitur si quis non solum efficit opera necessaria, sed etiam supererogationis, non solùm obseruat præcepta, sed etiam alia, vel aliquod ex consilijs &c., non solum diligit Deum, & Proximum quando vrget præceptum, sed ferè semper, & in omni opere. Non solum diligit Inimicum, sed obsequia etiam non debita præstat, non solum vtitur Sacramentis iterabilibus in casibus legis, sed sæpè, ac frequenter. Ea demum facit omnia, quæ non tenetur, putat tamen in ijs Deo placere, hic certè in procuranda salute, & applicandis ad ea medijs, à Fide heroica cum Diuino dono scientiæ, & consilij, ac instinctu, seu impulsu ad talia supererogatoria media dirigitur &c.*

Porrò, quod noster Ven. Seruus Dei hæc omnia præstiterit, colligitur ex Testibus datis *Summario num. 5. pag. 22.*, ex quibus habetur, quod ingressus fuit Religionem Societatis Iesu, in qua Solemniter fuit professus; de quo actu, cum sit vndequaque notorius, fas non est dubitare. Cum igitur professio solemnis trium Votorum substantialium, & Voti Missionis sit opus supererogatorium, ad quod homo nullatenus tenetur, sitque medium non necessarium, sed vtile, & magis securum ad salutem, iàm ex hoc capite habemus Venerabilem Dei Seruum fuisse Heroem in Fide.

Rursus hæc eadem heroica fides colligitur ex frequenti, immò incessante, feruidaque oratione. Idem Card. de Laur. vbi sup. *n.* 193. Eiusmodi enim insistentia (inquit) in orando, magnæ fidei est effectus ibi = *Maximæ igitur fidei signum est maxima, & non cessans Oratio; quià maximè creditur, Deum & posse, & velle exaudire &c.* quanta autem, & qualis fuerit efficacia Orationis Ven. Serui Dei, de qua deponunt Testes *Summario num.* 13. *pag.* 103., infrà commodiùs videbimus.

Vtque de materia propriè huius Virtutis tractemus, heroicæ Fidei signum, & argumentum erit, si constet, quod Dei Seruus omn

Digitized by Google

cura, vigilantia, & labore studuerit pro viribus suis Catholicæ Fidei conseruationi, & propagationi. Id quoque docuit idem Eminentissimus Doctor, *vbi supra num.* 205. Scacch. *de not. & sign. Sanctit. sect. 3. cap. 11. pag.* 179. Constat autem luce meridiana clariùs, quod noster Dei Seruus eiusmodi studuerit propagationi, & quidem omni conatu, & labore, vt colligitur ex Testibus de visu ex Proc. Apost. Ciuit. S. Sebastiani, qui idipsum explicitè, ac rotundissimè testati sunt, pluresque alij de auditu, & de publica voce, & fama,

Ecce Testes de visu *Summario pag.* 29. *& seqq.*

II. Testis &c. *Che sà, che detto Padre serbò, & ebbe fede eccellente; e per tutta la vita serbò la purità della Fede Cattolica; Il che sà il Testimonio per la communicazione auuta con lui, vedendogliela insegnare, e che colla sua Dottrina, prediche, & esempio, & altri ministerj conuertì alla nostra Santa Fede molti Gentili, e li battezzò, e che sà, che detto Padre desideraua dare non vna sola, ma molte vite per la propagazione, & esaltazione della fede; e ciò sà per la communicazione auuta con lui; e di ciò n'è ancora publica voce, e fama &c.*

XVIII. Testis &c. *Me scire, quod præfatus Pater eius concionibus, Sermocinationibus, & colloquijs quamplures Peccatores conuertit, & à praua vita, quam sequebantur, ad obseruantiam præceptorum Dei adduxit &c., exhortando, & eius exemplo Infideles quamplurimos ad veri Dei, & fidei Catholicæ cognitionem cum baptismate attraxit; quod scio ex eo quià ità vidi &c.*

XIX. Testis &c. *Me scire, quod dictus Pater eius sermocinationibus, tractatione, & concionibus, quamplurimos Peccatores &c. conuertit &c., & multos Infideles ad veri Dei, & fidei Catholicæ cognitionem, & Sacri Baptismatis susceptionem attraxit; quod scio de rationibus suprà relatis, ac etiam quià quamplures Infideles vidi per illum baptizari &c.*

XXII. Testis &c. *Me scire, & vidisse, quod dictus Pater eius sermocinationibus, conuersatione, & concionibus, quamplurimos Peccatores à praua Vita &c. conuertit &c. eius exemplo quamplurimos Infideles conuertendo, & ad veri Dei, & fidei Catholicæ cognitionem, vt Sanctum Baptisma acciperent, illos attraxit; & hac de causa quamplurimis periculis se exposuit &c., & Ego Testis ita vidi &c.*

XXV. Testis &c. *Quod dictus Pater eius sermocinationibus, colloquijs, & concionibus quamplurimos Peccatores conuertit &c. & eius exemplo quamplures Infideles ad veri Dei, & fidei Catholicæ cognitionem, & S. Baptismatis susceptionem attraxit; quod scio de visu &c.*

Idem habetur *Summario num.* 8. *per tot. à pag.* 32.

Quodque plus est, hæc omnia exequi satagebat Vir Dei cum maximo, & penè euidenti vitæ suæ periculo; quod indubiè hæroicam fidem demonstrat, prædicto Eminentissimo Doctore Teste, vbi sup. *num.* 232. ibi = *Etiamsi non accideret casus expositionis vitæ; adhuc tamen firma animi præparatio, ac dispositio se exponendi, si occasio vrgeret, sufficit ad arguendam hæroicam fidem.* Profectò, si Seruus Dei effectiuè propriam vitam pluries exposuit, vt Gentiles ad Catholicæ veritatis cognitionem manu duceret, vt peccata, & scandala auerteret, nemo sanæ mentis dubitabit de hæroico ful-

Digitized by Google

fulgere huius Theologicæ Virtutis. Quod autem Venerabilis Dei Seruus ita se gesserit habetur apertissime ex Testibus datis *dicto Summario num.* 8., quorum plures sunt de visu, & casus particulares recensent.

Hi autem casus particulares sunt, quod aliquotiès Ven. Dei Seruus, urgente sæpedicto desiderio propagandæ fidei Catholicæ, accedebat ad Castra Gentilium, atque Infidelium, qui accessus non permittebatur Catholicis, præsertim concionatoribus.

Testis III. Apostolicus *dicto Summario pag. 32. §. 1. Colli suoi scritti, prediche, ed altri Ministeri conuertì alla fede, e battezzò molti Gentili, andandosene alcune volte fino dentro la Terra ferma; e che desideraua dare la vita per la propagazione della fede; E ciò sà il Testimonio di vista &c.*

Testis VI. *Summario pag. 32. = Ch' ebbe detto Padre molto gran fede, la quale conseruò tutta la Vita, conuertendo à questa, e battezzando molti Gentili, e specialmente vidde il Testimonio, che stando un'Indiano Gentile Schiauo, e prigione con funi, e ne' ferri in potere d'altri Gentili &c., vi arriuò detto Padre Giuseppe Anchieta, à cui parlando detto Indiano disse, che se esso sapesse la lingua de' Cristiani auerebbe pregato Dio, che lo liberasse da quello stato, e pericolo in che staua; ed il Padre gli rispose, che non li dasse fastidio, che pregasse lui Dio nella sua lingua, lo liberasse; perche Iddio sapeua ogni lingua, e che ancora esso Padre lo aiuteria, pregando Dio per lui, e voltatosi al Testimonio gli disse = Metteteui ancor voi in oratione Melchiorre, & aiutatemi auanti à Dio à liberar quell'Indiano, e subito nella medesima notte lasciarono le funi, e ferri, con che staua prigione l'Indiano, restando libero da potersene fuggire, siccome fece, venendosene subito da detto Padre à dimandargli il Battesimo, che conseguì da detto Padre.* Scit insuper Testis, *che detto Padre se n'andò à mettere trà li Nemici confinanti con l'Oppido de Santos, per trattare con loro la pace con euidente pericolo di morte, solo per conuertire loro, e liberare li Portoghesi, e Cristiani dalle molestie, e vessazione, che del continuo ne riceueuano da quelli, e così conobbe molte volte il Testimonio auer detto Padre gran desiderio di morire per la fede &c.*

Testis VIII. = *Che sà, che detto Padre ebbe gran Zelo delle Anime, e colli suoi ragionamenti, e Sermoni, e trattare hà conuertito molti di cattiua vita &c., e conducendo molti Infedeli alla cognizione del vero Dio, riceuendone il Santo Battesimo, al cui fine s'arrischiò molte volte, e se n'andò al paese de' Gentili; e fù Schiauo fra essi con molto pericolo della vita sua &c.*

Testis XL. §. 22. ibidem = *Colli suoi scritti, prediche, & altri ministeri hà conuertito alla fede, e battezzò molti Gentili, quali lui medesimo andaua à trouare dentro Terra Ferma ne' medesimi paesi loro, bramando dar la vita per la propagazione di quella; il che sa per auerlo visto &c.*

Et ex Proc. Apost. Oppidi S. Pauli Testis X. = *Che sà, con scritti, prediche, e molte Missioni alli Gentili hà conuertito, e battezzò molti di essi alla fede Cattolica, e che persuadeua esso Testimonio, & altri, che andauano nella compagnia sua, auessero il medesimo desiderio di dar la vita per amor di Dio.*

Et

Et ex his consurgit aliud argumentum heroicæ fidei, quod optimè deducitur ex efficacibus Martirij desiderijs; de quibus deposuerunt Testes dati *Summario in loco proximè cit.* Constito autem, quod Ven. Dei Servus efficaciter Martyrium subire desideraverit, doctrina est vniversalis, quod sicuti Martyrium in re susceptum est heroicus actus fortitudinis imperatus à Fide, & Charitate; ità votum, seu desiderium efficax illius est desiderium heroicum. Totum hoc docuit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 152. *art.* 3. *ad* 2., quià virtutis sublimitas consistit in ea egregia animi præparatione ad eiusmodi actus heroicos, Subscripsitque huic discursui cla: me: Card. de Laur. *sup.* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 32. *art.* 9. *num.* 184. exemplis adductis de S. Martino Turonensi, de S. Eranciſco, de S. Antonio, ac de alijs Sanctis Viris, qui propter eiusmodi virtuosa vota, nuncupati sunt Martyres desiderij. Positiua igitur, & frequentia proposita, ac desideria patiendi prò Fidei confessione, sufficiunt ad demonstrandam eiusdem Fidei heroicitatem; *quod si ad eiusmodi proposita*) scripsit Eminentissimus Doctor *dicto num.* 185.), *& desideria pro Christo patiendi accedat etiam attentatum exponendi se eiusmodi incommodis, vt puta arripiendo iter ad Partes Infidelium, vel etiam hæreticorum, vt ibi prædicet, vel prædicari faciat fidem &c.* (est in terminis casus noster) *est maximum, & indubitatum heroicæ Fidei signum. Verum hoc notandum est, quod huiusmodi attentatum, & expositio non est in omni heroica Fide necessarium &c.* Ità Eminentissimus Doctor.

Stantibus igitur accessibus ad Lares Infidelium totiès factis per Ven. Servum Dei, de quibus expressè meminerunt Testes suprà relati, cum cæteris datis *dicto Summario num.* 7., *&* 8. dubitandi locus non relinquitur de realitate talium desideriorum: sufficientem enim causam scientiæ quoad ipsa reddiderunt Testes, quando ad eorum comprobationem dixerunt, quod aliquoties Servus Dei, ad effectum prædicandi Euangelium illis Barbaris, cum euidenti mortis periculo ad eorum loca se conferebat; Vnde licèt nonnulli etiam Testes in causam scientiæ allegauerint, Ven. Dei Servum expressisse talia desideria, non indè infertur, nutare Fidem ipsorum Testium; quià ex vna parte Testes de auditu immediatè sunt Testes de visu, vt pluribus relatis absque controuersia firmauit Matt. *de Canoniz. Sanct. part.* 4. *cap.* 18. *num.* 5. Et ex altera parte desideria cordis manifesta esse aliàs non possunt, quàm per externas eorum expressiones; Ex quibus sequitur, quod in proposito Ven. Serui Dei, eiusmodi Martyrij desideria sint abundè probata; & quod ex eis liquidò deprehendatur heroica Fides eiusdem,

Et certè non aliundè certi sumus, quod S. Ignatius Loyola: *Mallet beatitudinis incertum viuere, & interim Deo inseruire, & Proximorum saluti, quàm certum eiusdem Gloriæ statìm mori*: Nisi quià ipse aliquando id dicere auditus fuit, vt legitur in Hystor. eius Vitæ *Breu. Rom. die* 31. *Iulij Lect.* 6. ibi = *Auditus aliquando dicere, si optio daretur malle, se beatitudinis incertum viuere &c.*: Nec aliundè innotuit heroicum S. Virginis Theresiæ desiderium, quo optabat *aut pati, aut mori*, nisi ex relatione eorum, qui eam ita dicentem audierunt, vt pariter habetur *in Offic. eius festi die* 15. *Octobris Lect.* 6. Nec aliunde constat, quod alia S. Virgo Maria Magdale-

pa

Digitized by Google

na de Pazzis optare *pati, & non mori*, nisi quia pluries hæc sua vota manifestauit audientibus *Lect. 6. eius Offic. festiu. die 27. Maij.* Nec demùm aliunde scimus, quod S. Ioannes à Cruce optaret, ac peteret *pati, & contemni pro Christo*, nisi quìà ipse tale suum desiderium eidem olim Christo manifestatum extrinsecauit aliàs in verbis coram Testibus, vt pariter habetur *Lect. 5. eius Officij die 24. Nouembris*; Et regulariter arcana cordis, quæ nec Angelis sunt manifesta, nisi ad eos dirigantur, D. Thom. *1. par. quæst. 57. art. 4. in corp.*, alio modo innotescere nequeunt, nisi vel ex Dei, vel ex ipsius desiderantis reuelatione; Et propterea sunt talis naturæ, vt circa ea possint Serui Dei esse sibi ipsis Testes, vt dixerunt Auditores Rotæ penes Contilor. *in relat. S. Thom. à Villanou. pag.* 486., & elicitur ex *cap. 18. num. 19.*, & fusè tradidit Card. de Laur. *sup. 3. sent. tom. 3. de Miracul. disp. 20. art. 25. §. 3. num.* 1107. à fortiori igitur quando sunt extrinsecata, & de ijs deponunt Testes de auditu immediato, cum ea solemni circumstantia, quod videlicet Servus Dei aliquoties se iniecerit in manibus Gentilium, vt eos Christo lucrifaceret cum palpabili propriæ Vitæ discrimine.

Irrefragabile tamen heroicæ fidei argumentum est operatio Virtutum, qua Vir Dei fuit præditus per modum habitus, vt videtur *Summario num. 9. per tot. à pag. 36. vsque ad 92.* quæ Miracula vsque ad numerum quadraginta quatuor numerantur, ibidem videnda, ne inutili eorum hìc transcriptione grauemus attentionem Reuerendissimorum suffragantium. Hæc igitur, vt dicebamus, sunt irrefragabile heroicę fidei argumentum iuxtà illud Matth. 17. 19. ibi = *Si habueritis fidem sicut granum Sinapis, & dixeritis Monti huic transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Et Marc. 16. 17. = *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo &c.* Vndè ad concludendam heroicam fidem in D. Paulo notauit post D. Augustinum *quæst. 47. nou. Testam.* Cornel. à Lapid. *in Id. Vit. Apost. pag. 15. col. 1. num. 15.*, cuius verba transcripsimus in nostra Informatione *pag. 8. num. 9.* quæ cum verificata fuerint adamussìm de Ven. Seruo Dei adhuc viuente, consequens est, quod eius fides heroica fuerit, ex qua tot sequebantur prodigia. Fides enim est radix miraculorum, teste D. Ioanne Chrisostomo homil. 29. ibi = *Fides Mater Signorum est*: D. Thom. *2. 2. quæst. 178. art. 1. ad 5.*, D. Antonin. *in Summario par. 4. tit. 8. cap. 1. §. 6.* Augustin. Triumph. *de potest. Eccles. quæst. 14. num. 2.* Castellan. *de Canoniz. Sanct. par. 3. quæst. princ. 6. vers. quartò adducitur*; & ipsi Fidei attribuuntur miracula, Scacch. *de Not. & Sign. Sanct. sect. 3. cap. 1. pag. 175.*, Contilor. *in eod. tract. cap. 4. num. 7.*, Rota *in relat. Ven. Serui Dei* Hieronymi Emiliani *num. 11.*, *& in relat.* V. Nicolai Factoris *num. 19.*, *& in relat.* S. Elisabeth. Reginæ Portug. *tit. de Sanct. Vit. §. Ferè.*

Sed quià Reuerendissimus Promotor, qui benè nouit releuantiam huius instantiæ, duò apposuit, nempè, & primò, quod in discussione huius Dubij non sit locus agendi de Miraculis; & secundò, quod prædicta Miracula non sint plenè probata; ideò ad satisfaciendum eiusmodi obiectis, sequens caput impendimus.

Irre-

Digitized by Google

CAPVT IV.

Demonstratur, quod in discussione huius Dubij debeat necessario agi de Miraculis Ven. Serui Dei viuentis; idemque de alijs Gratijs gratis datis.

POtissimus Obiectionis huius aculeus est, quià de stylo huius Sacræ Congregationis est (vt inquit Reuerendissimus Oppositor) vt prius discutiatur releuantia virtutum, & posteà in separato dubio discutiantur Miracula; Sed opportune retunditur prędictus difficultatis aculeus, animaduertendo, quod aliud est loqui de Miraculis secutis ad interces sionem Seruorum Dei viuentium, aliud de Miraculis patratis post felicem eorum obitum; & si quidem loquamur de huius secundæ cathegoriæ Miraculis, nimirùm de secutis post obitum benè argumentatur Reuerendissimus Animaduersor, quod prius debeat constare de Virtutibus heroicis ex irreformabili Sanctitatis Vestræ decreto, quàm agatur de prędictis Miraculis, hæc enim inseruire debent, vt S. Mater Ecclesiâ certioretur de perseuerantia finali Seruorum Dei, quæ perseuerantia finalis innotescere minimè potest per quælibet virtuosa gesta Seruorum Dei viuentium, vt infrà magis declarabimus. Si verò sermo sit de miraculis in Vita Seruorum Dei, ità ex moderno stylo huius Sacræ Congregationis res se habet, vt si non discutiantur in præsenti Causæ propositione, nunquam aliàs de his tractabitur; Cum semel constito de heroicitate Virtutum, statim proceditur ad alterius Dubij disputationem, in qua agitur = *An & de quibus Miraculis constet in casu &c.* = In quo dubio nulla habetur ratio de Miraculis Seruorum Dei viuentium, vt docuit Eminentissimus Lambertini, qui dùm munus Fidei Promotoris ageret, in suis accuratissimis Animaduersionibus factis in Causa Florentina B. Catharinæ de Riccis super Miraculis in princip. ibi = *Ex duodecim assertis Miraculis, quæ proponuntur à Causæ Postulatoribus prò obtinenda Beatificatione V. Seruæ Dei Catharinæ de Riccis, de cuius Virtutum heroicitate Sanctitas Vestra, constare nuper declarauit superfluum videtur omninò assumere examen illorum trium, quæ primum, secundum, tertium in ordine describuntur. Cum enim contigerint viuente adhuc Serua Dei, prò effectu, de quo agitur, nulla penitus ipsorum ratio haberi potest ex inconcussa notissima praxi Sedis Apostolicæ, quæ post approbatas Virtutes alicuius Serui Dei ad effectum procedendi ad vlteriora in eius Beatificatione solet vnicè attendere Miracula post ipsius Mortem patrata &c.*

Igitur, si in discussione præsentis Dubij non habeatur ratio Gratiarum gratis datarum, quarum vna est operatio Virtutum, seù Gratia Miraculorum, & sanitatum, numquam hæc considerari debe-

Digitized by Google

debebunt. Et tamen hæc gratiarum gratis datarum affluentia in Seruis Dei non debet esse otiosa; cum signanter gratia Miraculorum detur à Deo, vel ad confirmandam Doctrinam Fidei, vel ad manifestationem Sanctitatis, vt magistraliter docuit D. Thom. 2.2. *quæst.* 178. *art.* 2., Vndè quando ex circumstantijs appareat, hanc non fuisse accessoriam ad Catholicæ Fidei manifestationem, consequitur, eam concessam fuisse à Deo ad Seruorum suorum Sanctitatem manifestandam, vt idem Doctor Angelicus scripsit *loc. max. cit.* ibi = *Secundo autem modo non fiunt Miracula nisi à Sanctis, ad quorum Sanctitatem denunciandam Miracula fiunt in vite earum &c.* & D. Laurentius Iustin. *lib. de humilit. cap.* 12. *in princ. pag.* 1039. *litt. E.* Scripsit ibi = *Hæc dona Cælestis Gratiæ impertiuntur ad ornatum, persuadentque intuentibus, & intelligentibus hominem esse Sanctum, spiritualibus muneribus plenum, & cum Deo intima Charitate coniunctum.*

Nec reijci debent Miracula à Seruis Dei patrata in Vita ex eo motiuo, quod ea possint fieri etiam à Peccatoribus; Hæc enim assertio non transit sinè distinctione; Siquidem quandò agitur de Miraculis factis ad confirmandam Fidei Doctrinam, admittimus libenter, quod aliquando facta sint ab hominibus Deo aliàs non gratis; Sed quando ex circumstantijs alicuius Serui Dei non apparet, quod talia Miracula fuerint necessaria ad Fidei confirmationem, vt contingit in concreto casus nostri, Miracula non fiunt, nisi à Sanctis, vt nupèr dicebamus. Et licèt absolutè, & in abstracto loquendo, gratia Miraculorum non sit essentialiter connexa cum Gratia Sanctificante, aut cum Virtutibus heroicis, D. Thom. 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 3. *ad* 3., & 2.2. *quæst.* 6. *art.* 2. *ad* 3., Connaturaliter tamen eiusmodi Gratia gratis data petit esse in subiecto heroicè virtuoso.

Præsertim quia ad gratiam Miraculorum, & sanitatum cooperantur abstinentia, & continentia, Vigiliæ, & Orationes, ex traditis ab eodem D. Thom. 2.2. *quæst.* 178. *art.* 1. *Castellin. de certitud. Glor. Sanctor. cap.* 8. §. 2. *pag.* 381., & 385. *num.* 12. §. 1. ibi = *Hinc est, quod* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. inquit = *Primo modo iam immediatè explicato fieri possunt Miracula instrumentalitèr, siue ministerialiter per quemcumque, qui veram Fidem prædicat; & nomen Christi in Veritate inuocat, siuè bonus, siuè malus sit. Secundo autem modo, nempè quando non sunt necessaria ad confirmationem doctrinæ Fidei, nequeunt fieri Miracula nisi à Sanctis, vel per Sanctos, ad quorum veram Sanctitatem denunciandam sunt ordinata &c. Rationem huius assignat Bartholomæus de Medina in* 3. *p.* S. Thomæ *quæst.* 43. *cap.* 1. 2. *Conclus. Miraculum enim verum, inquit, quod sola Diuina Virtute fieri potest est veluti quoddam Sigillum Dei, quo vtitur in testimonium, & confirmationem veritatis. Est autem certissimum, Deum haud præstare vellè testimonium falsitati, siue errori, quo argumento demonstratiue vsus est Nicodemus* Ioan. *Cap.* 9., *quando asseruit &c.* = *Scimus quod à Deo veniisti Magister, Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis nisi fuerit Deus cum illo. Et Mulier Sareptana* 3. *Reg.* 17. *dixit ad Eliam* = *Nunc cognoui (ideſt ex Miraculis), quod Vir Dei es tu, & Verbum Dei manet in ore tuo.*

Sic ergo, cum Deus non permittat suos Fideles decipi per gratias gratis datas apparentes, & non reales, Rot. *in relat. S. Elisabeth. Reg. Portug. par. 1. §. Secundo ipse*, & S. Hyacinthi *cap. 7. §. Ceterum*, & S. Isidori Agricolæ *Cap. 2. de vit. §. quæ omnium*, & Philippi Benitij *tituł. de fam. Sanctit. §. Sextum argumentum*, & S. Aloysij Gonzagæ *tit. de freq. Sepulchr.*, credendum minimè est, quod si Ven. Seruus Dei fidem non habuisset heroicam, si non fuisset heroicus cultor abstinentiæ, & continentiæ (quas virtutes ad operationes Virtutum concurrere vidimus ex D. Thoma) Deus Fideles suos decipi permisisset per gratiam Miraculorum, & Sanitatum, quàm in eo videbant, vt ratione illius Sanctum vniuersaliter reputarent.

Et tandem admisso iterùm, quod non sit connexio Methaphisica inter Virtutem heroicam, & gratiam Miraculorum; Nihilominùs regulariter, hæc operatio Virtutum, ex gratia sanitatum non reperiuntur nisi in Sanctis Viris, & quidem adeò regulariter, vt vix reperiatur, qui absque heroica Sanctitate Miracula fecerit, quod si fecerit, vera non fuerunt Miracula, nec diù in existimatione hominum perseuerauerunt, quin Deus eos tamquam Sanctitatis Impostores manifestaret, vt supra visum est *Cap. 1. ex Rot. in relat. S. Aloysij Gonzagæ sub dicto tit. de frequent. Sepulchr.* ibi = *Non enim credendum est, Deum permissurum fuisse, vt Populus Fidelis in re ad Religionem spectante allucinaretur, & deciperetur, vt pulchrè notant Doctores &c.* Tempus igitur calculandi miracula facta à Nostro Ven. Seruo Dei dum viueret, nullum opportunius est, quàm dum discutiuntur (prout in præsenti) eius heroicæ Virtutes, vt si quid per malam hypothesim deficeret, quod nullatenus timemus, ad earum releuantiam concludendam, suppleatur per gratiam Miraculorum, per Prophetiam, & cætera supernæ Gratiæ charismata, iuxta Doctrinam D. Thom. *loc. cit. 2. 2. quæst. 178. art. 2. in corp. vers. fin.* Castellin. *de certitud. Glor. Sanct. pag. 381. §. 2., & pag. 385. §. 1.*, Contilor. *de Canoniz. Sanct. cap. 4. n. 7., & cap. 17. nu. 6.*

Quod redditur manifestius ex inspectione Dubij, quod examinatur in præsenti, vbi non solum inquiritur de heroicitate Virtutum, *sed de earumque annexis*. Patet autem nihil aliud esse annexum Virtutibus præter Dona Spiritus Sancti, Gratias gratis datas, aliaque Superni Numinis Charismata, vt ex se est manifestum. Recipiant ergò tot Miracula Ven. Serui Dei viuentis meritedem suam.

Quantum verò ad assertum defectum probationis fatemur, quod non omnia recensita quadraginta quatuor Miracula sunt per contestes probata; hoc tamen nihil obstat, quia nos ea deduximus non tamquam singula sint probata concludenter; Cum satis superque sit ad intentum, quod ex singulis semiplenè probatis per Testes singulares resultet plena probatio quoad gratiam Miraculorum, & sanitatum, iuxtà ea, quæ præmisimus *cap. 2. per totum*, attenta generali Doctrina (de qua Contilor. *de Canoniz. Sanct. cap. 18. num. 14. & 18.*, vbi concordantes) quod vbi agatur de probando, quod Canonizandus miracula fecerit, creditur Testibus singularibus, quorumnus deponat Canonizandum illuminasse

Ce-

Cæcos, alter sanasse Infirmos, alias suscitasse Mortuos &c. quia cum alias hi Testes, alias singulares circa Miracula in particulari sint contestes quantum ad eam Veritatem, quod nimirum Ven. Dei Seruus Miracula fecerit; Cumque miracula in particulari recensita sint in causam scientiæ & in causa Scientiæ non oporteat, quod Testes sint Contestes, sequitur inde, quod cum nos vnicè pretendamus, quod Seruus Dei P. Anchieta viuens Miracula fecerit; hoc satis resultat ex Testibus nostrorum Processuum.

Absque eo quod valeat replicari, in concreto huius nostri casus miracula non esse probata ex eo capite, quia desint Peritorum Iudicia, aliquæ pariter diligentiæ, quas practicare solet hæc Sacra Rituum Congregatio, quia hæc obiectio posset vtcumque procedere in Examine Miraculorum post obitum, quæ in individuo probari debent ad hoc, vt ex ijs habeatur testimonium Diuinum, quod Seruus Dei obierit in perseuerantia finali, vt contingit in Miraculis, quæ præcedunt Beatificationem, aut quod voluntas Dei sit, vt Beatus Sacris Aris solemniter destinetur, vt accidit in Miraculis, quæ superuenerunt post indultam venerationem in in ordine ad solennem Canonizationem. Cæterum in præsenti, & ad effectum, de quo agitur sufficiunt Testes idonei, testantes de Miraculis cadentibus sub sensu, vt sunt ferè omnia, quæ à nobis deducta sunt: Quibus in terminis ex vulgatis apud Iuristas, non exigitur Peritorum Examen, Matt. *de Canonizat. Sanct. par.* 4. *cap.* 17. *num.* 12., Contelor. *eadem tract. cap.* 18. *num.* 3., & *sequen.* Bordon. *de Mirac. medit.* 32. *num.* 25., & 26. Pignatellus *consult. canon. tom.* 6. *consult.* 26. *num.* 3., & *seq.* & *tom.* 10. *consult.* 179. *pag.* 313.

Maximè quia inter Miracula post obitum, & ea quæ facta sunt in Vita Seruorum Dei, est manifesta disparitas, quia cum per illa debeat concludenter probari perseuerantia finalis Seruorum Dei quæ aliunde probari non potest, oportet, quod ea miracula, quæ ad talem perseuerantiam concludendam deducuntur, rigidiore scrutinio examinentur. Vbi è conuerso cum miracula in Vita adducantur in comprobationem Virtutum heroicarum, quæ probantur ex Testibus, & signanter in comprobationem Fidei heroicæ, satis est, si de ijs miraculis testentur Testes singulares, qui alias ex dictis sint contestes quoad gratiam gratis datam Miraculorum, absque eo quod adhibeantur Periti, qui præsertim in casu nostro essent superflui, cum plura ex adductis miraculis consistant in supernaturali agilitate proprij corporis, & in eo quod Seruus Dei ambulauerit super aquas, aut quod ab irruentibus imbribus non fuerit madefactus, aut contristatus, quibus in rebus omnes qui cumque Testes sunt Periti. Etenim nos non prætendissimus (imò puderet nos) obtinere ab hac Sacra Congregatione fauorabilem præinserto Dubio resolutionem ex sola prædictorum Miraculorum inspectione, sed & maxime, ex Virtutibus heroicis, quarum probationem sufficientissimam esse contendimus. Quomodo autem ad hunc effectum suffragari non debeant tot miracula alias relevantissima à V. Dei Seruo patrata in eius vita, & quorum (saltem aliquorum) probationes rigidum Examen subiimebant; & signanter,

quod ex ijs ità probatis heroicitas Fidei, immò & Sanctitas totalis huius Serui Dei elucere non debeat, ignoramus.

Vltimò probatur Fides ex aliarum Virtutum actibus inferius subnectendis.

CAPVT V.

De Spe Theologica.

HEroicitas huius Virtutis difficillimè potest colligi ex actibus propriæ speciei, qui cum purè interni sint, non patent extrinsecùs. Ideoque Testes adducti *Summario num.* 10. asserentes Ven. Seruum Dei æminentem spem habuisse, meritò in causam scientiæ allegarunt eius bona opera, & signanter numquam (vt sic dicamus) intermissum exercitium concionum, Vitam laudabiliter traductam, fiduciam, quam in aduersis vnicè habebat in Deum; ita quod expertus fuerit extraordinarias prouidentias Diuinæ Maiestatis tàm prò se, quàm pro suis Proximis, vt habetur *eodem Summario num.* 10. *à §.* 16. *vsque ad finem*, vbi fit mentio de casibus particularibus, ibi omninò recognoscendis.

Recurrendum igitur est (vt diximus *in nostra Informatione pag.* 16. *sub fin.* de spe) ad actus aliarum virtutum, quæ saltem partialiter fuerunt à spe imperatæ. Vndè meritò clar. mem. Card. de Laur. *Enc. sup. cit. art.* 10. *num.* 277. inter heroicæ spei signa enumerat Mundi contemptum, & abnegationem sui ipsius.

Iste autem Mundi contemptus, & quidem heroicus Verificatur in nostro Ven. Seruo Dei ex dictis *toto cap.* 3. circa professionem solemnem quatuor Votorum in Societate Iesu. *Iste* enim actus, qui irrefragabiliter heroicus ab initio extitit Matt. *de Consaix. Sanct. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 35., *& cap.* 6. *nu.* 42. Card. de Laur. *sup.* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 32. *art.* 10. *num.* 277. Scacch. *de not., & sign. Sanctit. sect.* 3. *cap.* 2. *pag.* 191., quià professus in eadem voluntate perseuerauit, perdurauit in heroicitate vsque ad mortem, tùm propter exactissimam obseruantiam prædictorum Votorum, tùm propter conscientiæ puritatem, quæ omnia, quia inferiùs peculijs in locis ponenda sunt sub oculis huius Sacræ Congregationis, prò nunc supersedendum censuimus. Vndè si constiterit id, quod nunc asserimus, de Spei Theologicæ heroicitate nullatenùs dubitabimus.

Et quia ea, quæ sunt signa heroicitatis fidei, sunt etiam heroicæ spei argumenta, teste D. Bern. *de Passion. cap.* 20., ideò recolendo ea, quæ *cap.* 3. dicta sunt, & ponderando frequentiam, immò assiduitatem Orationis, studium propagationis Sanctæ, & Catholicæ Fidei cum propriæ vitæ periculo, ardentia Vota Martyrij, iam de spei heroicitate videtur ambigi minimè posse.

Et demùm ex ijs, quæ statim dicturi sumus in materia Charitatis ergà Deum, & Proximum, & ex ijs, quæ expendemus in proposito aliarum Virtutum, in superlatiuo gradu emerget probatio huius Theologicæ Virtutis.

CAP

CAPVT VI.

De Charitate in Deum.

LOquendo de actibus huius Virtutis in propria specie, cum istis, etiam sicut actus spei, sint interni, non possunt proindè innotescere, nisi aut per expressiones Amantis ergà Deum, aut per bona Opera aliarum Virtutum, docente D. Gregorio Mag. in Homil. 30. in Euang. quod *probatio dilectionis, exhibitio est operis*.

Attendendo igitur ad actus elicitos ab habitu Charitatis heroico; hoc est ad actus propriæ speciei, satis se se explicarunt Testes, dùm asseruerunt, quod ex familiaritate habita cum Ven. Seruo Dei, cognouerunt, ipsum præditum fuisse heroica, & Excellentissima Charitate, ex quo studeret operibus Sanctis, & Zelaret Zelum legis, sanctè impatiens Deum offendi ab hominibus; quamobrèm vt auerteret peccata (inquiunt) multa fecit etiam cum euidenti vitæ discrimine. Hæc autem loquendi phrasis non est generalis, sed maximè specifica, quandoquidem sufficientem suæ scientiæ Testes causam assignarunt, dicendo, ideò scire ipsum heroicè Deum dilexisse, quia Animam suam posuit prò suis Proximis; nec vltra hoc est exigendum à Testibus, iuxta Theoricam Bartoli relatam suprà *Cap.* 1.

Sed si casus magis particulares libeat recognoscere hos individuant Testes *Summario num. 8. per totum*; & *Summario num. 12.*, Quibus in locis habetur, quod Seruus Dei, vt Peccatorum Animas lucrifaceret, ad Terras Infidelium frequenter accedebat, cum Catholicis, & signanter Missionarijs vetitus esset accessus; & ab ijdem Testes affirmant cum periculo vitæ; Immò fuit aliquando ab ijs retentus in captiuerio per plures menses, multas apud eos hominum voratores ærumnas perpessus, spiritualis Magnitudine sænotis apprimè contentus, *Summario num. 12. §. 20. §. 28. §. 29.*, & §. 31.

Roboratur hoc argumentum ex efficacibus Martyrij desiderijs, quæ sicuti heroicam Fidem ita & heroicam concludunt irrefragabiliter charitatem, ex Doctrina Laudati Card. de Laur. suprà expensa. Hæc autem desideria à Ven. Seruo Dei oretenùs non soluta, sed etiam facto extrinsecata deponunt Testes conformes ex vtriusque Processibus, dati in *Summario num. 12. per totum*.

Quæ adeò vera sunt, vt vel ipse Reuerendissimus Fidei Promotor non dubitauerit asserere in suis Animaduersionibus num. 12. ibi: *Caterum quia veritati obsequendum est, Charitati in Deum, & & Proximum, in qua se exercuit Seruus Dei Pater Barbieta non modicam considerationem meretur; dùm ob assertum Charitatem, eumdem Vitæ suæ prodigum fuisse demonstrare videntur labores; & Vitæ pericula, quibus ille se exposuit, vt affirmat Testes, de quibus in præsenti Summario num. 12. 15. 22.*; & hæc.

Sed quamuis hæc sincera eiusmodi Viri confessio nobis non modicè suffragetur; nihilominùs pergimus vlteriùs; in eiusdem Charitatis heroicitatem ex alijs multis titulis comprobandam.

Et

Et profectò munus Missionarij per quadraginta duorum annorum spatium laudabiliter exercitum, cum tot Diuinæ complacentiæ signis, quot sunt miracula ab eo viuente impetrata, de quibus, *Summario d. nu. 9. per totum*, seclusis extraordinarijs laboribus, vltroneè à Seruo Dei susceptis, non erit certissimum fœuidæ charitatis indicium? Sanè res ista notoria est, nec Testibus conformibus indigemus ad eam probandam. Et cum sola obseruantia Vitæ regularis tanti æstimatur, vt ea semel probata superabundet ad concludendam heroicitatem hominis solemniter professi, vt significauit Lactant. Firmian. *lib. 6. cap. 2.* ibi: *Non enim Religio cælestis constat ex rebus corruptis, sed ex virtutibus Animi, quæ oritur è Cælo. Hic verus est cultus in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit. Quisquis igitur præceptis Cælestibus obtemperauerit, hic cultor est veri Dei, cuius Sacrificia sunt mansuetudo Animi, & Vita innocens, & actus boni &c.*, Et in proposito Regulæ, & Instituti Capuccinorum scripsit D. Vincentius Ferrerius dignam seipso sententiam ad omnia regularia Instituta, & signanter reformata, facile applicabilem, *in Serm. de S. Francisco pag. 403. ante med.* ibi: *Qui illam regulam seruat Sanctus est, & quando moritur potest canonizari, sed vix de mille vnus seruat.* Idemque dixisse fertur S. Pius V., Teste Zacharia Bouer. in primo tom. Annalium eiusdem ordinis Anno Christi 1529. fol. mihi 117. ibi: *En Constitutiones à Spiritu Sancto dictatas, quas si quis perfectè obseruauerit, inter Sanctos referri potest &c.*. Idem consequenter iudicium fieri debet de Instituto Ven. Soc. Iesu, cuius Constitutiones sunt extractum heroicitatis, vt eas legenti constabit. Et late probant Ortiz, & Suarius infra allegandi, & constat ex Bullis Pontificijs Pauli III. Pauli IV. Pij IV., & V., & Gregorij XIII. XIV., & XV., innumerisque alijs Authoribus. Has ergo si quis obseruauerit meritò poterit inter Sanctos connumerari.

Quamobrem igitur fortiùs idipsum est asserendum in proposito vnius Regularis, qui ad fructificandum in Vinea Domini Missionarij Apostolici occupationem tenuit per tempus adeò diuturnum. Quod autem hoc munus ipse susceperit propter Dei amorem, & salutem Animarum euidentissimè colligitur ex Vita ab eo in loco Missionis tradusta. Vt enim infrà ostendetur, nudis pedibus solebat per vias, & per campos incedere, aeris intemperiem despicere, exactam profiteri obedientiam, rigidamque paupertatem. Hæc siquidem omnia satis, superque demonstrant, non ob aliquem humanum finem, sed propter Dei summè dilecti amorem austeram adeò vitam elegisse.

Minimè prorsùs refragante responsione forsan adhibenda, quod videlicet Ven. Dei Seruus tùm ad vitam regularem tùm ad munus Missionarij teneretur ex Votis, quasi nihil supererogatorium fecerit, neque heroicum; quia potiùs ex eo quod talia egregia opera, quæ ex seipsis fulgere heroicitatis non carent, facta sint in obseruantiam Votorum, potiùs in immensum creuit meritum, & dignitas talium operum; quia licet vt facta in eorum executione videantur necessaria, & non spontanea, verius tamen est oppositum, quia sunt spontanea in radice, & dummodò voluntas, qua vnusquisque iugum susceipit Christi, non fuerit retractata, opera in sequelam

Digitized by Google

iam talis voluntatis facta, sunt magis voluntaria, quàm quæ ex talis obligatione non prodeunt; Vndè docuit Magister Angelicus 2. 2. quæst. 88. art. 6. in corp. ibi = *Respondeo dicendum, triplici ratione facere idem opus, cum Voto est melius, & magis meritorium, quàm facere sine Voto. Primò quidem, quia vouere, sicut dictum est, est actus latriæ, quæ est præcipua inter Virtutes Morales. Nobilioris autem virtutis est opus melius, & magis meritorium; Vnde actus inferioris virtutis est melior, & magis meritorius ex hoc, quod imperatur à superiori Virtute, cuius actus sit per imperium. Sicuti actus Fidei, vel spei melior est si imperetur à charitate, & ideò actus aliarum Virtutum moralium, puta ieiunare, quod est actus abstinentiæ, & continere, quod est actus castitatis sunt meliora, & magis meritoria si fiant ex Voto; quiè sic iam pertinent ad Diuinum Cultum, quasi quædam Dei Sacrificia; Vndè Augustinus dicit in lib. de Virginit. quod neque ipsa Virginitas, quia Virginitas est, sed quia dedicata est honoratur, quam fouet, & conseruat continentia pietatis. Secundò quiè ille, qui vouet aliquid, & facit, plus se Deo subijcit, quàm ille, qui solùm facit. Subijcit enim se Deo, non solùm quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero non potest aliud facere; sicuti plus daret homini, qui daret Arborem cum fructibus, quàm qui daret fructus tantum, vt dicit Anselm. in lib. de similitud. & indè est, quod etiam promittentibus gratiæ aguntur, vt dictum est. Tertiò quiè per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bonum pertinet ad perfectionem virtutis, vt patet per Philosophum in 2. Ethic. sicut etiam peccare mente obstinata aggrauat peccatum in Spiritum Sanctum, vt suprà dictum est.*

Nec enim imaginari debemus quod agens actum Virtutis ex voto, agat illum tanquam coactus, & inuitus; quiè vt respondit idem D. Thom. *loc. cit. ad* 1. = *Necessitas voti per immobilitatem fit voluntatis; Vndè & voluntatem confirmat, & deuotionem auget;* Vndè *in Responsione ad* 2. intulit, Angelicæ verè subtilitate, quod etsi quis actum virtutis, ad quem tenetur ex voto, operetur cum tristitia, dummodò tamen voluntariè illud operetur, adhuc opus erit ei magis meritorium, quàm si illud aliàs sine voto, & alacriter exequeretur ibi = *Necessitas voti in ijs, qui sunt benè dispositi in quantum voluntatem confirmat, non causat tristitiam, sed gaudium; Vndè Augustinus dicit in Epist. ad Armentarium, & Paulinam, non te vouisse paniteat, immò gaude, iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Si tamen illud opus secundum se consideratum triste, & inuoluntarium redderetur post votum, dum tamen remanet voluntas votum implendi, adhuc est magis meritorium, quàm si fieret sine voto, quiè impletio voti est actus Religionis, quæ est potior virtus, quàm abstinentia, cuius actus est ieiunare* =. Quamobrem si obseruantia regularis (præcisò etiam voto) ob finem supernaturalem non potest non esse obseruantia heroica; quanto magis erit talis si fuerit practicata ex obligatione Voti solemnis!

Ostenditur insuper Charitas heroica Ven. Serui Dei ex continua oratione, cui frequenter, & veluti continuò vacauit. Continua enim, & feruida oratio signum heroicæ charitatis est, D. Augustin. de Orat., S. Bernard. *de Vit. solitar.*, S. Ioannes Chrysostomus

Digitized by Google

in Act. Apost. Epist. 12. homil. 26. ibi = *Magni Amoris indicium oratio est* = Scacch. *de not. & Sign. Sanctit. sect. 5. cap. 4.*, Card. de Laur. *sup. 3. sent. tom. 2. disp. 32. art. 11. num. 298.* Matt. *de Canoniz. part. 2. cap. 5. num. 28., 29., & seqq.*. Eo quià, vt mox probabimus Ven. Dei Servus orabat indesinenter, ita quod parum somno indulgeret : ad propositum ipsius scripsit Gisbert. *Serm. 2. sup. Cantic.* inter opera D. Bernardi, ibi = *Amantis anxietas illum dormire non sinit, somnolentias excutit, vigilias inducit, amor de quiete ipsa inquietus redditur.* D. Laurent. Iustin. *de Cast. Connub. pag. 270. litt. A.* ibi = *Quo enim pacto valet dormitare qui diligit?* & infrà = *Verus, & perfectus amor non præstat palpebris dormitationem.*

Quod autem Servus Dei esset maximè deditus orationi, & contemplationi, ità quod nocte parum dormiret ad vigilandum coram Domino, probatur ex *Summario num.* 13., vbi septemdecim Testes, & plerique de visu id asseruerunt, qui certè generaliter loquti non sunt, dum tempus, loca, & durationem, aliasque circumstantias individuarunt, vt ex Iuribus vulgatis habetur.

Crescitque robur huius discursus, animaduertendo, quod Ven. Dei Servus frequenter in oratione patiebatur Exthases, & Raptus, *Summario pag.* 103. §. 2., vbi VI. Testis Apostolicus Proc. S. Sebastiani ibi = *Esso Testimonio, che staua con lui nella medesima Casa il vidde più volte rapito, & eleuato da Terra sospeso in aria per più di due palmi alto &c.*

Et Testis XIV. pariter Apost. eiusdem Proc. *Sum. pag.* 108. §. 1. ibi = *Che detto Padre dicendo Messa molte volte staua eleuato da Terra quasi vn palmo, & altre volte stando detto Padre in oratione in vn Corridore, che andaua verso la Cappella, di doue si vedeua l'Altar Maggiore della Chiesa, il vidde il Testimonio eleuato da Terra, e quando il vedeua nella Messa era nel tempo della Consagrazione; Il che sà il Testimonio, per auerlo visto cogli occhi proprj, seruendoli Messa &c.*

Et Testis XXIV. similiter Apost. *Summ. pag.* 109. §. 4., & 6. = *In tutto questo tempo del pericolo che furono tre giorni, con tre notti continue, stette in orazione nel Capitello del Vascello inginocchiato colle mani alzate al Cielo; Et in questa occasione alcune volte il Testimonio il vidde sospeso in aria; & in questa forma stette li detti tre giorni, e tre notti senza mangiare, ne bere &c.* Et §. 6. = *Che sà per auerlo visto cogli occhi proprj, che detto Padre era eccellente nell'Orazione, nella quale il vidde il Testimonio alcune volte eleuato da Terra in aria, siccome già hà detto auerlo visto nel Vascello &c.*

Et Testis XXXIV. Apost. *Summ. pag.* 110. §. 8. ibi = *Et esso Testimonio il vidde in estasi orando, e tirandolo per fargli l'imbasciata d'alcune persone, che veniuano per trattare con detto Padre, non se ne risentiua, stando come alienato da sensi. Ilche esso Testimonio vidde &c.*

Et Testis VI. ex Proc. Apostolico Oppidi S. Pauli *dicto Summ. pag.* 111. §. 17. = *Ch'era eccellente nell'Orazione, e che esso Testimonio il vedeua rapito come in estasi eleuato da Terra; E ciò alcune volte &c.*

Et Testis XVIII. eiusdem Proc. *Summ. pag.* 112. §. 24. = *Che sà che fù Vomo di molta orazione, nella quale aueua rapimenti, & este-*

Digitized by Google

& estasi, e che esso Testimonio una volta &c. il vidde eleuato da terra, mentre staua detto Padre orando &c.

Et Testis XX. Proc. Inform. Bahyen. *Summ. pag.* 114. §. 27. = *Et dum dictus Pater Hostiam eleuaret, illum vidit eleuatum è Solo per palmum circiter &c.* : idipsum deponentibus multis alijs Testibus eodem *Summario à pag.* 108. *vsque ad* 114. de aud. à viden.

Hoc autem posito, novum emergit heroicæ charitatis argumentum; quandoquidem Extases, & multò magis raptus cum eleuatione à terra sunt signa charitatis heroicæ, S. Dionisius *de Diuin. Nom. in Pharetr. Diuin. Amor.* apud Schacc. *de not.*, & *sign. Sanct. pag. mihi* 605., & 613., quià reuerà sunt eiusdem heroicæ charitatis effectus, D. Thom. 1. *par. quæst.* 20. *art.* 2. *ad* 2., & *quæst.* 175. *art.* 2. *in Corp.* & 1. 2. *quæst.* 28. *art.* 3. *in Corp.*, & *sup.* 3. *sent. dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 4. Et quod regulariter eiusmodi supernaturales passiones signa sint irrefragabilia heroicæ Sanctitatis, docuit idem S. Thom. 3. *par. quæst.* 57. *art.* 3. *ad* 2., Castellin. *de certitud. glor. Sanct. cap.* 6. *pag.* 346. *num.* 12., Contilor. *de Canon. Sanct. cap.* 14. *num.* 27., P. Mattheucc. *pract. Theol. Canon. tit.* 3. *cap.* 3. *art.* 1. *num.* 10.

Nec prò vlteriori heroicæ charitatis indicio spernendæ sunt quotidiana Missæ celebratio, & compositiones spiritualium Canticorum. Etenim quoad primum ita discurrit Matt. *de Canon. Sanct. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 43. = *Tertiò* (loquitur de probatione heroicæ charitatis in Deum) *ex quotidiana Missæ celebratione, & frequenti augustissimi Sacramenti Eucharistiæ perceptione. Cum proprius effectus huius Sacramenti sit conuertere hominem in Christum*, D. Thom. *in* 4. *dist.* 10. ex D. Ioanne 1. 56. *sup. illa verba* = *qui manducat meam Carnem &c.*, D. Antonin. *in Summ. part.* 3. *tit.* 14. §. 2. ibi = *Qui quotidiè Carnem Christi manducat, semper est in Dei gratia, & Deo intimè vnitus.* Quod autem Ven. Dei Seruus quotidie Missam celebraret, habetur *Summ. num.* 19. *per totum* ex Testibus de visu.

Quantum verò ad secundum, exploratum quoque est, quod frequentia colloquia de Deo sunt signa heroici Amoris erga ipsum, idemque planè de scriptione concluditur, D. Thom. *in Opusc.* 6. Card. de Laur. *in* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 32. *art.* 12. *num.* 203. S. Laur. Iustinian. *de Lign. Vit. pag.* 50. *cap.* 11. ibi = *Est aliud signum, quo Dei amator dignoscitur, scilicet cum de Deo libenter loquitur; nam hic Amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere nequeant, sed necessarijs, & charis suis efferunt, & prodeunt, ac flammas suas intrà pectus suum tegere, & cohibere non possunt; enarrant frequenter, vt ipsa assiduitate narrandi solatium amoris sui capiant, & refrigerium immensi Amoris assumant.* Suppolita autem hac doctrina parui faciendæ non sunt hæ cantjcorum spiritualium compositiones, ex quibus Ven. Dei Servus solatium Amoris sui capiebat; & de quibus constat per opportunos Testes de Visu datos *Summario num.* 11. *per tot. pag.* 95., & *seqq.*

In nihilo refragante si in contrarium respondeatur, quod eiusmodi actus, nempè quotidiana Missæ celebratio, & scriptiones eiusmodi cantionum sint communes plurimis Iustis; quià præterquamquod tales Actus sunt quidem veluti materialiter communes alijs iustis, sed non formaliter; quià non omnes Iusti quotidie celebrant

Digitized by Google

brant cum eâ extraordinaria deuotione, cum qua Ven. Dei Seruus celebrasse asseruerunt Testes *loco citato*, & præterquamquod non omnes Iusti Cantiones spirituales scribant cum eo feruore, & redundantia Amoris, sicuti id faciebat Dei Seruus: nos non prætendimus ex his dumtaxat capitibus siuè seorsim, siuè coniunctim acceptis, venari heroicitatem charitatis Ven. Serui Dei, sed ex ijs, iunctis cum alijs hactenus ponderatis in nostra informatione, ac in præsenti Responsione.

Sed quatenus etiam plures Iusti in eisdem circumstantijs hæc omnia fecerint, quæ fecisse Ven. Dei Seruum probauimus; non propterea minuitur eius virtutum heroicitas. Diceremus enim intrepidè in eo casu, omnes fuisse Heroes, absque eo quod timeremus id asserere propter datam talium Iustorum multitudinem, quemadmodum decem millibus Martyribus, ac vndecim millibus Virginibus multitudo non obfuit, quin vt Heroes, ac Heroinæ à Sancta Romana Ecclesia adorentur. Nec quia tot millia Martyrum in confessione Christi occubuerint, Martyrium desinit esse actus in superlatiuo gradu heroicus; Nec quia tot millia Virginum constanter pro Virginitate certauerint, Virginitas desinit esse actus heroicus. Igitur, quamuis inter claustrales recessus, plurimi Iusti, ea quæ noster Ven. Dei Seruus fecit & ipsi fecerint, non propterea illius decrescere debet Sanctitatis opinio ob sanctam istorum æmulationem; Immo de omnibus illis potest iure merito affirmari, sicuti de singulis Sanctis Confessoribus, & Pontificibus Sacrosancta canit Ecclesia = *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi &c.*

CAPVT VII.

De Charitate heroica Ven. Serui Dei erga Proximum.

NIhil quoad heroicam extensionem theologicę huius virtutis hæsitari posse censuimus; Cum ipsemet Reuerendissimus Fidei Promotor rationabiliter refragari non valuerit, quod ea, quæ in nostro Summario deducta sunt, mereantur considerationem non modicam. Et certè vel solum Missionarij munus laudabiliter ab eo exercitum per quadraginta duos annos sufficit ad intentum. In primis enim Missionarius arduum respicit opus, vt Saluator ipse manifestauit *Matth.* 10. quando enumerauit omnia ferè pericula, casus, & mala, quibus Apostoli in Euangelij prædicatione erant sese exposituri, vt à mittendorum cordibus error omnis, ac torpor auferretur. Sunt insuper, ac meritò appellantur Legati Christi 2. *ad Cor.* 5. 20. ibi = *Pro Christi legatione fungimur tamquam Deo exhortante per Nos: Gloss. interlin.* ait = *Vice Christi, qui fuit Legatus Dei, vel pro Christo, ideſt pro honore Christi*: S. Hieronymus ibi ait = *Christi Vicelegati sumus Dei*. Quanta autem, & qualis sit Regij alicuius Legati dignitas, indè patet, quod repræsentat Principem, & est Principis velut simulacrum, & sicut ipse

Prin-

Digitized by Google

Princeps honorandus; Et qui in Legatum peccat, in Principem peccat. Rursus ex D. Paulo ex 1. *ad Cor.* 4. 1. = *Sic nos existimet homo vt Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei*: quod explicans *clar. mem. Card. de Laur. sup.* 3. *Sent. tom.* 3. *pag.* 3. *disp.* 18. *art.* 3. *num.* 42. scripsit ibi = *Excelsus quidem bonos esse Ministrum primarium Christi, & dispensatorem Mysteriorum Dei. tales sunt Missionarij, qui Christi nomine ab eius Vicario in ministerium conuersionis hominum, & Ecclesiæ dilatationis mittuntur, & Mysteria, idest secreta Dei nescientibus pandunt, & saluifica Sacramenta ministrant*; Et cap. 3. 9. ait Apostolus: *Dei enim adiutores sumus*. O' præcellentem *Missionariorum dignitatem, qui Deum ipsum in saluandis Animabus adiuuant*. Ibidem ait.

Non sine fundamento Scripturæ, & Sanctorum, magna cum probabilitate dici potest, quod Missionarijs sedulò, & propter Dei Gloriam, & Proximorum salutem in eo munere laborantibus, ac decedentibus sit præparata corona specialis, seu aureola Doctorum, aut etiam Martyrum desiderio, si verè mori parati erant pro Fide &c.

Quod probat ex testimonio S. Cypriani, & postea subdit *num.* 48. ibi = *Igitur à Cypriano Ministerium prædicantium fidem æquiparatur muneri Confessorum, qui ad Martyrium sunt dispositi; dummodò & ipsi Prædicantes inter Infideles sint etiam parati mortem obire prò Fide. De ijs enim dici posse videtur, quod non Martyrio voluntas, sed voluntati Martyrium defuit; Sicut de S. Martino Turonensi Episcopo canit Ecclesia = O' Sanctissima Anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen Martyrij non amisit. Certè Missionarij dum Infidelium Terras pernadunt, innumeris persecutionibus, atque periculis, calamitatibus, & ærumnis prò Fide Christi dilatanda se exponunt, & in voto decedunt Martyres, si efficacem habebant voluntatem patiendi prò Christo. Quicquid tamen de hac aureola probabile sit, CVM CHARITAS IN DEVM, ET PROXIMVM IN HIS EXCELLENS SIT EX SALVATORIS ORACVLO; MAIOREM CHARITATEM NEMO HABET, QVAM VT ANIMAM SVAM PONAT QVIS PRO' AMICIS SVIS: & ipsi periculo ponendi eam se expenunt: Maximum eis paratum præmium in Gloria æterna confitemur. Pro ijs enim dicturus est Saluator = Volo Pater, vt vbi Ego sum, illic sit & Minister meus. Et si alia deessent motiua, hoc charitatis est præcipuum, quæ Imitatorem Christi facit. Ideo Chrysostb. ad illa Pauli verba cap.* 1. *ad Cor. Imitatores Dei estote, sicut & Ego Christi, in Homil.* 25. *cap.* 19. scripsit = *Hæc perfecta Charitatis regula est, hic certissimus terminus: hoc supremum omnium cacumen quærere: quæ communem omnium comprehendat vtilitatem, quod ipse significans addidit = Sicut Ego Christi = Nihil enim potest nos adeò imitatores Christi facere, vt Proximorum cura; & homil.* 34. *in Matth.* dicit = *Vt scias quantum bonum sit cum salute nostra, & alios lucrari, audi Prophetam ex Persona Dei dicentem = Qui educit pretiosum à vili quasi os meum erit. Quid est hoc? qui ab Errore ad veritatem manu duxerit = à peccato ad virtutem proximum induxerit pro virili humano me imitatur &c.*

Verricell. de Apost. Missio. Prolegom. quæst. 1. *num.* 15. ibi = *quamuis soli illi Apostoli nuncupentur in Ecclesiasticis tabulis, qui Populos conuertirunt ad fidem, tamen eodem Apostoli titulo honorantur = Sacris*

ceris Scripturis ij omnes, qui licèt paucos, aut nullos conuerterint, tamen ab Apostolica Sede missi summis laboribus, ac periculis Sanctissimæ Vitæ exemplo ac Dei verbo Infideles, Schismaticos, & Hæreticos ad Catholicam venire fidem conati sunt &c. quod pluribus Sacræ Scripturæ testimonijs demonstrat, & indè concludit : *Ergo recte ab Apostolica Sede ad prædicandum missi; Apostoli titulo decorantur.* Et infrà *num. 15. in fin.* ibi : *Denique Missionarij, qui Apostolica quidem virtute laborarunt, non tamen Populos ad fidem conuerterunt, non ità propriè sicut præcedentes, Apostoli titulo decorantur.*

Et hæc omnia dicta sint, vt opus ministerij assumpti à Ven. Seruo Dei, opus fuisse heroicum demonstraremus; quod ex authoritate tantorum Doctorum constare credimus. Constito autem, quod assumptio status Missionarij sit actus heroicus, perseuerantia in illo erit perseuerantia in statu heroico; Et consequenter, si constiterit, quod Ven. Dei Seruus Missionarij munus gesserit vsque ad obitum, & quod illud laudabiliter gesserit, denegari non poterit fulgor heroicitatis. Maximè quia fuit in executionem quarti Voti. Actus autem facti in adimplementum Voti sunt magis meritorij, & perfecti iuxta dicta *Cap. præcedenti.*

Quod autem Seruus Dei assumpserit munus Missionarij, & in eo perseueraverit vsque ad obitum, res notoria est, & quæ non indiget probatione, eo quod perspicuè legitur *Summario num. 4. pag. 2. §. 2. & num. 5. per totum.* Momentum igitur est, quod ostendatur, eum laudabiliter se gessisse in assumpto opere Ministerij: Quod quidem luce meridiana clarius ostenditur ex eo, quod veluti continuò vacaret orationi, vt suprà dictum est *Summario num. 13. pag. 103., & seqq.* ex eo, quod exactissimè seruauerit præcepta Dei, & Ecclesiæ, Vota, & Institutum sui Ordinis, *Summario num. 20. pag. 129.* Ex eo, quod eximio Zelo exarserit Animarum, *Summario num. 15. pag. 114.*, Ex eo, quod incessanter esset in exercitio concionum pro reducendis ad bonam frugem Peccatoribus, & Infidelibus ad gremium S. Matris Ecclesiæ, *Summario num. 15. & 16. pag. 114.* Ex eo quod plures, immò plurimos conuerterit ex Infidelibus *dicto Summario num. 16. per totam.* Ex eo, quod nudipes per longinqua itinera processerit, quod cum discrimine propriæ Vitæ ad Terras ipsorum Infidelium accesserit, *Summario num. 8. pag. 32.* Ex eo, quod incessanter Martyrium desideraverit, *dicto Summario à num. 7., & 8. per totam à pag. 29. & seqq.*; Ex eo, quod carnem suam macerauerit, *Summario num. 23. à pag. 139.*; Et ex eo, quod erga hæc omnia suam Deus demonstrauerit complacentiam, dum signis propè innumeris eum fecit in theatro Ecclesiæ militantis claréscere, quod constat ex sæpecitato *Summario num. 9. pag. 36., & plur. seqq.*

Præter omnes recensitos actus, habetur etiam *Summario num. 15. pag. 114.* quod Ven. Dei Seruus passim Pueros, & Adultos, Pauperes, & quoscumque Idiotas summâ patientia erudiebat, & in viam dirigebat salutis. Sacramentum Pœnitentiæ omnibus ministrabat, & signanter Infirmis. Discordias inter Christianos componebat. Pacem cum eorum hostibus cum propriæ etiam Vitæ discrimine procurabat. Quæ quidem omnia, teste Iudicato Eminentissimo Doctore Card. de Laur. *Sup. 31. Sent. Com. 2. disp. 30.*

art. 12. num. 372. heroicæ charitatis ergà Proximum signa sunt, ibi = *ex his ergo, vel similibus Charitatis, Metanis, sive Misericordiæ in Proximum officijs evidentissimè colligi, & concludi potest, an alicuius Charitas in Proximum fuerit heroica. Eiusmodi enim opera nec passim, nec à multis præstari videmus; ideoque supra cæteros homines operari videtur, qui similia agit.* = *& num. 361.* ibi = *Charitas heroica ea dicenda est, quam Christus & docuit, & exercuit; Sed exercuit, & docuit dilectionem Proximi in procurandis eius salute spirituali etiam cum Vitæ iactura, Ergo &c.*

Hæc sufficiunt, & planè superabundant ad demonstrandum, quod Ven. Dei Servus fuerit Heros in Charitate, etiam quoad secundariam huius Virtutis habitudinem. Sed ne aliquid desit ad rei integritatem, spectandi sunt Testes *Summario num. 17. pag. 116.*, qui specificis actibus commemoratis indubiè concludunt, ipsum in temporalibus quoque suos heroicè Proximos dilexisse. Ex quo, nonnullas Mulieres captiuas redemerit, se ipsum transferens ad Infidelium, ac Barbarorum Regiones; ibique diù permanens ad concludendam pacem obses aliquando fuerit: Ex eo, quod Infirmos frequenter visitaret, eosque curaret; ac necessaria suppeditaret, collectis ad hunc effectum piorum Eleemosinis; quas etiam Viduis, alijsque omni præsidio destitutis Mulieribus subministrabat. Ex quo Carceri mancipatis, cibarijs, tutela, ac solatio assisteret. Nec faciens Animam suam pretiosiorem quam se; epulas pro se Infirmo paratas alijs suæ domus Infirmis distribuit, cum Superior esset, frequenter iusserit. Ex quo, siue Subditus, siue Prælatus esset, se coadiutorem Infirmarij fecerit; propterea quæ integras transigeret haud sæpè noctes, vt promptiùs Infirmorum necessitatibus accurreret. Quæ omnia cum extraordinaria alacritate præstiterit, Virtutem in gradu non communi, sed extraordinario pariter, & heroico possedisse irrefragabiliter censendum est, ex alibi fusè traditis.

Cumque quoad supradicta opponi minimè possit, quod Testes locuti sint genericè, quia actus particulares quoad speciem individuam sunt, vt sapientissimi suffraganes recognoscere in Summario dignabuntur: Nulla superest euasio Reuerendissimo fidei Promotori, nisi ea, quam suprà cap. 1. exclusimus, de Testium assertâ singularitate: quæ quidem preter ibidem in Iure deducta, excluditur in facto; quia ex vna parte quoad eosdem actus in specie plures sunt contestes, & ex alia individuatio casuum particularium pertinet ad causam Scientiæ; Cum id quod à nostrorum Processuum Testibus principaliter probari intenditur sit Charitas Ven. Serui Dei in Proximum: non verò illi actus in individuo, qui à prædictis Testibus adducti sunt in causam scientiæ; Ideoque si quæ vnquam esset singularitas, tota se teneret ex parte huius, non autem parte eius, quod principaliter probari intenditur.

CA-

CAPVT VIII.

De Prudentia.

PRobata semel (vt hucusque factum) heroicitate Charitatis Dei, & Proximi, quæ in Ven. P. Anchieta refulxit; nihil addendum opus esse videbatur circa cæteras virtutes; Primò, quia, vt ait Christus Seruator Noster Matth. 24. 40. : *In his duobus vniuersa Lex pendet, & Prophetæ*: ideſt, vt explicat A Lapide : *Omnia misericordiæ, cæterarumque virtutum naturalium, & supernaturalium præcepta ad hæc duo referuntur; in eisque continentur; nam præcepta Fidei, Spei, Charitatis, Religionis continentur in præcepto dilectionis Dei; Præcepta verò Iustitiæ, Veritatis, Fidelitatis, Amicitiæ, Misericordiæ, Gratitudinis, & cæterarum continentur in præcepto dilectionis Proximi*; Et D. Paulus ad Rom. 3. 10. : *Plenitudo legis est dilectio*; & ibidem C. 13. V. 8. : *Qui diligit Proximum, legem implevit*; & ad Colloſenſ. 2. 14. : *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis* : ideſt vt docet Theophilactus cum Theodoreto, Œconomico, & D. Anſelmo : *Charitas vnit omnes virtutes, completque totum Corpus perfectionis Christianæ, quod in aggregatione Virtutum Christianarum consistit*. Secundò quia, vt docet D. Thomas *quæſt.* 65. *art.* 1. D. Bonauentura *in 3. diſt.* 36. *quæſt.* 3. virtutes, maximè in gradu heroico, ita ſunt inter ſe connexæ, & concatenatæ, vt vna ſine alijs conſiſtere vix poſſit. Optimè D. Auguſtinus 3. 6. de Trinitate 14. : *Virtutes, quæ sunt in animo humano, nullo modo separantur ab inuicem*; Ex Epiſt. 28. *Omnibus Philosophis placuit dogma de inseparabilitate virtutum*. Attamen vt clarius innoteſcat Ven. Patris perfectio, & heroicitas in omni genere virtutum, præter dicta circa virtutes Cardinales, eiſque annexas, in Informatione *à pag.* 34., & in *Summ. à pag.* 24. *&* 121. aliquid vlterius circa ipſas delibabimus; & primò de Prudentia, quæ eſt fax illa Phebeæ Lampadis inſtar, quæ vniuerſas virtutes dirigit, & ad ſuos fines aptè, & rectè diſponit.

Prudentia igitur, vt ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 47. docet Scacch. *de ſignis Sanctitatis ſect.* 4. *cap.* 1. *pag.* 236. duas habet ſpecies, alia priuata, quæ dirigit propias vniuſcuiuſque actiones ad debitum finem, alia publica, ſeu gubernatiua, quæ aliorum actiones ad debitum finem, qua conſilijs, qua exemplis, dirigere ſolet; vtraque eſt virtus eminens, & heroica; Eminentior tamen gubernatiua, quia animata à charitate, & à Diuino Spiritu dono conſilij directa, vt ait D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 52. *art.* 21. : *Fit potens dirigere ſe, & alios*. Primam Prudentiæ ſpeciem habuiſſe Ven. Seruum Dei, euidenter patet ex *Summ. à pag.* 21. vnde euidenter conſtat Ven. P. vt poſſet conſequi æternæ Beatitudinis finem, ad quem fuerat creatus, non ſolum laudabilem in ſæculo egiſſe vitam, ſed vt ſecurior de illius aſſecutione eſſet, ingreſſum fuiſſe Societatem Ieſu, in illaque non ſolemnem, & ſolemnem egiſſe profeſſionem, & ſe Miſſionibus Infidelium denoniſſe, in illiſque

Digitized by Google

vsque ad extremum halitum perseueraſſe, quæ electio mediorum ad ſuum finem conſequendum non poteſt eſſe prudentior, cum nulla inueniri poſſint media, quæ maiorem cum conſecutione finis connexionem, & proportionem habeant, iuxta Chriſti Domini ſententiam 4. = *Si vis ad Vitam ingredi, ſerua mandata*; & multo magis, quia exactæ mandatorum obſeruantiæ, obſeruantiam exactam adiunxit Votorum, conſiliorum, & regularum; quæ eſt muralis antemurale.

Addi poteſt huic aliud non infirmum argumentum prudentiæ heroicæ Serui Dei, nempe indicium Societatis, quæ poſt triplicem Nouitiatus annum, & ſeptendecim annorum duriſſima experimenta, illum promouit ad gradum Profeſſi Solemnis quatuor Votorum, quales autem ſint qualitates, animi dotes, & Virtutes illorum, qui ad hunc ſupremum in Religione gradum promouentur, videre licet in Bulla Iulij III. *Expoſcit debitam*, data 20. Iulij 1550. ibi = *Iudicauimus etiam ſtatuere, ne quis ad Profeſſionem in hac Societate emittendam, niſi diuturnis, & diligentiſſimis probationibus eius vita, & doctrina explorata fuerit, recipiatur; quia reuera hoc Inſtitutum omnino humiles, & prudentes in Chriſto, & in Chriſtianæ Vitæ puritate, ac literis conſpicuos Viros exigit.* Conſonat Bulla = *Aſcendente Domino* Gregorij XIII., data 23. Iunij 1584. ibi = *Qui ad profeſſionem quatuor Votorum admittendi ſunt, eos Viros omnino humiles, ac prudentes in Chriſto, & in vitæ puritate, ac literis conſpicuos, diuturniſque, ac diligentiſſimis experimentis probatos, atque Sacerdotes, & in Miniſterijs huiuſmodi prius diù, multumque verſatos, vocatio hæc requirit, vtpote quos ardua maneant miniſteria.*

Eadem heroicitate floruiſſe Dei Seruum in Prudentia gubernatiua, multiplici comprobatur argumento. Primò ex dono *Conſilij*, quo peccatores etiam obſtinatiſſimos mira dexteritate ſibi diuincebat, & ad Deum conuertebat, vt patet ex *Summ. Num. 7.*, & *pag. 112.* ex depoſitione Teſtis XXXVIII.; quo inimicos reconciliabat, inimicitias ſopiebat, & diſſentiones ſedabat, vt ex *Summ Num. 12. 15., 16., 18.*, & *pag. 121.* Quanta verò, & quàm inſignis Prudentia neceſſaria ſit ad extinguendum vindictæ ignem, & ad inimicos vinculo charitatis coniungendos, nemo eſt, qui ignoret, & ideo ex hoc ſolo capite Eccleſia Sancta vniuerſum confecit Elogium S. Elisabethæ Reginæ Luſitaniæ.

Secundo ex electione ad gubernandum, non ſolum domos, & Collegia, ſed vniuerſam Prouinciam Braſilicam, Societas namque IESV optima gnara quod *Nihil ſit*, vt ait Tridentium *c. 1. de Reformatione ſeſſ. 22. quod magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm ſuperiorum Vita, & exemplum*: ad gubernia non promouet, niſi Viros prudentia, & probitate eminentes, vt relatur in Patentibus Literis ad ipſos datis, dicendo = *Cum de tua probitate, & prudentia multum in Domino confidamus &c.* Rem ex modo gubernandi æque Sancto, ac prudenti, vt deponunt Teſtes *In Summario num. 5. pag. 23. & 24.*, ac ex illius diuturnitate; Nam vt affirmat P. Petrus Leytao *in Summario pag. 121.*, per vndecim annos Prouincialem egit Prouinciæ Braſilicæ, quæ diuturnitas ſignum eſt, euidens heroicæ illius prudentiæ, cum per tot triennia illi prorogata à Societate, fuit ſuprema gubernandi

in

in tam dissitis Regionibus potestas cum raro, & amplius, quod sciamus, vnquam viso exemplo.

Tertiò denique ex Conuersione tot Barbarorum ad vitam ciuilem, & Infidelium ad Fidem Catholicam; heroica namque necessaria erat prudentia ad ciuilizandas, & conuertendas gentes illas adeo efferatas, vt nullum illis esset sapidius obsonium, quàm humanæ carnes, nullus delicatior haustus, quam tepens sanguis ex humanis scaturiens venis, & adeò rudes, & barbaras, vt dubitatum fuerit an essent Animalia rationalia; & has gentes truncis, & duro robore natas, has feras indomitas, & ab humano consortio aborrentes, primò homines postea Christianos fecit Ven. Dei Seruus, & constat ex vniuerso Summario, vbi legitur, quod non Vnum, aut plures, sed magnam istarum belluarum cateruam, integrosque Pagos ad fidem conuerterit non absque euidenti vitæ, cuius semper fuit prodigus, discrimine, & quæ Prudentia non ne heroica necessaria erat ad has Diuinas efficiendas Metamorphoses? Ita quidem ait *Scacch. de not. & sig. Sanctit. sect. 4. art. 1. pag. 238.* his verbis = *Prudentiores censendi sunt illi, prudentia quidem heroica, qui neglecta solitudine, actus ciuilis prudentiæ exercent, vbi Dei gloriam exposcere id viderint, etiamsi intelligant vocari se in capitis discrimen, sicuti Apostoli, & Martyres.*

CAPVT IX.

De Iustitia heroica Ven. Serui Dei.

COmpertam habebimus Virtutis huius heroicitatem in P. Iosepho Anchieta, si nonnullarum eius specierum extraordinariam excellentiam probauerimus.

Porrò incipiendo à Religione, quæ est species principalior (quamuis imperfecta, ob æqualitatis defectum) in linea Iustitiæ legalis & quæ dicitur partis ad totum, seù magis explicitè, Hominis ad Deum. Releuantia autem huius Virtutis in concreto Ven. Serui Dei, manifestè se prodit; Primo in Orationis assiduitate, de qua deponunt Testes *Summario num. 13. pag. 103.* vbi.

VI. Testis &c. *Proc. Apost. S. Sebastiani* = *Che sà di certo auer detto Padre eccellentissima Carità verso Dio, il che mostraua nella continua oratione, e prattica con Dio; & esso Testimonio che staua con lui nella medesima Casa, il vidde molte volte rapito, & eleuato da Terra sospeso in aria per più di due palmi alto; e per la medesima communicazione sà, che detto Padre per l'ordinario non dormiua altro che vn'ora la notte, consumando tutto il restante di essa in Oratione &c.*

Testis III. *Ex Proc. Inf. S. Sebastiani* = *Quod dictus Pater fuit insignis virtute Christianæ Religionis &c. die ac nocte meditando, & orando, & genuflexo contemplando, prout ego per illum multoties fieri vidi dum esset Orationi, & contemplationi nimis deditus &c.*

VI. Te-

Digitized by Google

VI. Teſtis *eiuſdem Proc. Inf. Summario pag.* 105. §. 13. = *Me ſcire quod dictus Pater fuit vir inſignis Chriſtianæ Religionis &c. fuitque nimis orationi deditus, nocte ac die meditando, & in contemplatione genuflexo exiſtendo, quod ſcio ex eo quod multoties cum illo iter feci, & ſupradicta vidi &c.*

VIII. Teſtis &c. *ibidem* §. 14. = *Me ſcire dictum Patrem fuiſſe Virum inſignem in Virtute Chriſtianæ Religionis &c. nocte ac die genuflexum orando, contemplando, & meditando: quod ſcio, quia cum eo particulariter tractaui, & ſatis parum dormiebat &c.*

IX. Teſtis &c. *ibidem* §. 15. *me ſcire, quod d. Pater fuit vir inſignis virtute Chriſtianę Religionis &c., maiorem diei partem, & ferè noctis meditando, contemplando, & genuflexo orando; quod ſcio ex eo, quia prædicta hiſce oculis vidi &c.*

XVI. Teſtis &c. *Ibidem* §. 16. *quod dictus Pater fuit inſignis in virtute Religionis &c., meditando die, ac nocte, orando, & multoties vidi Ego Teſtis dictum Patrem ſe experge facere nocte ad orandum, & preces effundendum in Eccleſia genuflexum; quod ſcio ex eo quià ita hiſcè oculis vidi &c.*

Et ita conformiter ſe ſe explicarunt alij octo Teſtes de viſu *dicto Summario num.* 13. *per totum*.

Satis ergo dignoſcitur quod omnes Iuſti orant quidem, ſed non cum tanta frequentia, & aſſiduitate, vt horam dumtaxat noctis indulgeant quieti. Et propterea, quantum ad hanc partem Ven. Dei Seruus menſuram ordinariæ, & communis Religionis exceſſit: effulſit ergo ille in gradu heroico; cum ex toties dictis gradus heroicitatis ab inferioribus gradibus diſcernatur per hoc, quod vir extraordinaria quadam, & non communi excellentia virtutis actus exerceat.

Sed nihilominùs hæc frequentiſſima oratio, cui Ven. Dei Seruus diù noctuque vacabat non eſſet maximum Iuſtitiæ ipſius, ſi talis eius oratio non fuiſſet exercita cum maxima deuotione. Qualis autem fuit hæc eius deuotio apertiſſimè deprehenditur ex frequentiſſimis Extaſibus quas patiebatur cum eleuatione à Terra; eiuſmodi enim demonſtrationes prodigioſæ maximam Serui Dei deuotionem in orando concludunt, ex traditis per D. *Thom.* 3. *par. quæſt.* 57. *art.* 3. *ad* 2. Contilor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 14. *num.* 27.

Quod materiali etiam demonſtratione conuincitur ex callis, quibus genua indurauerat. Homines autem virtute Religionis præditi in gradu communi, orant quidem, & deuotè, ſed tales cruciatus regulariter non admittunt, cum ad eos minimè teneantur.

Creſcitque in immenſum motiuum heroicitatis Iuſtitiæ Ven. Serui Dei ex obſeruantia exactiſſima Votorum ſuę Religionis; quemadmodum enim talium votorum ſolemnis emiſſio irrefragabiliter actus reputatur heroicus ex iam ſuprà præmiſſis, ita practica continuatio, & ſancta perſeuerantia in eadem voluntate, cum exacta promiſſorum obſeruantia, heroicum eſt, ſecundum quod docuit D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 137. *art.* 1. *in Corp. & ſeqq.* Coll. *Salamantin. in curſ. Theol. tom.* 3. *in Arb. præd. Virt.* §. 12. *à n.* 104.

Abſque eo quod quicquam turbet conſueta reſponſio, quod nimirùm ſi ſolemnis Votorum ſubſtantialium emiſſio eſſet actus heroicus, & firma perſeuerantia in illis pariter heroicum quid præſeferret

Digitized by Google

iuxtà modo dicta, innumeri planè essent heroes in Ecclesia Dei, & tot essent canonizandi, quot essent claustrales solemniter professi in osculo Domini obeuntes. Retunditur enim hæc frivola responsio, quia optimè stat, quod actus professionis solemnis sit actus heroicus, & quod nihilominus non omnes professi, quamuis in Claustro perseuerent, sint canonizandi vt heroes. Heroicitas enim requisita ad Canonizationem non consurgit ex vno dumtaxat actu; Nec in hoc aliquam facimus vim, quià benè nouimus, innumeros esse Regulares, qui Claustrali militiæ nomen dederunt, & quotidiè Sacra Vota spondent. Sed vis in eo stat, quod exacta perseuerantia in ea voluntate vnàcum alacri, & expedita obseruantia promissorum coniuncta moraliter cum eo actu, & numquam ab ipso interrupta habitualem heroicitatem constituit; vt ratione doni perseuerantiæ ex D. Thom. nuper firmauimus. Cum enim professio solemnis non sit de præcepto, sed de consilio Euangelico, opus supererogatorium est; Vndè bona opera omnia, quæ à Seruo Dei Regulari fiunt ad implementum suorum Votorum supererogatoria sunt in radice, nec aliàs necessaria ad salutem, nec ad solemnem Canonizationem consequendam; Cum plurimi sint, qui Canonizati sunt Confessores, absque eo quod Euangelica consilia seruauerint saltem ex voto, vt notorium est. Meritò igitur contendimus. quod si Noster Ven. Dei Seruus Sacra Vota, & instituta suæ Religionis exactè seruauerit inter Christianæ perfectionis Heroes sit annumerandus, etiamsi nihil supra regulam erogauerit, vt suprà ostendimus *Cap. 6.*

Verùm si constiterit, nostrum Ven. Dei Seruum exactè obseruasse non solùm Vota, & Institutum suæ Religionis, (quod limpidè apparet ex *Summario num. 20. per totum pag. 129. & seqq.*, *& num. 21. pag. 132. & seqq.*, *& num. 24. pag. 144. & seqq.*, *& n. 28. & 29. pag. 156.*, *& 157. cum pluribus seqq.*) Sed quod etiam supererogauerit refert vndequaque, & omnibus numeris expedita quià omnis gradus vlterioris perfectionis superadditus statui præexistentis heroicitatis, nouam excellentiam importat.

Quod autem Seruus Dei vltrà Vota, & sui *Instituti* obligationes supererogauerit, explorata res est, obseruando, quod ipse die noctuque orationi vacabat, vt vidimus *ex Summario n. 13. per totum* ex Testibus de Visu. *Institutum* autem Societatis ad hanc adeo prolixam orationis minimè adstringit: Rursus cum propriæ Vitæ periculo Missionarij vices expleuit, non semel, sed pluries se conferens ex instinctu Spiritus Sancti ad partes *Infidelium*, vt eos Christi lucrifaceret, quod plenè probatum reliquimus supra *cap. 6. & 7.*. Iterum Ven. Dei Seruus Euangelicam adeò coluit paupertatem, vt semper gestaret habitus magis laceros, & absoletos, etiam dum esset Superior, & Prouincialis illius Prouinciæ & idem de calceamentis, de pileo, ac de alijs vestimentis *Summario num. 28. §. 1. & seqq.*, *& num. 29. §. 7.*, 8., 9., 15., 18; 19., *& 22.*. Et tamen suæ Religionis *Institutum* ad hanc non adigit obseruantiam, immò singulis Religiosis vult necessaria suppeditari. Prout nec tale insigne Institutum præcipit, Religiosos suos discalceatos incedere; Et nihilominus Dei Seruus cum ad exercitia suarum Missionum pergeret, ibat excalceatus *Summario num. 17. pag. 118. §. 17.*, *& 22.*, *& num. 20. pag. 129. §. 3.*, 5. 12. 15., *& num. 22. pag. 138. §. 15.*; *& num. 23. pag. 140. §. 4.*,

&

Digitized by Google

& num. 27. pag. 155. §. 6.; & num. 28. pag. 157. §. 5. & nu. 29. pag. 158. §. 7.

Ecce igitur quod Ven. Dei Seruus non solùm exactè seruauit Vota & Instituta suæ Religionis, vt docent Testes de Visu *Summario num. 20. 21., 24., & 29.*, Sed etiam supererogauit; & consequenter si iuxtà superius dicta heros censendus est ex præcisa obseruantia exacta prædictorum (maximè attenta Doctrina D. Thom. quod Opera facta ex obligatione Voti sunt magis meritoria, & perfecta, vt *cap. 6.* Visum est) à fortiori idipsum erit asserendum in concreto heroicæ aliàs supererogationis.

Pertinet quoque ad Iustitiam Legalem Virtus Penitentiæ, quià nititur reddere æquale Deo pro honore sibi ablato per culpas, siue proprias, siue etiam alienas, quæ materiam adæquatam pœnitentiæ (vt virtus est) constituunt, Suar. *disp. 2. sect. 1. num. 9. Lug. disp. 3. sect. 2.* Auers. *quæst. 2. sect. 7. §. 7.*, & alij.

Quod igitur Ven. Dei Seruus heroice pœnitens extiterit, constat palpabiliter ex rigidissima carnis propriæ maceratione. Etenim cilicijs, & flagellis Corpus suum affligebat, illudque subiugabat Spiritui *Summario num. 23. pag. 139. §. 1. 3. 7. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 22.* vsque in finem.

Regulariter humi cubabat, vel (& hoc aliquando) super nuda tabula, adhibito lapide pro ceruicali, *Summario dicto nu. 23. pag. 139. §. 1. 2. 3. 4. 5., & pluribus seqq. vsque ad finem.*

Parum admodum nocte dormiebat, quod probant Testes dati *Summario num. 13. pag. 103. §. 3. 7. 10. 11. 14. 15. 26., & dicto num. 23. pag. 140. §. 4. 12. 13. 17. 20. 22. 24. 26. 33. & 38.*

Nudipes, & discalceatus per asperas incedebat vias, *Summario n. 17. pag. 116.*, alibique, vt nuper obseruatum est, & insuper *nu. 23. §. 35. & 38.*, *Et num. 27. §. 17., & num. 29. §. 7.*

Miram abstinentiam seruauit; frequentissimè enim, si non quotidiè, ieiunabat, vt perhibent Testes de Visu *d. Summario num. 23. §. 3. 5. 7. 10. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 22. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 34. 35., & 38.*

Cum autem *Iusti* in communi gradu Iustitiæ hæc omnia non præstent, sequitur, quod Ven. Dei Seruus communem Iustitiæ mensuram, vt suprà dicebamus, excesserit; fueritque heroice pœnitens.

Quantum verò ad obseruantiam Votorum dictum est suprà, & quoad reliquas Virtutes Iustitiæ subordinatas, de his satis loquuti sumus in nostra *Informatione pag. 37.* in qua *pag. 41. num. 11.* diximus etiam de obedientià.

CAPVT X.

De Fortitudine heroica Ven. Serui Dei.

SVppositis ijs, quæ diximus in materia de fide, spe, & Charitate ergà Deum, & Proximum, releuantia huius virtutis liquidò deprehenditur. Fortitudo enim heroica, teste clar. mem. Card. de Laur. *super 3. sent. tom. 2. disp. 32. art. 15. num. 484.*

Digitized by Google

& 520. in eo sistit, quod homo siue in re, siue in præparatione animi nedùm patienter, sed & alacriter terribilia sustineat. Porrò quod Ven. Dei Seruus ità se gesserit, dubitandum non est. Ardua quidem facinora semper molitus est, quoties Infidelium conuersioni fideliter vacauit, vt constat *ex Summario num. 22. pag. 136.* quodque semper intrepidus pericula despexerit, immò quod magnanimus mortis contemptor prò Animarum salute pluriès periculo amittendi vitam se exposuerit, pergendo ad partes *Infidelium*, fassus fuit Reuerendissimus Dominus Promotor, vbi suprà *Cap. 6. §. quæ adeo vera*, & constat ex allegatis in nostra Informatione *sub tit. de Fortitudine n. 3.*

Eamdem heroicam fortitudinem probant frequentia desideria Martyrij, iuxtà dicta *supra Cap. 3.*, vbi ex prædicto Eminentissimo Doctore probauimus, talia desideria esse heroica, & procedere ex fide, ex charitate, & fortitudine pariter heroicis.

Diuturna quoque permanentia in loco Missionum, cum perseuerantia vsque ad mortem in earum exercitio, heroicam concludit fortitudinem, ex traditis in eadem nostra *Informatione pag. 46. num. 8.*

Quæ autem aduersus hanc virtutem releuata sunt à Reuerendissimo Fidei Promotore infrà refellentur. Pro nunc satis sit, si habeamus, quod actus recensiti in specie deducti sint à Testibus nostrorum Processuum, ita quod redargui non valeant, eos generaliter nimis deposuisse, aut fuisse singulares in eorum dictis, quod excluditur ex supra præmissis *Cap. 2.*

CAPVT XI.

De Temperantia heroica Ven. Serui Dei.

DE verè heroica corporis macerationc cum actibus opportunis in specie, loquti sumus suprà *Cap. 9.*, quæ sicuti magnanimam pœnitentiam præsefert, ita quoque temperantiam heroicam concludit.

De illibata eiusdem Ven. Serui Dei Castitate, quæ, supposito voto, spectat ad titulum Iustitiæ, scripsimus in nostra *Informatione* sub *tit. de temper. num. 4.*, absque eo quod inutili repetitione oporteat & iterum releuare.

Sed maximè elucet egregia Temperantiæ heroicitas in extraordinaria Serui Dei Humilitate. *Ipse* enim siue esset Religiosus priuatus, siue Superior, & Prouincialis illius Prouinciæ, seu Missionis, seipsum despexit, honores contempsit, & viliora Domus officia libenter, & alacriter exercuit. Verrere sordes; scutellas, & patinas pro mensâ tergere; *Infirmis* ministrare, & *Infirmarij* erga ipsos officium subire; in Coquina, & Refectorio inseruire Religiosis; eorum quoque, aliorumque Cameras purgare, erant Serui Dei sapidiora exercitia, actusque particulares, & specifici, quos recensuerunt Testes *Summariò num. 25. §. 12. 13. 14. 15. & num. 26. per totum a pag. 148. & plur. seqq.*, *& num. 27.* Canistros insuper super proprios humeros impositos ad *Infirmariam*

desc-

Digitized by Google

deferebat, quasi famulus esset & mancipium, *Summario num.* 26. §. 2. *& num.* 27. §. 16. de quo iterum infra redibit sermo. Conuersatio eius potius erat cum pauperibus, quàm cum Dynastis, & Ciuibus, *Summario num.* 27. §. 18. Et tandem attritis semper vestibus vtebatur, ita vt quicumque eum videbant, in piam trahe. rentur admirationem, *Summario num.* 28. *per tot. & num.* 29. *pariter per totum*. Ostiatim eleemosinas mendicabat pro Carceratorum, aliorumque pauperum, ac Infirmorum alimonia, & Saccum supra humeros gestabat, aut cistas sub tergo deferebat, *Summario num.* 17. *pag.* 118. §. 14. 17. 18. 21. 22., *& dicto n.* 26. §. 2., *& num.* 27. §. 16. *pag.* 153. *& seqq.* de quibus omnibus cum specificè meminerint Testes nostrorum Processuum, immeritò dicitur, eos loquutos esse generaliter nimis.

Exercitium tandem rigidæ paupertatis (quod supposita circumstantia voti spectat ad Iustitiam legalem) eiusdem Serui Dei temperantiam qualificauit heroicam. In victu enim eam seruauit, vilioribus semper cibis se reficiens, *Summario num.* 20. *pag.* 129., *& seqq.* itaùt etiam infirmus se alimonia priuaret, vt ea cæteri Infirmi vescerentur, *Summario dicto num.* 17. *pag.* 120. §. 27., ex Teste de visu. In vestitu quoque heroicus paupertatis claustralis cultor apparuit; cum ex toties dictis, semper absoletis, & magis attritis vestibus vteretur, *Summario num.* 28., *& 29. per tot.* Idipsum in vsu rerum aliarum practicauit semper enim pedester iter agebat, frequente nudipes, & numquam Equo vtebatur, *Summario num.* 25. §. 9. *& num.* 27. §. 6., *& 17., & nu.* 28. §. 5. *& num.* 29. §. 7. quæ quidem omnia important speciales actus virtutum, non generales expressiones.

CAPVT XII.

De Gratijs Prophetiæ, & Miraculorum.

EGimus suprà *Cap.*4. huius partis, quod examen Miraculorum factorum à Ven. Seruo Dei viuente debeat fieri in præsenti Causæ propositione; & idipsum repetimus in præsenti tàm quoad Miracula, quàm quoad Gratiam Prophetiæ, ex eodem motiuo, quia si de illa non habeatur ratio in præsenti, nunquam alias habebitur, cum semèl constito de heroicitate virtutum non sit vlteriùs agendum nisi de ijs, quæ superuenerunt post indultam veneration-em, saltem de moderno, & noto stylo huius Sacræ Congregationis.

Hoc autem pro certo supposito, releuantia harum gratiarum, ad effectum de quo agitur, & pro eo quod attinet ad gratiam Miraculorum, ostensa est supra *dicto Cap.*4. Pro eo verò quod spectat ad gratiam Prophetiæ, istam enumerari debere inter signa Sanctitatis, docuit D. Ioannes Chrysostomus *in lib. de compunctione cordis*, ibi: *Oportet animam à rebus effici & præsentibus, & visibilibus alie-*

alienam: Tales erant Animæ Sanctorum Prophetarum, quæ ob hoc acceperunt etiam oculos alios, quibus possent videre futura. Etenim renunciare præsentibus rebus, & alienum effici ab eis, proprium hoc humanæ industriæ opus est; post hæc verò accipere oculos, quibus ventura prospicias Diuini muneris est donum. Talis fuit Eliseus, qui quoniam omnia mundana reliquit negocia, & amauit propheticam vitam, Regnum Cæleste, & supernam Gloriam in terris adhuc positus vidit &c. Nemo ergo potest eorum, qui delectantur præsentibus, & caducis, cælestia, ac spiritualia contueri; qui verò ista contempserit, & velut vmbram hæc & puluerem duxerit, velociter ad illa perueniet &c. ergo & anima nisi priùs didicerit terrena contemnere, cælestia mirari non poterit, & è contra donec terrena miratur necessariò cælestia spernit, ac despicit. Hoc erat, quod B. Apostolus aiebat, quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei &c. Igitur ex mente huius Sancti Doctoris priùs oportet, quod Anima caduca deserat, quam quod ad alios oculos ad præuidenda futura recipiat. Id quod etiam docuit D.Thom. *2.2.quæst.172. art.4. in corp.*, vbi ait quod ad Prophetiam requiritur maxima mentis eleuatio ad contemplationem rerum Spiritualium, & maxima morum probitas ad refrenationem passionum, & remotionem occupationum exteriorum. Vnde quamuis Prophetia non sit Gratia gratum faciens, neque cum ea, aut cum virtutibus heroicis essentialiter connexa, quod libenter admittimus ob authoritatem eiusdem Angelici Magistri 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 3. *ad* 3., ideoque absolutè loquendo possit esse sine charitate, & sine gratia gratum faciente, idem D. Thom. 2.2. *quæst.*6. *art.*2. *ad* 3. nihilominùs eadem Prophetiæ gratia est connaturaliter connexa cum gratia gratum faciente, & cum heroicis virtutibus, itautille, qui in Sanctitate conspicuus non fuerit, & factus iuxtà Cor Dei, regulariter prophetizare non possit, cum cognitio futurorum sit proprium solius Dei, & illorum, quibus tanquam amicis, sibique gratissimis hoc donum communicare solet: *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum*: ait Isaias *c.*41. *v.*23., *& dicemus, quia Dij estis vos*. Additque Tertullianus in *Apologetico c.* 20. *Testimonium enim Diuinitatis est veritas Diuinationis*; & ideò cum toto fundamento asserimus, Prophetiam, & supernaturales reuelationes ad eamdem consequentes, esse signa Sanctitatis, vt magistraliter D. Tom. 2.2. *quæst.*172. *art.*6. *ad* 1., ex S. Augustin. *lib.* 12. *cap.*19. *sup. Genes.*, Tostat. *in Matth. cap.* 23. *quæst.* 244. *litt. D. par.*6., Brond. *in Apocal. disp.*2. *quæst.*1. *in* 1. *fundam.*, Augustin. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.*15. *art.*5., & latè Rot. *in Relat. B. Paschalis sub tit.de Prophet.*, Contilor. *de Canoniz. Sanct. cap.*14. *num.*28., *&* 29., & concordat bon. me. Mattheucci *in sua pract. Theol. Canon. tit.*3. *cap.*3. *art.*2. §.4.

Tota igitur difficultas est, an prædictæ gratiæ, tùm Miraculorum, tùm Prophetiæ plenè probatæ sint, de hoc enim dubitauit Reuerendissimus meus Fidei Promotor, ex quo nonnulla Miracula, sicuti & aliquæ ex prophetijs, ac spirituum discretionibus probatæ fuerint per Testes singulares; sed hæc obiectio, vt credimus, sublata est ex toto propter latè deducta *supra Cap.*2., quæ si verificantur in proposito actuum virtutum, vt constanter contendimus, à fortiori applicari debent huic materiæ; cum prædictiones regulari-

Digitized by Google

lariter factæ sint personis particularibus, & ad aures ipsarum, & consequenter plusquam manifestum est, admittendos esse Testes singulares; Maximè quando sunt de visu, & facto proprio, *vt loc. citato* probauimus.

Elucet igitur hæc gratia Prophetiæ in *Summario Num.30. pag.160.*, *& Num.31. pag.197.*, *& Num.33. per tot. vsque ad pag.228.*, vbi etiam ex multitudine Testium, quorum aliqui singulares quoad causam scientiæ, ideſt quoad actus individuales, omnes tamen sunt Contestes quoad existentiam huius gratiæ Prophetiæ, plenè probata est.

Et quoad gratiam Miraculorum, ea manifesta redditur ex quadraginta quatuor casibus descriptis, *Summ. n.9. pag.36.*, quæ absque debita consideratione pertransire, est maximam huic Causæ irrogare iniuriam; habetur enim, quod Ven. Dei Seruus, cum demersus fuerit in profundum Fluminis, itaut ab omnibus perijsse crederetur, fuit tamen repertus orans, & recitans in Breuiario, vndè ex acquis emersit incolumis, & nec vel quidem madidus: quod probant *sex Testes de aud. à viden., & de publ. voce, & fama, ac de notorio*, *Summ. Num.9. à pag.36.*

Habetur quod pluries, tamquam dote agilitatis donatus, longa itinera, penè in instanti, aut breui admodum tempore confecerit; & ideò varij casus specificantur à Testibus eodem *Summ. pag.41.* & sunt num. tredecim, plerique de visu, & facto proprio.

Habetur, quod extraordinarium imperium habuerit supra omne genus animalium, itaut ferociora monstra ad ipsius nutum mansuefierent; & deposuerunt de hoc imperio quindecim Testes, quorum nonnulli de visu, & facto proprio in casibus particularibus, *Summ. pag.47.*

Habetur, quod Cellula Ven. Serui Dei apparebat aliquando splendore supernaturali clarescere, dum ipse etiam orans simili splendore apparebat circumdatus; de quibus septem Testes testimonium perhibuerunt *Summ. pag.55.*

Habetur, quod cum Ven. Dei Seruus visitaret Domum Societatis Oppidi S. Pauli, plantæ hærbarum aridæ, arboresque præter consuetum fructuum tempus prodigiosè floruerint; de quo quinque Testes, *Summ. pag.58.*

Habetur, quod Ven. Dei Seruus suarum efficacia orationum in instanti produxit oleum pro lampade, quæ ardebat ad Altare B. M. V.; quod asseruit Testis singularis quidem, sed de visu, & facto proprio, *Summ. pag.59.*

Idem Miraculum contigit in productione Vini pro celebratione Missarum; de quo tres Testes, duo de visu, & alter de auditu à viden. *Summ. pag.59., & seqq.*

Pars Piscis, virtute benedictionis Serui Dei conuersa fuit in pernam; de quo singularis Testis, sed de visu, & facto proprio, *Summario pag.60.*

Vinum acidum, & corruptum, fuit per Seruum Dei prodigiosè sanatum; singularis Testis, sed de visu, & facto proprio.

Imperauit Piscatoribus, vt certo, & ab eo designato loco Retem mitterent, & copiosam prædam fecerunt; Testis singularis, sed de visu, & facto proprio, *Summ. pag.61.*

Ite-

Digitized by Google

Iter agens, quamuis multum plueret, ipse nec vel minimum fuit madefactus: Testis singularis, sed de visu, & facto proprio, *Summ. pag.62.*

Produxit nonnulla dulcia in instanti: Testis singularis, sed de visu, & facto proprio, *Summ. ibidem.*

Loquelam Puero muto in instanti restituit: Tres Testes, duo de visu, & tertius de auditu à viden., *Summ.pag.63.*

A natiuitate attractum imperio liberauit, & sanum fecit: Duo Testes alter de visu, & alter de auditu à Sanato, *Summario pag.65.*

Puero in gutture propter spinam læso, signo Crucis illicò sanitatem restituit: Tres Testes, vnus de facto proprio, quia idem Sanatus, & duo de auditu ab ipso, *Summ. pag.66.*

Alium Puerum ab incurabili vulnere liberauit: Testis singularis, sed de facto proprio, quia Mater Sanati, *Summ. pag.66.*

Mortuam Mulierem ad vitam reuocauit: Vnus Testis de visu, *Summ. pag.67.*

Infirmum Religiosum, iamiam morientem, sanum reddidit in instanti: Duo Testes de visu, quorum vnus ipse Sanatus, *Summario pag.68.*

Alteri Religioso manum combustam habenti, tactu sanitatem restituit: Testis singularis, sed idem Sanatus, *Summ.pag.69.*

Et breuitatis gratia, alia vigintiquatuor Miracula habentur *eodem Summario à pag. 70.*, quorum aliqua Contestibus, alia Testibus singularibus sunt probata; Sed cum prædicti Testes aliàs singulares circa casus speciales inducti fuerint ad probandum aliquid vnum ex talibus casibus specialibus resultans, nempè gratiam Miraculorum, & sanitatum, vniri debent ad faciendam plenam probationem circa existentiam huius gratiæ gratis datæ, iuxtà theoricam latè discussam supra *Cap.2.*

Consultò autem verba non facimus de innumeris propè miraculis, ad felicem Ven. Serui Dei obitum subsecutis. Assentimur enim, illa peculiare examen exposcere; quod habendum est, postquam constiterit de heroicitate Virtutum. Cæterum nec Miracula post obitum omninò despici debent in examine præsentis dubij; ea enim seriò ponderata suadent, saltèm in actu primo, Ven. Dei Seruum, de cuius canonizatione agitur, & cuius ad intercessionem Miracula facta sunt, verè Sanctum fuisse, quamuis etiam, per hactenus deducta, de virtutum non constaret heroicitate.

Esset hic agendum de prætiosa morte Ven. Dei Serui. Sed quia circa ipsam nonnulla opposuit Reuerendissimus Fidei Promotor, alibi commodius de ea disseremus, & probabimus, fuisse sanctimonia plenam.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Ostenditur, quod Ven. Dei Seruus in supradictis heroicè se gesserit.

COnstito, vt firmiter credimus, quod Testes nostrorum Processuum se se expresserint circa casus particulares, & non solùm circa generalia, & quod non fuerint semper singulares, vt Reuerendissimus meus Fidei Promotor vrgebat: transitum facimus ad reliquas difficultates, quas idem Reuerendissimus Animaduersor promouit circa Virtutum releuantiam.

Procedebat ergo ipse *à num.* 16. suarum Animaduersionum, & postquam nos docuit, quænam censenda sit Virtus in gradu heroico, *num.* 17., applicando doctrinam materiæ, dubitare se affirmauit, quod Virtutes Ven. Serui Dei, de quibus hactenus egimus, non pertingerent ad talem gradum heroicitatis, qualis ad præsens exigitur, ibi: *Cum autem ea, quæ potissimè considerandà proponuntur à Postulatoribus tàm in Summario, quàm in Informatione pro adstruendis assertis Virtutibus in gradu heroico, sint assiduum studium Serui Dei in tradendis fidei rudimentis, efficacia in Concionibus, quotidianus vsus celebrandi Missæ Sacrificium, rerum Cœlestium Contemplatio, veneratio, & deuotio erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Deiparam Virginem, aliosque Sanctos, Obedientia erga Superiores, demissa sui ipsius cognitio, ob quam vilissima quæque ministeria exerceret, contemptus Mundi, & obseruantia Mandatorum Dei. Hæc omnia, & his similia, encomijs certè digna reperiuntur, sed minimè videntur esse supra potentiam humanam, neque supra communem operandi modum, cum ea singula sæpe sæpius à pijs hominibus, & præsertim ab illis vitam religiosam profitentibus passim fieri dignoscantur &c.*

Verùm, si æquitati obsequi volumus, & si pro vero instinctu rationis attendemus ad rem præsentem, citrà dubium dignoscemus oppositum. Ponderandum enim est primò, quod iam supra tactum est, quod videlicet etiamsi Dei Seruus nil prorsus supererogasset vltra præscripta in Regulis Societatis Iesu, non per hoc tamen eius Virtutibus quicquam deperiret de exacta ad intentum sublimitate; quia cum tale inclytum Institutum plures obseruantias verè heroicas contineat, qui eas exactè seruauerit, heros nuncupari merebitur; Non enim deterioris conditionis debent esse eiusdem Instituti cultores, ac sint reliqui iusti; qui si ad eamdem perfectionem peruenerint, quæ à prædicto Instituto suis Alumnis præscribitur, meritò heroicis claruisse Virtutibus censendi erunt. Tota siquidem obligatio perfecti Religiosi, consistit in exacta Votorum sui Instituti obseruantia, ad quæ reducuntur omnia, quæ ad apicem heroicæ Charitatis in Deum, & Proximum conducunt, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *ab art.* 2. *ad* 7., D. Bernard. *serm.* 9. *in Cœna Dom. post med.*, Lezan. *Consult. var. consult.* 1. *num.* 55.

Digitized by Google

num.55., *& seqq.*, Scacch. *De Nov.*, *& Sign. Sanct. sect.6. cap.4. per tot. fol.336.*, *& seqq.*, Matt. *de Canoniz. Sanct. part.2. cap.9. à num.42. ad 45.*, Card. de Laur. *Sup.3. Sent. tom.2. disp.32. art.18. num.120.* Ideoque in Relationibus Rotalibus ædit. pro Canonizatione Religiosorum, perfecta Votorum, & regulæ obseruantia semper extollitur tamquam tessera Virtutum heroicarum, vt videre est in Relatione S. Thomæ à Villanoua penès Contilor. *pag.460.*, & in Relat. S. Bonauenturæ, & S. Raymundi, S. Andreæ Auellini, & S. Aloysij Gonzagæ *sub titul. de Iustit. num.65.*, & nouissimè fuit vtiliter ponderatum in causa Ven. Serui Dei Fr. Iosephi à Leoniſſa, de cuius instituto, seù de regula iam retulimus, quid scripserit S. Vincentius Ferrerius *Serm. de S. Franciſc. pag.403. ante med.*

Cumque idipsum possit iuremerito affirmari de quolibet Instituto Regulari, præscribente in sua Regula actus heroicos, cuiusmodi est Institutum Ven. Serui Dei, quod non solum est perfectum, & strictum; vt latè probat Ortiz de Instituto Societatis Iesu *lib.2. §.3.*, sed perfectissimum; & regulæ valde strictæ, & rigorosæ, vt docet; & probat luculenter Suarius *tom.4. de Religione tract.10. lib.1. cap.6.7.*, *& 9.* ibi, = *Dicendum est, Religionem hanc ex vi sui Instituti perfectissimam esse* = *& cap.9. num.17. Tertiò dicendum est, Religionem Societatis sub regula valde stricta, & rigorosa Deo inseruire*; quas conclusiones fortissimis probat argumentis; illique adstipulatur D. Thomas *quod.188. art.6.* dum ait: *Summum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum*: Et Iulius III. in Bulla confirmatoria Societatis data anno 1550., ibi = *Nihil, quod pium sanctumque non sit in dicta Societate, eiusque laudabilibus Institutis reperitur*: cuius proindè quantò difficilior, tantò laudabilior est obseruantia; vt ad propositum Ordinum Reformatorum scripsit bon. mem. P. Augustin. Mattheucc. *in sua pract. Theol. Canon. tit.2. cap.2. §.3. n.10. verſic. Alij extremam.*

Sed magis, & vndequaque cessabit dubitatio Reuerendissimi Promotoris si ponderetur secundò, quod Ven. Dei Seruus non fuit contentus seruare præcisè sui Instituti obligationes; sed etiam Iuuenis, immo adolescens munus Missionarij suscepit, in quo quidem exercitio per quadraginta duorum annorum spatium perseuerauit vsque ad obitum. Quanti autem meriti, quantæque excellentiæ munus eiusmodi sit, ex laudatis Doctoribus iam supra demonstrauimus. Porro si, vt quis dicatur heros in patientia, & fortitudine, satis est probare, quod per decem annos iacuerit in lecto, nulla impatientiæ signa proferens, cum ipsamet morbi diuturnitas iunctis patientiæ actibus satis suadeat, quod eiusmodi vir eximia fortitudine effulserit: quare non erit satis pro Ven. Seruo Dei, quod per spatium quadraginta duorum annorum innumeris profectò ærumnis, & carnis macerationibus constanter fidem Infidelibus, conuersionem Perversis, Conuersis perseuerantiam prædicaueris cum continuo periculo propriæ vitæ?

Sed quia, vt inquit Diuus Hieronymus ad Eliodorum . . . . . non Hierosolymis vixisse, sed benè vixisse laudandum est, conuenimus, & libenter admittimus, quod, vt ea diuturna hac occupatione colligatur heroicitas totalis virtutum in nostro Ven.

Ser-

Digitized by Google

Seruo Dei, opus sit probare, quod in ea laudabiliter omnino se gesserit, sed & hoc abundè constat ex hactenus dictis, & ex infra adijciendis iterum perspicuum fiet.

Assiduum igitur studium (vt dicit Reuerendissimus Promotor) *Serui Dei in tradendis fidei rudimentis, efficacia in concionibus, quotidianus vsus celebrandi Missæ Sacrificium, rerum cœlestium contemplatio, veneratio, & deuotio erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Deiparam Virginem, aliosque Sanctos, obedientia erga Superiores, demissa sui ipsius cognitio, ob quam vilissima quæque ministeria exerceret, contemptus Mundi, & obseruantia Mandatorum Dei*, si sumantur singillatim, ad heroicitatis fastigium forsan non peruenient, sed si coniunctim accipiantur, & præsertim, vt peracta cum ea, qua Seruus Dei illa peragebat, alacritate, non possunt non constituere gradum adæquatum heroicitatis, vt de assidua oratione, quod denotat fidem, spem, & charitatem heroicas, monet clar.mem. Card. de Laur. *in 3. Sent.tom.2.disp.32. art.9. num.139., & 195., & art.11. num.395.*; Idipsum dicitur de quotidiana Missæ deuota celebratione alijsque deuotionis actibus supra recensitis, prout & de exacta obseruantia Mandatorum Dei, & Ecclesiæ, Votorum, & Instituti sui Ordinis, vt supra fuso calamo ponderauimus. Et quantum ad Mundi contemptum resultantem plenè ex professione regulari, & sui ipsius abnegatione tradidit idem Eminentissimus Author *vbi supra art.10.*, vbi quod ex ea concludatur heroica Spes; & demum, quod studiosa, & continua electio munerum viliorum faciat heroicam claresceere humilitatem, idem *vbi supra art.16. per totum*.

Sed si hæc omnia considerentur, vt peracta in Terris Infidelium, & in exercitio Missionum, prout reuera sub hac specioſissima circumstantia spectari debent, nemo non videt, qualiter in immensum crescat fulgor Operum prædictorum; quandoquidem quod ea perageret cum periculo habituali propriæ vitæ, absque vlla suspicionis vmbra deprehenditur ex *Summario locis supracit. sub cap.3., & cap.6., & 7.*; & quod hæc circumstantia clarificet omnes actus aliarum Virtutum, non est cur deducatur in controuersiam, & consequenter asserendum constantissimè est, quod eiusmodi opera, siue spectata secundum se, siue in complexo aliarum Virtutum, & cum prædicta specioſissima circumstantia, supergressa sint communis Iustitiæ mensuram, & quod in ijs agendis Ven. Dei Seruus communem pariter operandi modum excesserit; cum licèt vti singula à pijs hominibus, & præsertim Religiosis frequenter fieri contingat, sub tali tamen circumstantiarum serie, quæ in casu nostro repræsentantur, nonnisi ab Heroibus fieri solent.

Quod argumentum cum optimè præuiderit Reuerendissimus Dominus Fidei Promotor, subiunxit *sub eodem Nu.17.*, ibi = *Si quæ aliqua fortasse non omninò vulgaria connotari possunt à Seruo Dei peracta; Expendendum tamen adhuc est, vtrum ea sint adeo perfecta, quæ illum constituant in eo singularitatis gradu, in quo Sacerdotem esse debere monet S. Isidorus Peluſiota lib.2. Epist.2.*, ibi = *Tantum inter Sacerdotem, & quemlibet probum interesse debet, quantum inter Cœlum, & Terram discriminis est*.

Sed frustra nouas expensiones requirit Reuerendissimus Promotor, quia semel constito quod Ven. Dei Seruus nedum opera heroicè

Digitized by Google

virtuosa elicuerit, sed & quod etiam statum vitæ habitualiter heroicum professus fuerit, non est exigendum, quod in eo fuerit singularis singularitate quadam materiali, sed satis est, quod, attento eo vitæ genere, spectabilis fuerit super communes iustos, vt iam ponderauimus. Alioquin si ex eo, quod plures in eodem gradu heroicitatis participent, diminueretur in singulis fulgor heroicus, iam non essent tot millia Heroum in fortitudine, cum plurimi Martyrio occubuerint, iam nec essent tot Heroes, totque Heroinæ in temperantia, quot sunt Virgines in Sanctorum Menologijs descriptæ. Singularitas ergo requiritur, & sufficit in Sanctitate, quæ hanc facit differre à communi aliorum iustorum, qui in cætu Heroum non computantur, & in eo sensu, in quo canit Ecclesia de SS. Confessoribus, & Pontificibus = *Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem Excelsi* = hoc est inter iustos virtute communi, non absolutè inter omnes, vt palmari liquet demonstratione. Verba autem recitata ex S. Isidoro, emphatica sunt, & ad Clerum directa, vt videlicet suos Ecclesiasticos vrgeret ad eam vitæ Sanctitatem, quæ mediatorem inter Deum, & hominem decet. De cætero non est imaginandum, quod ille dumtaxat sit heros in Sanctitate, cui nulli alij sint similes, quia contradictionem inuoluit, quod in Ecclesia sint plures heroes Sanctitatis, & quod singuli sint cæteris præstantiores. Et ex altera parte, cum difficile sit inuenire inæqualitatem illam, quæ inter Cœlum, Terramque versatur inter homines, aut nullus planè erit, qui iure heros reputetur, aut noster Ven. Dei Seruus, qui Sacerdotali charactere insignitus, Sacerdotalibus quoque muneribus plusquam laudabiliter functus est, tanta coruscauit Sanctitate, vt meritò prætendere possimus, eam tantùm distare à cæterorum iustorum pietate, quantùm Cœlum à Terra: in sensu quidem emphatico, non verò proprio.

CAPVT XIV.

Demonstratur, quod macerationes carnis, heroicæ temperantiæ effectus, & signa sint.

PRosequitur vlterius Reuerendissimus Fidei Promotor, & dubitat, aut dubitare demonstrat *num.* 18., quod macerationes carnis non debeant calculari in præsenti = *Considerandæ quoque proponuntur à Postulatoribus maceratio carnis, ieiunia, & alia eiusmodi, de quibus plura sparsim leguntur in Summario; sed hæc omnia, licet pariter commendatione digna reperiantur. In ijs tamen, cum sint tantùm instrumenta perfectionis, non consistit hæroicitas*, vt benè docet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 188. *art.* 7., ibi = *Ieiunia, Vigiliæ, meditatio, nuditas, & cæteræ austeritates non perfectio, sed instrumentum perfectionis sunt; propterèaque admissis etiam hisce vitæ austeritatibus, inquirendum adhuc supereſt, an aliunde probari valeat,*

quod

Digitized by Google

quod per talia instrumenta reuerà peruenerit Seruus Dei ad apicem heroicitatis, vt Beatorum numero adscribi mereatur; ponderando præsertim ea, quæ in Viris regularibus animaduertenda esse monet Fortunatus Scacch. *de not., & sign. Sanctitat. sect.6. cap.4.*; ibi = *Sanctitatis itaque nota in aliquo Dei Seruo Regulari ex tribus capitibus videtur expiscanda, præter communia Christianis omnibus, videlicet ex progressu illius de virtute in virtutem ratione status Religiosi, ab exacta obseruantia, & custodia votorum, quæ nuncupauit quando professionem emisit; & denique ex vigilantissima obseruantia, & custodia illorum omnium, quæ tàm in Regula, quàm in Constitutionibus sui Ordinis continentur.*

Doctissima hæc oppositio nos pronocat, vt altiùs rem pertractemus. Iam enim Reuerendissimus Promotor admittit, quod ex *nostro Summario* resultat carnis maceratio respectu nostri Ven. Serui Dei: Hac autem ingenua confessione retenta, oportet probare, quod ex tali corporis macerationè efficax emergat argumentum ad arguendam heroicitatem in virtute temperantiæ. Ad hoc igitur intentum oportet præmittere, quod perfectio Vitæ Christianæ, simpliciter loquendo, attenditur per ordinem ad charitatem; & secundum quid per ordinem ad alias virtutes. Ita Magister Doctor Angelicus 2. 2. *quæst.*184. *art.*1. *in corp.*, ibi = *Secundum charitatem attenditur simpliciter perfectio Christianæ vitæ, sed secundùm alias virtutes secundum quid; & quia id, quod est simpliciter, est principalissimum, & maximum respectu aliorum; inde est, quod perfectio Charitatis est principalissima respectu perfectionis, quæ attenditur secundùm alias virtutes* = Sanctum Doctorem sequuntur eius Discipuli, inter quos Syluius *loc. cit. pag. mihi* 927., quod tradidit Apostolus *ad Coloss. 3* vbi Charitatem nuncupauit *vinculum perfectionis*; Ratio autem est, quia vnaquæque res tunc dicitur esse perfecta, quando proprium summi finem adipiscitur, eo quod finis sit vltima vniuscuiusque rei perfectio. Per charitatem autem homo in ista vita consequitur finem suum, quia coniungitur Deo; qui est vltimus eius finis, S. Ioann. 4. = *Qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo &c.* = maximè quia, vt docet Apostolus 1. *ad Corint.* 13. cæteræ virtutes sine charitate homini non prosunt ad salutem consequendam. Hinc ergò sequitur, perfectionem Vitæ Christianæ principaliter, & absolutè consistere in charitate, in alijs verò virtutibus, nonnisi secundariò, & secundum quid, propterea dictum est ad Rom. 13. = *Plenitudo legis est dilectio* = & 1. ad Thimot. 1. = *Finis præcepti est charitas.*

Perfectio autem charitatis consistit essentialiter in exacta mandatorum obseruantia, non verò in obseruantia consiliorum, D. Thom. 2. 2. *dicta quæst.*184. *art.*3. *in corp.*, & *contr. Gent.* 3. *cap.*130., & *quodlib.* 4. *art.*24. *ad* 2., & *opusc.*17. *cap.*6., latèque demonstrat Matt. *de Canoniz. Sanctor. par.*2. *cap.*17. *num.*8., & *seqq.* Verum tamen est, quod instrumentaliter consistit etiam in obseruantia consiliorum, & in actibus aliarum virtutum, idem D. Thom. *vbi prox.*, & *eadem* 2. 2. *quæst.*81. *art.*9. *in corp.*, & *quæst.*186. *art.*7. *ad* 1.

Itaque iuxta hunc discurrendi modum, iam deducimus duo: Primùm videlicet, quod Ven. Dei Seruus posuit de facto instrumenta ad perfectionem acquirendam; Et sicuti si in criminalibus quis de-

præ-

Digitized by Google

prehendatur apposuisse instrumentum, eoque vsum fuisse ad delinquendum, tamquam Reus damnatur, saltem in ijs delictis, quæ sufficit attentasse, vt incurratur reatus; ità cum Causæ Canonizationum æquiparentur Criminalibus, per hoc, quod probetur, Ven. Dei Seruum efficacia, & actiua media, seù instrumenta apposuisse ad perfectionem, tamquam perfectus est iudicandus, si aliunde non constet oppositum, quia tunc homo censetur perfectus, quando est paratus ad omne bonum, & supererogationis; quia voluntas apud Deum pro facto reputatur, idem D. Thom. *sup. 2. ad Tim. cap. 3. versic. fin.*

Alterum, quod ex præiacto discursu colligitur, est, quod nimirum Ven. Dei Seruus in spirituali palestra reportauit brauium, si enim perfectio charitatis consistit principaliter, & essentialiter inexacta obseruantia mandatorum Dei, & Ecclesiæ, iuxtà nuper dicta, & iuxtà effatum D. Redemptoris: *Si vis ad vitam ingredi serua mandata &c.*: Cum de hac exacta obseruantia constet ex Testibus datis in *nostro Summario* locis supra allegatis, iam patet, quod secluſis quibuscumque alijs, Ven. Dei Seruus in statu, & exercitio perfectorum Virorum fuit. Multo fortiùs igitur, si præter mandatorum Dei, & Ecclesiæ exactissimam custodiam, noster Ven. Dei Seruus imposuit sibi iugum Christi suaue ad militandum in Societate Iesu cum tribus Votis substantialibus, & quarto Missionum, quod Christi iugum semper portauit ab adolescentia sua, adamussim seruans ea, quæ promisit, & Institutum suæ Societatis.

Ad motiuum igitur Reuerendissimi D. Fidei Promotoris, quod macerationes carnis, cæteraque ab eo in obiecto recensita comparantur vt instrumenta ad perfectionem; respondemus cum communissima Theologorum Sententia ex Diu. Thoma 1. 2. *quæst.* 49. *art.* 3., & 4., quod istæ macerationes dupliciter considerari possunt. Primò, vt actus à voluntate eliciti absque vllo virtutis moralis præcedenti habitu. Secundò, vt actus eliciti ab habitu iam per iteratos actus acquisito, animæque impresso. Si primo modo considerantur, sunt instrumenta ad perfectionem, quatenus voluntatem paulatim facilitant ad rectè, & cum gaudio, & alacritate operandum, & hæc est assertio Angelici Doctoris loco citato. Si secundo modo considerantur, sunt fructus perfectionis, & Sanctitatis iam acquisitæ, indicantque in illos frequentèr exercente perfectionem paritèr, & heroicitatem, vt docet idem Angelicus Doctor 2. 2. *quæst.* 71. *artic.* 2., ibi: *Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, & ideò necesse est dicere, omnem actum bonum ad virtutem pertinere*: seu vt explicat Eminentissimus Caietanus, ibi: *Ab effectu formali infert Causam formalem; ex hoc enim, quod virtus est, quæ formaliter facit bonum habentem, & opus quasi formalitèr reddit bonum, arguit necessitatem virtutis ex actu bono. Vtroque enim modo virtutis necessitatem actu, vel potentia infert actus bonus.*

Vnde illæ macerationes, quatenùs in incipientibus sunt merè singulares actus, sunt via, & instrumenta perfectionis, in perfectis verò, & quatenùs procedunt ab habitibus iam acquisitis, sunt fructus Animæ perfectæ, & euidentia signa Sanctitatis heroicæ, vel non hæroicæ, iuxta qualitatem materiæ. Nec mirum, quod ijdem actus externi, iuxtà diuersitatem temporum, & statuum, iam

sint

Digitized by Google

sint instrumenta ad perfectionem acquirendam, iam signa Sanctitatis acquisitæ; in arboribus namque videmus hanc (vt ità dicamus) reciprocam, & mutuam causalitatem; ex fructibus quippe, siue ex semine in ipsis contento producuntur arbores, & ex arboribus nascuntur fructus, itaut fructus sint instrumenta ad producendã arborem, & signa certissima arboris iam productæ secundum diuersos status; ideò Diuus Paulus Charitatem, vt est virtus moralis, iam radium bonorum operum, iam fructum perfectionis nuncupat ad Galat. 3. = *Fructus spiritus Charitas*.

Ideò Sacra hæc Rituum Congregatio ad cognoscendam Sanctitatem, & heroicitatem Canonizandorum diligentissimè inquirere iubet, non solum de macerationibus, vigilijs, ieiunijs, aliisque austeritatibus, sed de Paupertate, Castitate, & Obedientia, quia etiamsi istæ Virtutes, iuxta Diu. Thom. *2. 2. quæst. 184. art. 3., & qu. 81., & 186. art. 7.* sint instrumenta ad perfectionem acquirendam sumptæ, vt actus singulares, sumptæ tamen, vt fructus, & actus eliciti ab Anima purgata, & habitualiter perfecta, sunt signa euidentia Sanctitatis ex ratione supra allegata, quod non possit stare effectus formalis absque sua causa formali, & semper sit vera Caietani propositio = *Virtutis necessitatem actu, vel potentia infert actus bonus*. Macerationes ergo Ven. Serui Dei constanter, & absque vlla intermissione, aut tepiditate exercitæ per quadraginta septem annos in statu Religiosi, Sacerdotis, & Missionarij, non solum fuerunt instrumenta ad perfectionem acquirendam, sed fructus, & signa euidentissima perfectionis acquisitæ, probantque, & indicant Sanctitatem, & heroicitatem illius Animæ Deo gratissimæ.

Et vltima ratio est, quia Sanctitas, perfectio, heroicitas non possunt probari à priori, & per causas, cum hæ hominibus ignotæ, soli Deo pateſcant; sed ab effectibus, & fructibus, iuxta Christi Domini consilium = *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* = Attentè ergo considerandæ sunt omnes canonizandi actiones, vt ex ijs dignosci possit, an sit arbor bona, vel mala, & si actiones sunt sanctæ, & permanentes per longum temporis spatium, concludendum, sanctam fuisse arborem, seù animam illam, quæ tam pulchros protulit fructus. Et hæc est in terminis doctrina Scacchi à Reuerendissimo Domino Promotore allegata, qui ingenuè fatsus, Sanctitatem, quæ in se videri non potest, ex fructibus esse expiscandam, ponit quatuor fructus, nempè progressum de Virtute in Virtutem, obseruantiam, & custodiam Votorum, & Regularum; Cum igitur *à cap. 3. ad 11.* latè probatum maneat, Ven. Anchietam processisse de Virtute in Virtutem, exactissimumque fuisse Votorum, & Regularum sui Instituti custodem, probatum quoque manet Sanctum, perfectum, & heroem fuisse, instrumentaque perfectionis, longo temporis, & annorum tractu per acquisitionem habituum in fructus Sanctitatis conuertisse; Vnde dubitari minimè potest, optimam fuisse arborem, ex qua tam copiosi, & pulchri prodiere fructus.

Digitized by Google

CAPVT XV.

Probatur quod Ven. Dei Seruus in omni sua ætate se exercuit in Virtutibus, prout requiritur ad effectum de quo agitur.

FAssus fuit Reuerendissimus Dominus meus Promotor sequenti *num.* 19., *quod in Summario*, & Processibus deprehendere non valuit aliquam transgressionem Ven. Serui Dei circa suam regulam, sed nihilominus, se non esse contentum asseruit ibi: *Licet autem ex registratis in Summ., & ex latius conscriptis in Processibus deprehendere non valuerim defectum aliquem Serui Dei circa obseruantiam Votorum, & Constitutionum suæ Religionis non leuis tamen amaritudo in eo stare videtur, quod circa promissam obseruantiam depositiones Testium sunt nimis generice, neque descendunt ad indiuiduandos actus, ex quibus conyci possit alacritas Serui Dei in exequendis omnibus, quæ sibi præciperentur à Superioribus, & regulis Ordinis, distinguendo præsertim, (prout opus fuisset) singulos status Religionem profitentis, nimirùm tempus Nouitiatus, studij, aliorumque munerum, quibus successiuè addici solent Religiosi Societatis Iesu, vt exinde patere posset, an Seruus Dei in quolibet statu exactè custodiuerit ea omnia, ad quæ ex vi professionis suæ obligabatur, & an progressum fecerit semper de virtute in Virtutem ratione status Religiosi, vti requiritur ad hoc vt procedi possit ad eius beatificationem, de cuius effectibus est, Beatificatum cæteris eamdem vitam profitentibus imitandum proponere, iuxta effatum D. Ambrosij vbi de S. Ioseph: Sanctorum vita cæteris norma viuendi est &c.*

Hæc tamen oppositio minimè nos conturbat, semel enim admisso, proùt irrefragabiliter admitti debet, quod in Summario, & Processibus non constet de aliqua transgressione Votorum, aut de violatione Instituti sui Ordinis, non opportet, quod Testes magis indiuidualiter sese explicauerint, quod videlicet Ven. Dei Seruus nec in eo, nec in alio casu defecerit. Siquidem eiusmodi documentum numquam hactenus fuit exactum in alijs tot Sanctorum canonizatorum Causis. Vt enim constet de adimplemento votorum, satis est, si Testes dixerint, sicuti in hoc nostro casu dixerunt, quod Ven. Dei Seruus semper seruauerit paupertatem quod semper Superioribus suis præstiterit obedientiam, & quòd exactè suam custodierit castitatem, absque eo quod quicquam contra prædicta vmquam animaduerterint. Scuti ad hoc, vt constet, quod quis decem Decalogi præcepta seruauerit, satis est, si Testes domestici asserant, numquam eum vidisse, vel audiuisse peccantem contra Diuina præcepta. Præterquamquod alleganti malitiam, incumbit onus eam probandi, ad Textum *in Cap. Si quid dist. 86.*, *& cap. in Cunctis 11. quæst. 3. Cap. Innocens 22. quæst. 4.*

cap.

Digitized by Google

cap. fin. de præsumpt. Barbos. *tract. var. verb. Bonus* Gonzal. Tell. *in cap. ex parte de scrutin. in ordin. facien.*

At respondet idem Reuerendissimus Fidei Promotor: non est satis docere, quod Ven. Dei Seruus vota seruauerit, sed requiritur & oportet, quod Postulatores ostendant heroicè seruasse. Sed hæc instantia, verè subtilis, æquali subtilitate refellitur, animaduertendo, quod exacta Votorum obseruantia, obseruantia heroica est, sicuti professio solemnis inter actus heroicos ex supra dictis connumeratur. Quo supposito non oportet de vlteriori heroicitate requirere in modo operandi quoad eamdem obseruantiam, quando hæc heroica est in suo modo essendi, & per consequens hoc ipso, quod probetur exactè seruasse promissa vota, & Institutum sui Ordinis, statim heros debet reputari. In hac enim obseruantia, vt ponderanti liquet non oportet recurrere ad casus particulares, sicuti aliàs fit in examine actuum virtutum; quia Virtutes in sua essentia non sunt heroicæ; & semel probato, quod aliquis Dei Seruus fuerit Virtuosus, adhuc supereſt probare, quod fuerit heroicè virtuosus, quod vt concludatur, spectandi sunt actus particulares: secùs verò contingit in materia hujus obseruantiæ, quia cum emissio solemnis votorum substantialium, seù adscriptio ad militiam Religiosam actus irrefragabiliter heroicus sit, quotiescumque constiterit, Seruum Dei in eadem voluntate perseueraſſe, in exercitio heroicitatis censeri debet, ex supra fusè ponderatis. Fortius verò, quando, proùt hic, Testes conformes deposuerunt, Seruum Dei exactè obedientem, castum, & pauperem extitisse quia licèt alias ad concludendam obedientiam heroicam in non habente solemnitatem Votorum, requireretur forsan notitia particularium actuum, vt de illorum pondere posset iudicium ferri: Secus autem vbi agitur de solemniter professo, quia iste ratione primi actus solemnis suæ professionis æquiualenter perseuerantis in eiusdem professionis obseruantia (secluso modo operandi in actibus particularibus) heros meretur nuncupari, quia modus operandi in Diuino instinctu sufficienter relucet, & quidem formaliter in primo actu, & virtualiter, seù æquiualenter in obseruantia eiusdem professionis, D. Thom. *sup. 4. sent. dist. 16. quæst. 1. artic. 2. quæstiunc. 1. & art. 2. quæstiunc. 1. ad 3.*

Et nihilominùs habetur in nostro Summario probatio, quam desiderat Reuerendissimus Promotor, tàm quoad actus particulares, quàm quoad temporis extensionem. Incipiendo enim ab obseruantia voti obedientiæ, habetur *in Summario num. 21.* quod nihil absque Superioris licentia ageret §. 1. & 10., quod signa externę, & internæ venerationis ostenderet erga Prælatos suos §. 5., & *plurib. seqq.*, quod eisdem etiam in arduis absque reluctantia obtemperaret §. 14. & 15., quod licet ægrotus potum maximè amarum, & noxium ebiberit ex obedientia, quam profitebatur erga Infirmarium *à* §. 17. *vsque ad finem*. Demum quod exactè seruauerit nedum præcepta Diuinæ Legis, sed etiam Euangelica consilia *à* §. 6., & *seqq.*

Et quantum ad extentionem temporis quam pariter desiderabat Reuerendissimus meus Fidei Promotor, Testes in eodem *Summario* §. 4. 7. 8. 9. & 10. de visu affirmarunt quod Ven. Dei Seruus sem-

semper exactam hanc obseruantiam Voti obedientiæ practicauerit. Particula autem *Semper*, quia est vniuersalis, ad nullum tempus restringitur, & per consequens à die, quo Seruus Dei Religiosæ militiæ nomen dedit vsque ad obitum, ad Textum *in leg. semper in Ciuitate ff. de Iur. Immunit.* Gozadin. *cons.* 102. *num.* 7. Patis. *cons.* 37. *num.* 24. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 128. *col. fin. vol.* 1. Surd. *decis.* 112. *num.* 4., & *decis.* 255. *num.* 7., & *cons.* 179. *num.* 14. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 5. Rot. *decis.* 359. *nu.* 3. *par.* 1. *Diuers.*

Transeamus ad Votum Castitatis, de quo *Summario num.* 24., vbi Testes deponentes de fama communi, & publica, & de propria eorum conuersatione, testati sunt nihil in eo deprehendisse contra virtutem, & Votum Castitatis *à §.* 1. *vsque ad fin.*, Quod semel à quadam muliere Indiana tentatus fortiter restiterit, *à §.* 3. & §. 20. & *seqq.*; Quod suæ conscientiæ esset vigilantissimus Custos *à §.* 4. & *seqq.* quod rigide omnes vitaret occasiones periculosas *à §.* 4. & *seqq.*; Quod profana cantari audiens, ea protinus redigebat ad Sacra §. 12. & *seqq.*; Quod ingentem zelum habuerit, vt omines huic virtuti se addicerent *à §.* 15.; Et quod habuerit virtutem alios ab incontinentiæ tentationibus liberandi *à §.* 17. & *seqq.*

Et quantum pertinet ad temporum diuersitatem, omnes Testes loquti sunt indefinitè, & locutio indefinita in hac materia æquialet vniuersali, quia bonum ex integra causa &c. & insuper nonnulli sese declararunt de tempore etiam adolescentiæ, & de toto vitæ ipsius, §. 5. 10., & 15.

Idipsum recognoscitur in materia paupertatis. Habetur enim *Summario num.* 27. §. 6., & 17., & *num.* 29. §. 7., & alibi sæpe, Quod Ven. Dei Seruus *semper* nudipes iter ageret, & quod si aliquando calceamentis vteretur, ista nonnisi satis dissuta, & absoleta gestaret, *Summario num.* 28. *per totum*, & *nu.* 29. §. 7. & 19.; Quod *Semper* vestibus pauperioribus, & vilioribus indutus erat, *num.* 28. *per tot.*, & *num.* 29. §. 11. 15. 18. 19. & 21.; Quod armarium permissum alijs Religiosis, in sua Camera, *numquam* retineret *eodem Summario num.* 29. §. 22., & quantum ad tempus ijdem Testes pariter indefinitè loquuti sunt, & consequenter, iuxtà nuper dicta, intelligi debet pro toto tempore suæ vitæ; quod nonnulli etiam expresserunt per verba *sempre*, *e Mai*; Nempe *num.* 27. §. 6. 17., & *num.* 28. §. 1. 3. 5. 6. 9. 11. 13. 14. 16. 18. 19. 20. 21., & 22.

Quæ etiam obseruantia votorum & Instituti sui Ordinis pro toto tempore suæ vitæ probatur à Testibus de visu datis *Summario nu.* 20. *pag.* 129. *per totum*. Quod verò vnus semper, & idem fuerit tenor vitæ Serui Dei, ab adolescentia sua vsque ad obitum, præterquamquod satis innotescit ex hactenus deductis, probatur etiam ex Testibus relatis *Summario num.* 4. qui loquuntur de auditu à videntibus, & de publica voce, & fama, quod Ven. Dei Seruus dum esset adolescens decem, & septem annorum, Societatis Iesu Institutum amplexus fuit §. 1. *frequentando li Sagramenti viuendo lodabile, e diuotamente &c.* Et §. 2. *Essendo ancora Fratello viuendo in essa molto lodabile, e diuotamente &c.* §. 3. = *Che sa &c. esser detto Padre nella sua giouentù mandato &c. studiaua*

Digitized by Google

colli Padri della Compagnia di Gesù frequentando li Sagramenti, communicandosi con diuozione &c. & §. 4. = nella sua giouentù fu mandato &c., e studiò &c. frequentando li Sagramenti, e viuendo pia, e lodeuolmente &c. Et §. 5. & 6. = Che sa &c., che detto Padre nella sua giouentù fu mandato &c. in Portogallo, doue hà studiato colli Padri della Compagnia di Gesù, frequentando li Sagramenti, viuendo, pia, e lodeuolmente &c. Et §. 7. = Che sà &c. che detto Padre fu mandato &c. in Portogallo, doue hà studiato colli Padri della Compagnia di Gesù, frequentando li Sagramenti, pia, e lodeuolmente viuendo &c. Et §. 8. = Che &c. Essendo Giouane, studiò colli Padri della Compagnia, doue frequentò li Sagramenti Santi, con pietà, e lode, e deuozione &c. & §. 11. che essendo Giouane, sen'andò detto Padre dall'Isole Canarie in Portogallo, e che imparò colli Padri della Compagnia, frequentando li Sagramenti viuendo pia, e lodeuolmente &c. Et §. 12. & 13. = Che sa per fama esser mandato detto Padre essendo Giouine dall'Isole Canarie à studiare à Coimbra, frequentando li Sagramenti, viuendo con dimostrazioni di virtù &c. Et §. 14. Che sà &c. essendo detto Padre Giouine d'anni 17. fu mandato dall'Isole Canarie in Portogallo, doue imparò colli Padri della Compagnia, frequentando li Sagramenti, e piamente viuendo &c.

Idipsum probant Testes dati eodem *Summario num. 5. pag. 22.* vbi agunt de vita eiusdem Serui Dei, postquam Societati Iesu se iunxit §. 2. ibi = Che sà per auerlo visto, che in questa detta Prouincia del Brasile si ordinò detto Padre Sacerdote di Messa, e consumò la vita in quella, leggendo Teologia, predicando, e confessando, ed insegnando la Dottrina Christiana alli Gentili del Brasile, e conuertendoli &c.; E che sà ch'esercitaua altri Ministerj di detta Compagnia, andandosene in Terra ferma alla conuersione di detti Gentili, per ridurli alla nostra Santa Fede Cattolica &c. Et §. 5. = Che sà per la prattica auuta di detto P. Gioseppe Anchieta &c., che in questa detta Prouincia del Brasile si ordinò Sacerdote, e consumò la vita leggendo, predicando, confessando, & esercitandosi in altri Santi Ministeri della Compagnia essendo Prouinciale, e Superiore, come hà detto, con gran Virtù &c. Et §. 8. = Che sà &c. che detto Padre s'ordinò de Messa in questa Prouincia del Brasile, nella quale questo Testimonio il vidde leggere, predicare, e confessare molte volte, ed esercitare altri Ministerij, andando à visitare li Prigioni, accattando le limosine per essi, e per li Poueri &c. Et §. 9. = Che sà che in questa Prouincia del Brasile si ordinò detto Padre Sacerdote, e consumò la vita leggendo, predicando, confessando, e dottrinando molti Gentili del Brasile, esercitando altri Ministerij della Compagnia, e sà che fu Superiore in alcune Prefetture, e Prouinciale di tutta la Prouincia con gran virtù &c. Et §. 10. Che sà che detto Padre si ordinò Sacerdote da Messa in questa Prouincia, e consumò la vita leggendo, predicando, e confessando ed esercitando altri Ministeri della Compagnia; e sà che fù Superiore, e Prouinciale &c. e con gran virtù, ed'esempio &c. Et §. 11. che sa &c., che detto Padre si ordinò Sacerdote in detta Prouincia, e consumò la vita leggendo, predicando, confessando, & esercitando gli altri Ministerij della Compagnia; e questo sà ancora per auerlo visto cogli occhi proprij, & esserfi trouato presente nelle sue Prediche, e

Digitized by Google

Dottrina tanto in questa Città, come in S. Vincenzo, e fu Superiore, e Prouinciale &c. Et §. 14. *Che sà, che detto Padre si ordinò Sacerdote in questa Prouincia Brasilienſe, perche ancora l'hà conoſciuto Fratello, quale conſumò la Vita leggendo; predicando, confeſſando, e componendo Villanelle Spirituali, e le profane voltaua medemamente in Spirituali &c. e sà &c., che detto Padre fù Prouinciale, e Superiore &c.* Et §. 15. *Che sà, che detto Padre si ordinò Sacerdote da Meſſa in queſta Braſilica Prouincia, doue conſumò la vita leggendo, predicando, e confeſſando, & eſercitando altri Miniſterj dell Compagnia; E sà che fu Prouinciale, Superiore, e Viſitatore &c. il che sà per auerlo viſto &c. quali Vfficij hà lui amminiſtrato con molta ſodisfazione, & eſempio di vita &c.*

Ecce igitur, quod habetur ſpecimen Vitæ Ven. Serui Dei etiam pro tempore ſuæ inuentutis, quæ vt videtur, non fuit à Senectute diſſimilis; Ab adoleſcentia enim ſua iugum Religionis portauit &Miniſterijs Societatis indefeſſus ſemper ad obitum vſque vacauit. Hæc autem ſufficere debent Reuerendiſſimo Domino Meo Promotori, cum non ſit neceſſe, quod Canonizandi toto tempore ſuæ vitæ fuerint Heroes; ſatis enim eſt ſi per tempus conſiderabile, deceṃ ſaltem annorum tales extiterint; Cum nec aliquando peccatores extitiſſe præiudicet ad effectum Canonizationis, ad Textum *in cap. & venit 45. de pœn. diſt. 1.* Collect. *in Cap. 1. de de reliqu. & vener. Sanct.* Panuin. *in relation. S. Bonauenturæ par. 1. art. 9.* Matt. *de Canon. Sanct. part. 4. cap. 3. num. 4.* De noſtro autem Ven. Dei Seruo oſtenditur, per quadraginta dũos annos fuiſſe heroem; totidem enim laudabiliter inſumpſit in exercitio Miſſionum cum maximo Animarum emolumento, & cum proximo ſuæ vitæ periculo.

Nec proinde oportet, quod circa annos adoleſcentiæ Teſtes ſint informati de peculiaribus actibus, cum hoc penè impoſſibile videatur, attento quod ſi Seruus Dei, de cuius Canonizatione agitur, plenus dierum obierit, Teſtes eidem contemporanei difficillimè poterunt reperiri, maximè pro ijs proceſſibus, qui facti fuerunt authoritate Apoſtolica, vt ex ſe perſpicuum eſt.

Igitur abſque eo quod opus ſit vnum tempus ab alio diſtinguere, ſatis ſuperque ſufficiens videtur, quod de toto vitæ decurſu noſtri Ven. Serui Dei verificetur, ipſum Sanctè, ac omninò laudabiliter ſe geſſiſſe, dummodo de vltimo ſaltem decennio ſit pariter verum, quod Ven. Dei Seruus heros in Chriſtianis virtutibus fuerit, meritò in aliorum, & ſignanter ſui Inſtituti Religioſorum exemplar proponendus.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Probatur releuantia in materia Charitatis Ven. Serui Dei.

RAdicem Sanctitatis persequimur, cum persequimur Charitatis releuantiam, quia Charitas est Regina, & forma Virtutum. Diu. Thom. *in 2. Sent. distinct. 26. quæst. art. 4. ad 5.*, *& de Verit. quæst. 14. art. 5. ad 6.*, *& de Virtut. quæst. 2. art. 3. ad 19.*; Et idcircò Reuerendissimus Fidei Promotor pro munere suo accuratissimè fungendo opposuit, non constare de releuantia in materia Charitatis Ven. Serui Dei sub *num. 20.*, ibi = *Præcipui quippe actus ad hunc effectum cumulati &c. consistere videntur in eo, quod Seruus Dei, pauperes aliquando subleuauerit cum substantijs constatis ex eleemosynis piarum personarum; visitauerit Carceratos, & conuerterit Peccatores, & Infideles: quæ quidem omnia non videntur superare potentiam humanam; Cum plerique ex pijs hominibus, & signanter Religiosi Missionariorum munere fungentes, qualis erat Seruus Dei, qui à Superioribus missus fuerat in Brasiliam Americæ Prouinciam pro curanda conuersione illius Gentis ab Infidelitate ex Summario Num. 4., in huiusmodi Charitatis actibus passim exerceantur; quin tamen ex ijs solùm dicantur constituti in gradu heroico, & si qua vis reponi vellet in conuersione Peccatorum, & Infidelium, de qua tantummodò in materia Canonizationis, & in eiusmodi Virtutum dubio solet haberi ratio, constare deberet, maximum esse Conuersorum numerum, prout consideratus fuit in Causa S. Francisci Salesij, qui septuaginta duo millia hæreticorum ad Catholicam Fidem reduxit &c., quæ tamen circumstantia deficit in casu nostro; Nam licet in Summario Num. 15. pag. 110. §. 35. nota marginalis exprimat, innumeras fuisse Peccatorum conuersiones ministerio Serui Dei obtentas, veritas tamen est, quod Testis ibi relatus loquitur quidem de multis, seù quamplurimis conuersionibus, sed non de innumeris; & ita castigatius loquuntur etiam cæteri Testes sub eodem num. 15. descripti; quod verò notabilius est, licèt præfati Testes in genere dicant, multos fuisse à Seruo Dei conuersos; Attamen in specie de duobus tantùm Lusitanis, qui Idololatriam sequebantur, ad veram Religionem reductis mentionem faciunt &c. Vnde minùs fidendum videtur multitudini Conuersorum à dictis Testibus exageratæ; Maximè quia ijdem Testes nimiùm panegyricè loquuntur de Seruo Dei &c.*

Verum si non constat de releuantia charitatis in hac causa, vix ulla erit alia, in qua eiusdem charitatis heroicitas conuinci possit, vt ex sequentibus fiet manifestum. Assumit enim Reuerendissimus Fidei-Promotor, quod præcipui actus à nobis deducti ad docendum de ipsius charitatis releuantia sint, quod Ven. Dei Seruus eleemosinas distribuerit collectas ex Christianorum liberalitate; quod Carceratos visitauerit; quodque Infideles ad Christianam, seù Catholicam veritatem conuerterit, & hæc, inquit, esse communia opera charitatis, quæ non excedunt potentiam humanam,

Digitized by Google

nam, & quibus passim vacare consueuerunt Religiosi Missionarij. Et quidem, loquendo de charitate erga Proximum circa temporalia, verum asseruit, (loquendo enim de charitate in Deum, & de charitate erga Proximum quoad spiritualia iam supra *cap. 6. & 7.*, præmissimus actus, ex quibus irrefragabilitèr heroicitas charitatis in Ven. Seruo Dei concluditur), quamuis præter recensitos actus alij quoque suppetant, nempe quod visitauerit frequentèr Infirmos, quod mederetur illis, deferret cibos, & similia. Attendendo itaque ad actus prædictos, non negamus, quod præcipui actus, quos deducimus sint ij, qui à Reuerendissimo Promotore recensentur. Negamus tamen, quod ijdem actus sint deducti nudè, & sine releuantibus circumstantijs, quia verius vndequaque est, quod nos producimus eos actus non nudè sumptos, sed vt exercitos à viro Missionario in Terris Infidelium, & cum continuo propriæ vitæ discrimine. Licet autem elargiri eleemosinas ex alieno ære collectas non excedat Iustitiæ communis limites; Eleemosinas tamen ostiatim emendicare, seù continuò eas zelo colligere, non est ità commune, vt plurimorum, ac plurimorum Regularium charitatem non trascendat; Sicuti etiam visitare Carceratos non est multum, sed eis subuenire pariter cum eleemosinis, Saccum pro ipsis, aut Canistros huc illucque deferre in Viro Religioso, sene, annoso, probato, & mille titulis graduato, trascendit profectò iustitiæ, seù charitatis communis mensuram.

Et demum conuersio Infidelium, quæ in sententia etiam Reuerendissimi Promotoris magnam meretur in huius dubij examine considerationem, ponderanda est sub ea circumstantia, quod Seruus Dei conuersiones eiusmodi, siuè Peccatorum, siue Infidelium, operabatur cum habituali discrimine propriæ vitæ, & si maiorem charitatem nemo habet, quàm si ponat animam suam pro amicis suis: ignoramus vsque quò crescere debuit huius Serui Dei charitas erga Deum, & Proximum, vt supra communem eleuaretur?

Ast (inquit Reuerendissimus Promotor) plurimi quidem, sed non innumeri fuerunt conuersi ad Deum, & respectiuè ad fidem, mediante opere Ven. Serui Dei; Non enim fecit sicut D. Franciscus Salesius, qui septuaginta duo millia hæreticorum conuertit: Et si credimus Testibus castigatiùs loquentibus, nonnisi duo Lusitani fuerunt, qui à Ven. Seruo Dei Christianæ Fidei lumine imbuti sunt.

Hæc tamen instantia exposcit, vt vel ægrè ferentes subnectamus hic Testium depositiones, quod successiuè infra faciemus. Pro nunc dicimus, quod Deus non respicit quantum, sed quale, & secundum D. Gregorium, & Ambrosium respicit affectum non censum. Hæroica prædicatio non mensuratur ab effectibus, sed a conatibus, & benè stat, quod heroicus Missionarius nullum conuertat, & per hoc suæ villicationis meritum non amittat. Dixit enim Apostolus 1. *ad cor. 3. 6.* : *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Quod explicans Cornel. à *Lapid.* inquit *loc. cit.*, ibi = *Hinc patet primò exteriorem concionem, vocationem, exempla, miracula non sufficere ad conuersionem, & vitam spiritualem inchoandam, nec promouendam: Secundo hinc*

Pro-

Digitized by Google

Prosper lib. 2. de vocat. Gent. cap. 6., & 8., probat; quod licet omnes æqualiter eamdem concionem audiant, alij tamen parum, alij verò multum ex ea proficiant, illi nimirùm, quos Deus peculiari interna motione afficit, & quorum corda tangit, vt vitam mutent, vel seriò proficiant in melius &c. Agricola qui plantat, & rigat, parùm est, parum effert, & quasi nihil præ Deo; nam tantùm exterius agit, & quidquid agit, accepit à Deo, agitque, vt instrumentum Dei; Deus autem per se interius, vt principale Agens operatur, vimque, & vigorem crescendi sufficit, & suggerit. Actio enim tribuitur principali Agenti, & maximæ Causæ primæ &c. = Vnde S. Augustin. *tract. 7. in epist. 1. S. Ioannis: Ministeria forinsecùs* (inquit) *adiutoria sunt, & admonitiones; Cathedram tamen in Cælo habet qui corda docet; sic sunt hæc verba, quæ forinsecùs dicimus, quomodo est Agricola ad arborem; forinsecùs enim Agricola operatur, quia adhibet aquam, diligentiamque agriculturæ; sed tamen poma non format* = Et prosequitur citatus Cornel. *vbi supra* = *Ea* (nempè) *poma format Deus cum arbore concurrens, arborique vim pomâ gignendi indens, & suggerens. Pari modo parum facit Concionatoris vox: sonat enim tantum exterius, sed Deus est, qui cum ea concurrens interius per gratiam suam animam illuminat, & conuertit.*

Meritò igitur Verricell. *de Apost. Missionib. proleg. quæst. 1. num. 15.* substinet, quod Missionarius debeat dici Apostolus etiamsi nullum conuerterit, ibi = *Quamuis soli illi Apostoli nuncupentur in Ecclesiasticis tabulis, qui Populos conuerterunt ad fidem; tamen eodem Apostoli titulo honorantur à Sacris Scriptoribus ij omnes, qui licèt paucos, aut nullos conuerterint, tamen ab Apostolica Sede missi, summis laboribus, ac periculis, sanctissimæ vitæ exemplo, ac Dei verbo Infideles, Schismaticos, & Hæreticos ad Catholicam venire fidem conati sunt &c.* = quod probat authoritate D. Ioannis Chrysostomi, S. Thomæ, Glosæ interlin., Lirani, & Cartusiani *in Epist. ad Rom. cap. 16. &c. Sic pari ratione singuli septuaginta duo Discipuli* (prosequitur laudatus Author) *vocati sunt Apostoli, quia Christum prædicabant; Cum tamen non constet singulos conuertisse Populos, ita S. Ioann. Chrysost. in 2. ad Cor. 15., & S. Hieronym. ad Galat. 1. &c.*

Sicuti ergo Ven. Dei Seruus, quamuis nullum ad fidem conuertisset potuit vocari Apostolus, ita & Heros; potuit namque par esse in conatibus, laboribus, & periculis D. Francisco Salesio, non obstante quod exitus Conuersorum non fuisset æqualis, ex eadem ratione, qua Aureola Martyris non correspondet effectiuæ morti, sed magis passionibus ex quibus mors secutura erat, & ideo verè appellati sunt Martyres à Sacris Scriptoribus D. Felix ante vllos cruciatus in carcere extinctus, teste D. Augustino *in Psalm. 127. ad vers. 4.*, S. Eustachius Antiochenus qui cum non fuerit pro Christo occisus, sed tantum relegatus, à D. Ioanne Chrysostomo Martyr fuit appellatus *in Orat. de S. Eustach. Antioch.* Idemque tradiderunt ipsemet D. Ioannes Chrysostomus *in Psalm. 95.*, & D. Ambros. *serm. 69. de Eusebio Vercellense*, & in hac materia Baron. *anno 371.*, S. Cyprian. *epist. 9. 10. 15.*, & *16.*, vbi Moses, & Maximum pro fide tortos, & afflictos, sed citra mortem, verè Christi esse Martyres affirmauit, prout etiam *epist. 30.*

epist.30. 37. 81.; & Tertull. *lib. ad Martyres cap.1.* Ita heroicitas charitatis non est relatiua ad effectus conuersionis, sed ad labores impensos pro reducendis Ouibus Christi ad Ouile ipsius. Isti autem potuerunt esse æquales, immo maiores ijs, quos substinuit Diu. Franciscus Salesius, quod circumscriptis quibuscumque alijs, vel ex eo tantùm præsumi debet, quod per duo supra quadraginta annos in vinea Christi allaborauerit.

Sed hæc dicta sunt ad abundantiam, quia ex Testibus infra referendis colligitur totum oppositum. Quantum enim ad circumstantias eleemosinarum, quas Ven. Dei Seruus largiebatur, habetur, quod ipse eas emendicabat ostiatim à Benefactoribus *Summario Num.17. pag.* 116. §. 9. 12. 14. 18. 22., & quod plus est §. 5., ibi = *Portaua detto Padre medesimo in spalla il mangiare alli poueri Prigioni &c., e la brocca d'acqua &c.* = & §.10. = *Portandoli da mangiare* = & §.12. = *Interdum pauperibus Cistas sub tergo cum eleemosinis asportando &c.* = & §.14. = *Accattando la limosina con vn sacco in spalla &c.*

Ponderandum etiam est, quod Ven. Dei Seruus visitabat Infirmos in Hospitalibus, eosque solabatur, pascebat, medebatur, & omnia munia viliora erga eos exercebat, vt patet *dicto Summario Num.17. per tot. pag.*117., *& seqq.*

Istæ autem circumstantiæ, quæ concernunt aliarum Virtutum materias, eleuant fulgorem puræ elargitionis eleemosinarum, & visitationis Infirmorum, & Carceratorum, & consequentèr prædicti actus non sunt contemnendi tamquam charitatis communis actus; cum non omnes Religiosi, etiam Missionarij, hisce operibus cum eisdem circumstantijs vacare consueuerint; Et si probetur aliquos fecisse, & aliàs cætera consonent, intrepidè dicimus, heroicitatis laude carere non posse.

De cætero præter prædictos actus valutari quoque debent sequentes. Etenim cum duæ Mulieres captæ fuerint ab Infidelibus, & ab ijs reseruarentur ad comestionem, Ven. Dei Seruus propria vitâ postposita, ad Infideles transiuit, vt prædictas Mulieres redimeret, & à tanto, ac sic imminenti periculo eas liberaret; de quo testatur in specie Testis *Summario Num.15. pag.*107. §.22., *& pag.*111. §.40., *& 51. pag.*113., *& Num.17. pag.*116. §.1.

Nec contemnendus est alius casus relatus *Summario Num. pariter* 17. *pag.*118. §.13., ibi = *E tanto era caritateuole, che facendo esso Testimonio viaggio con questo Padre da questa Prefettura à quella di S. Vincenzo, distante quaranta leghe, quando la notte allogiauano nelle Selue in tempo freddo, e di pioggia, vidde molte volte leuarsi detto Padre la notte, & andar facendo il fuoco vicino alle reti doue gl'Indiani stauano ritirati, mettendoli delle bragie sotto quelle, acciò essi Indiani si asciugassero, e riscaldassero dal gran freddo, che faceua; il che esso Testimonio ebbe per molto grande, e rara opera di carità &c.*

Idipsum censendum est de alio dato in *Summario Num.8. pag.*32. §.5. ibi = *E specialmente vidde il Testimonio, che stando vn'Indiano Gentile schiauo, e prigione con funi, e trà ferri in potere d'altri Gentili, che lo teneuano per Manigoldo, vi arriuò detto Padre Gioseppe Anchieta, à cui parlando detto Indiano disse, che se esso sapesse la lingua delli Cristiani, auerebbe pregato Dio, che lo liberasse da quello stato, e pericolo &c.; ed il Padre gli rispose, che &c. pregasse lui*

Dio

Digitized by Google

Dia nella sua lingua &c., perche Dio sapeua ogni lingua &c., e voltatosi al Testimonio, gli disse = Metteteui ancor voi in orazione Melchiorre, e aiutatemi auanti à Dio à liberar quell'Indiano, e subito nella medesima notte lasciorno le funi, e ferri, con che staua prigione l'Indiano, restando libero da potersene fuggire, siccome fece &c.= Sicuti etiam, quod pro bono pacis, & ad saluandos Christianos à vexationibus, ad Infidelium lares pertransijt, pacem tractaturus, cum propriæ vitæ discrimine, *Summario dicto Num. 8. §. 7. pag. 32.*, ibi = *Che detto Padre se n'andò à mettere fra li Nemici confinanti coll'Oppido de Santos per trattare con loro la pace, con euidente pericolo di morte, solo per conuertire loro, e liberare li Portogheſi, e Christiani dalle molestie, e vessazioni, che del continuo ne riceueuano da quelli &c.*

Quantum verò ad conuersiones Infidelium, & Peccatorum, non ita res se habet, sicuti Reuerendissimus Promotor descripsit; Nec enim duo tantùm, sed plurimi, atque plurimi vitam gratiæ, mediante opera Ven. Serui Dei receperunt, *Summ. num. 8. pag. 29. §. 2. = Che sà, che detto Padre &c. per la communicazione auuta con lui &c., con la sua dottrina, predicbe, & esempio, & altri ministeri conuertì alla nostra S. Fede MOLTI Gentili, e li battezzò &c.*; & §. 4. *ibidem = Me scire, quod præfatus Pater quamplures Peccatores conuertit, & à praua vita, quam sequebantur, ad obseruantiam præceptorum Dei adduxit, Religiosos, & Ecclesiasticos ad perfectionem spiritualis vitæ exhortando, & eius exemplo Infideles QVAMPLVRIMOS ad veri Dei, & Fidei Catholicæ cognitionem cum Baptismate attraxit; quod scio ex eo, quia ita vidi &c.*; & §. 5. ibi = *Me scire, quod dictus Pater QVAMPLVRIMOS Peccatores ab improba vita, quam degebant, conuertit, & ad obseruantiam præceptorum Dei deduxit; quamplureſque Religiosos, & personas Ecclesiasticas ad spiritualis vitæ perfectionem admonuit, & multos Infideles ad veri Dei, & Fidei Catholicæ cognitionem, ac Sacri Baptismatis susceptionem attraxit; quod scio de rationibus supra relatis, ac etiam, quia quamplures Infideles vidi per illum baptizari &c.*; Et §. 6. ibi = *Quod dictus Pater eius concionibus, sermocinationibus, & colloquijs QVAMPLVRIMOS Peccatores conuertit, & à prauis itineribus, quæ sequebantur, ad obseruantiam præceptorum Legis Dei adduxit; Ecclesiasticos, & Religiosos ad spiritualis vitæ perfectionem exhortauit, & eius exemplo QVAMPLVRIMOS ad veri Dei, e Fidei Catholicæ cognitionem attraxit &c.*; Et §. 8. ibi = *Me scire, & vidisse, quod dictus Pater eius sermocinationibus, conuersatione, & concionibus QVAMPLVRIMOS Peccatores à praua vita, quam degebant, ad obseruantiam præceptorum conuertit, & suis admonitionibus nonnullos Religiosos, & Ecclesiasticas Personas ad spiritualis vitæ perfectionem deduxit, eius exemplo QVAMPLVRIMOS Infideles commouendo, & ad veri Dei, & Fidei Catholicæ cognitionem, vt S. Baptisma acciperent illos attraxit, & hac de causa quamplurimis periculis se exposuit &c.*; Et §. 9. ibi = *Quod dictus Pater eius concionibus quamplurimos Peccatores conuertit: QVAMPLVRES Infideles ad veri Dei, & Fidei Catholicæ cognitionem, & S. Baptismatis susceptionem attraxit: quod scio de visu*; Et §. 17. *pag. 31.* ibi = *Dixit, quod Pater Ioseph erat ardens in suis Colloquijs, & sermonibus, & concionibus, quibus Peccatores à vita iniquitatis extrahebat,*

Digitized by Google

& ad Diuinæ Legis obseruantiam conuertebat &c.; QVAMPLVRIMOSQVE Infideles ad veri Dei cognitionem adduxit, vt baptizarentur, prout fuerunt Gentiles Gacumeni, & Tamoios; & sub §. 22. pag. 32. = Scit Testis, quod dictus Pater Ioseph QVAMPLVRES Indianos à Gentilitate ad gremium S. Matris Ecclesiæ deduxit, eos baptizans post cathechizationem, & instructionem: Et eodem Summario num. 8. pag. 32. §. 1. = Colli suoi scritti, prediche, & altri ministerj conuertì alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili, andandoseñe alcune volte fino dentro la Terra Ferma; e che desideraua dare la vita per la propagazione della Fede; e ciò sà il Testimonio di vista &c.; Et §. 2. = E con li suoi Scritti, Prediche, Confessioni, ed esempio conuertì alla Fede Cattolica, e battezzò MOLTI Gentili, andando alcune volte in detta Prefettura sin dentro la Terra Ferma per trouare detti Gentili, e conuertirli, e ridurli alla nostra Santa Fede Cattolica, battezzandoli TVTTI QVANTI di là ne conduceua, e che desideraua dare la vita per la propagazione della S. Fede Cattolica &c.; Et §. 4. = Che ebbe detto Padre molta gran Fede, quale conseruò tutta la vita conuertendo à quella, e battezzando MOLTI Gentili &c.; Et §. 10. pag. 33. = Conducendo MOLTI Infedeli alla cognizione del vero Dio, & alla Fede Cattolica, riceuendone il S. Battesimo, al cui fine s'arrischiò MOLTE VOLTE, e se n'andò al Paese de Gentili, e fù schiauo frà essi con molto pericolo della vita sua &c.; Et §. 12. eadem pag. 33. = Mouendo con il suo esempio MOLTI degl'Infedeli, conducendoli al conoscimento del vero Dio, e Fede Cattolica per riceuere il S. Battesimo &c.; Et §. 15. ibidem = Che sà che detto Padre &c. con li suoi Scritti, Prediche, & altri ministerj hà conuertito alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili &c.; Et §. 16. ibidem = Che sà che detto Padre &c. con li suoi Scritti, Prediche, & altri ministerj hà conuertiti alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili &c.; Et §. 17. pag. 34. ibi = Che sà che detto Padre &c. colle sue prediche e dottrina, & altri Ministerj hà conuertito alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili, quali andaua à trouare sin dentro la Terra Ferma per condurli al gremio della Chiesa &c.; Et §. 19. ibidem = Che sà che detto Padre Anchieta &c. con li suoi scritti, prediche, & altri ministerj hà conuertito alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili &c.; Et §. 21. ibidem = Che sà che detto Padre con li suoi scritti, e prediche hà conuertito alla Fede, e battezzato MOLTI Gentili, li quali esso Testimonio vidde cogli occhi proprj &c.; Et §. 23. ibidem = Che sà, che detto Padre &c. colli suoi scritti, prediche, & altri ministerj hà conuertito alla Fede, e ne battezzò MOLTI Gentili, quali lui medesimo andaua à trouare dentro la Terra Ferma ne' medesimi Paesi loro &c.; Et §. 25. = Che sà che detto Padre colli suoi sermoni, scritti, & altri ministerj hà conuertito alla Fede Cattolica, e battezzò MOLTI Gentili &c.; Et §. 27. ibidem = Che sà, che il detto Padre &c. colli suoi scritti, sermoni, e ragionamenti hà conuertito alla Fede di Christo MOLTI Gentili, e bramaua dare la vita per l'Amore di Dio &c.; Et §. 29. pag. 35. = Che sà, che detto Padre &c. colli suoi scritti, prediche, & altri ministerj hà conuertito alla Fede, e battezzò MOLTI Gentili &c.; Et §. 31. ibidem = Che vidde, & intese essere detto Padre Persona d'eccellente Fede &c., e con scritti, prediche, & altri esercizj ne hà conuertito MOLTI Gentili, che battezzò, alla Fede Cattolica &c.; Et §. 33. ibidem =

Che

Che sempre hà conoſciuto in detto Padre &c., e con li ſuoi ſcritti, e ſanti eſercizj hà conuertito, e battezzato MOLTI Gentili &c.; Et §. 34. *ibidem* = *Che detto Padre &c. con ſcritti, e prediche conuertì MOLTI Gentili, e li battezzò &c.*; Et §. 35. = *Che sà, che detto Padre &c. con ſcritti, e prediche hà conuertito alla Fede, e battezzato MOLTI Gentili, mettendoſi in mezzo à Barbari Gentili, che ſi paſceuano di carne vmana, per poterli conuertire &c.*; Et §. 36. = *Che sà, che con ſcritti, e prediche, e molte Miſſioni alli Gentili hà conuertito, e battezzò MOLTI di eſſi alla Fede Cattolica &c.*; Et §. 37. *pag.* 36. = *Che sà, che detto Padre &c. colle ſue prediche, & altri eſercizj conuertiua MOLTI Gentili alla Fede Cattolica, quali battezzò &c.*; Et §. 38. *ibidem* = *Che sà, che detto Padre &c. con prediche, & altri eſercizj hà conuertito alla Fede Cattolica MOLTI Gentili, che battezzò &c.*; Et ſub §. 39. = *Che sà, che detto Padre hà conuertito MOLTI Gentili alla Fede Cattolica, e li battezzò &c.*

Idipſum cantarunt Teſtes dati *Summario num.* 15. *pag.* 114. circa conuerſiones tam Infidelium ad Fidem, quàm Fidelium ad bonam frugem, vt videre eſt *dicta pag.* 114. §. 2. ibi = *Che sà per detta communicazione, auer detto Padre molto gran Zelo dell' Anime; e che &c. hà conuertito MOLTI Peccatori à penitenza*; Et *pag.* 105. §. 4. = *Che sà che detto Padre &c. leuò MOLTI Peccatori dalla cattiua vita che faceuano, conuertendoli all'oſſeruanza de' Commandamenti &c., commouendo col ſuo eſempio MOLTI Infedeli, è conducendoli alla vera cognizione di Dio, e Fede Cattolica, acciò riceueſſero il S. Batteſimo, andandoli à trouare per tal effetto ſin' al loro Paeſe &c.*; Et §. 5. = *Che sà che detto Padre ebbe ardentiſſima carità verſo il Proſſimo, e particolarmente verſo de' poueri, eſercitando in eſſi l'opere della Miſericordia corporale, e deſideraua condurre ogn' vno alla vera fede, e Religione, cauandoli da peccati, in modo tale che la maggior parte de' penitenti, che s'andauano à confeſſare da lui li conuertiua &c., e ciò sà per auer pratticato detto Padre &c.* Et §. 6. = *Che sà come detto Padre &c. hà conuertito MOLTI Peccatori à penitenza, ed oſſeruanza delli Diuini Commandamenti, e per la ſalute dell' Anime, e della Diuina Gloria s'eſponeua à pericoli, e bramaua di ſpargere il ſuo ſangue &c.*; Et §. 8. = *Che detto Padre &c. hà conuertito MOLTI Peccatori all' oſſeruanza delli Comandamenti di Dio, e parimente &c. conduſſe MOLTI Infedeli al grembo della S. Madre Chieſa, e cognizione del Vero Dio, battezzandoſene per mezzo del detto Padre; il che eſſo Teſtimonio sà per auerlo viſto &c.*; Et §. 14. *pag.* 106. = *che sà che detto Padre ebbe ardentiſſima carità verſo il Proſſimo &c., e miſe MOLTE VOLTE à riſchio la propria vita per il Proſſimo, e nel tempo, ch'eſſo Teſtimonio venne da Portogallo era tornato di poco detto Padre dalla Terra Ferma di S. Vincenzo, e con Domenico Luigi (il Grou) ed Emanuele Correa colle loro Mogli, e figli, quali era alcun tempo, che viueuano deprauatamente fra Gentili, e ſecondo i Riti ſuoi, da doue detto Padre li conduſſe con molto pericolo della ſua Vita &c.*; Et §. 17. ibidem = *Che detto Padre &c. eſſo Teſtimonio vidde, che leuò lui MOLTI Vomini dal cattiuo ſtato, e da peccati, conducendoli alla vera Fede, e Religione &c.*; Et §. 18. *pag.* 107. = *Che detto Padre aueua gran Zelo del bene dell' Anime, eſponendoſi a pericolo di*

Digitized by Google

vita &c.; Et §. 19. = *Che è la verità che detto Padre ebbe gran Zelo dell'Anime, e riduſſe MOLTI Peccatori à penitenza, & oſſeruanza della Legge di Dio, che bramò ſpargere il ſangue ſuo per il Zelo della Gloria di Dio, ſiccome moſtrò in MOLTI PERICOLI, & occaſioni di morte, à che ſi eſpoſe &c.*; Et §. 24. *pag.* 108. = *Che sà, che detto Padre ſi eſpoſe à MOLTI PERICOLI di morte per l'onor di Dio, & vtilità del Proſſimo, ſiccome fù, mentre andò dentro la Terra à trouarui alcune perſone, che quiui ſtauano ribelli, patendo nel viaggio trauagli &c.*; Et §. 25. ibidem = *Che il P. Giuſeppe Anchieta aueua grandiſſima carità verſo Dio, e verſo li Proſſimi; poiche ſarebbe andato per aiutare vn'Anima ad arriſchiare ad ogni pericolo la propria vita, ed' in fatto, mentre ſtaua nel Capitaniato di S. Vincenzo &c. auendo ſaputo detto Padre Giuſeppe Anchieta, che otto leghe lontano dalla Caſa, doue ſtauano certi Indiani, nominati Tupinaquini, aueuano preſo vn' Indiano delli nomati Tamoi loro contrario preſo in Guerra, per ammazzarlo, e mangiarſelo; Eſſo ſi era ſubito partito à piedi, conducendo ſeco eſſo Teſtimonio per compagno; & eſſendo partiti di caſa entrambi ſull'ora del mezzo giorno poco più, ò meno, arriuarono nella calata del Sole à detto luogo, doue ſtaua prigione quell'Indiano; & eſſo Teſtimonio attribuiua il detto viaggio fatto in così breue tempo alla virtù del detto Padre &c., per aiutare quell'Anima di quell'Indiano Tamoio, il quale eſſo Teſtimonio battezzò; poiche era Gentile, dopo d'auerlo diſpoſto à morire, come con effetto morì ſantamente nella noſtra Santa Fede Cattolica, ammazzato dalli ſuoi Nemici, che lo teneuano prigione, eſſendoui preſente, e vedendolo eſſo Teſtimonio &c.*; Et §. 29. *pag.* 109. = *Me ſcire quod ſuis concionibus &c. QVAMPLVRES homines praue vitæ ad meliorem viuendi modum traxit, vt legem Dei ſeruarent &c. & quod &c. fecerat, vt QVAMPLVRIMI Infideles ad veram Dei, & Catholicæ Fidei cognitionem deuenirent, & Sanctum Baptiſma acciperent; dum ipſe perſonaliter ad Infideles Terras pro prædictis ad hunc effectum quærendis accederet; & ego Teſtis illum bis pro prædictis profectum vidi magno eius perſonæ, & vitæ periculo &c.*; Et §. 31. ibidem = *Me ſcire quod ille &c. multos homines à vitijs, & peccatis ſubſtulit, & illos ad Deum Dominum Noſtrum, & obſeruantiam eius mandatorum conuertit, & deduxit &c.*; & *eius exemplo, & labore QVAMPLVRIMOS Infideles ad veri Dei, & Catholicæ Fidei cognitionem traxit, vt S. Baptiſma acciperent &c.* Et §. 33. ibidem = *Me ſcire quod dictus Pater &c. multos conuertit &c., & QVAMPLVRIMOS Infideles ad verì Dei, Fidei Catholicæ, & S. Baptiſmatis cognitionem, & ſuſceptionem attrahendo, ad quem finem MVLTOTIES ſe ſub periculo poſuit, & ad Gentilicas Terras ſe contulit; & inter Gentiles magno eius vitæ diſcrimine fuit captiuus &c.*; Et §. 35. *pag.* 110. = *Me ſcire quod prædictus Pater &c. QVAMPLVRES Improbos, & Peccatores conuertit &c.; & QVAMPLVRIMOS mox Infideles eius exemplo commouit, & ad cognitionem veri Dei, & Catholicæ Fidei, & ad receptionem Sacri Baptiſmatis attraxit, & perſonaliter ad Terras à Mari remotas pro Gentilitate ad Fidem deducenda ſe contulit, & Zelo ſalutis Animarum QVAMPLVRIMIS periculis ſe expoſuit &c.*; Et §. 44. *pag.* 112. = *Me ſcire, quod dictus Pater &c. quamplures Peccatores &c. conuertit &c.; QVAMPLVRIMOS Infideles commonendo, & illos ad*

ve-

Digitized by Google

verum Deum, & susceptionem Fidei Catholicæ, ac ad S. Baptismum deduxit; quod scio ex eo, quod proprijs oculis ita vidi., & hac de causa se contulit ille ad Terras à Mari remotas., & admodum longinquas &c.; Et §. 54. *pag.* 114. = *Et scit insuper Testis, quod cum aliàs quidem Indianus ex pacificis esset penes hostes funibus alligatus, vt interficeretur, & manducaretur ab illis more Gentilico loci, præfatus Pater iter fecit ab Oppido S. Vincentij ad Oppidum S. Pauli (adhuc de eo tempore) à Gentilibus habitatum, & dictum vinctum ab hostibus præfatis (quos muneribus placauit) liberum extraxit &c.*

Ecce igitur, quod etsi multiplicitas Conuersorum esset necessaria ad declarandam charitatem heroicam Ven. Serui Dei erga Proximos, ista circumstantia non deest; quotiescumque enim Testes vno ore deposuerunt, quod Ven. Dei Seruus *quamplurimos* peccatores *quamplurimos* Infideles, seu (quoad eos, qui scrupulosiùs locuti sunt) *quamplures* seu *multos*, eo ipso satis indicarunt, non duos tantum à Ven. Dei Seruo ad fidem fuisse conuersos, sed plurimos.

Prout illud etiam ex præiactis Testium dictis manifestè colligitur quod nullus ex ijs (si veritatem amamus) panegyricè locutus fuerit; cum reuerà potius eiusdem Ven. Dei Serui opera diminutè commemorarunt, quam asserta exageratione magnificauerint; quod an ita sit Sapientissimi Suffragantes ex prædictis facilè poterunt dijudicare; Et consequenter nullo pacto est applicabilis sententia Melchioris Cano, qui scripsit circa Hystoricos, non circa Testes iuratos; & de Hystoricis, qui exagerare solent, non de Testibus, qui sincerè veritatem explicant; quod si ob releuantiam eorum, quæ Testes commemorant, velimus fingere exagerationem, nulla erit profectò sincera depositio in Causis Heroum canonizandorum, cui similis non possit applicari oppositio. Cum ex vna parte, vt visum est, Testes, siue loquendo de Infidelibus conuersis ad Fidem, siue de Peccatoribus ad viam salutis reuersis, eos indiuiduauerint quasi *Multos*, *quamplures*, *quamplurimos*, & ex altera parte restrictio vnius Testis ad vnum casum particularem, non debet præiudicare, quo minùs debita præstetur fides alijs Testibus, qui ad vnum casum non limitarunt suas assertiones, Iason *in leg. cum antiquitas* 28. *num.* 10. *Cod. de Testib.*, Butr. *cap.* 1. *de offic. legat. num.* 11. *in fin.*, Corn. *cons.* 202. *num.* 2. *lib.* 4. Cyriac. *controu.* 407. *num.* 153., Rot. *decis.* 20. *num.* 10. *coram Bich. & coram Ludouis. decis.* 351. *num.* 22.

Vel igitur, quia multiplicitas Conuersorum ex supradictis non exigitur ad ostendendam releuantiam Charitatis Viri Missionarij; vel quia de hac multiplicitate ex dictis dubitari non valet, obiectum Reuerendissimi Promotoris manet solutum. Maximè quia exemplum S. Francisci de Sales Nostro Ven. Dei Seruo minimè præiudicat, vel quia intra latitudinem virtutis heroicæ datur maius, & minus, iuxta monitum Apostoli 1. ad Cor. *cap.* 15. 41. = *Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas Stellarum; Stella enim à Stella differt in claritate. Sic & ressurrectio Mortuorum &c.*; quem Textum interpretati sunt D. Thom., & Cornel. à Lapid. de disparitate in meritis, & præmijs inter Sanctos. Vel quia ad qualificandum conatum heroicum non est attendendum ad

effe-

Digitized by Google

effectum, qui salua æqualitate laborum potuit ex alijs causis sortiri inæqualis. Vel tandem, quia licèt ex Testibus nostrorum Processuum non habeamus definitum numerum Conuersorum, ipsum tamen releuantem deprehendimus, quod sufficit ad intentum.

Meritò igitur Reuerendissimus Fidei Promotor recessit tandem à rigore oppositionis, dum dixit *num.* 21. = *Cæterum quia veritati obsequendum est, Charitas in Deum, & Proximum, in qua se se exercuit Seruus Dei P. Anchieta non modicam considerationem meretur, dum ob assertam charitatem, eumdem vitæ suæ prodigum fuisse demonstrare videantur labores, & vitæ pericula, quibus ille se se exposuit, vt asserunt Testes, de quibus in præsenti Summ. num.* 12. 15. 22., & 24.

CAPVT XVII.

Demonstratur, quod Testes deposuerint de Charitate in specie.

ALiud dubium promouit Reuerendissimus D. meus Fidei Promotor *num.* 21., quod nimirum Testes à Nobis producti loquti fuerint nimis genericè in materia de Charitate = ibi = *Sed in hoc etiam aduertendum est, quod plura à Testibus exponuntur, quæ charitatem in genere demonstrant, in qua proinde nullum fundamentum constitui potest ad decisionem præsentis Dubij, cum uersemur super inquisitione in specie. Aliqui autem casus particulares per eosdem Testes recensiti, non videntur sufficienter probati ex inferius adnotandis*; Et *num.* 22. = *Scilicet in Informatione* pag. 22. §. 4. *laudatur, & pro actu heroico recensetur, quod Seruus Dei ad Gentiles se contulerit cum euidenti periculo vitæ, vt duos Christi Fideles, qui eum suis Vxoribus ad eos confugerant, ibique superstitiosos mores, ritusque sectabantur, ad veritatis viam, & pœnitentiam red geret. Verum Testes vbi supra relati pro verificatione dicti actus eumdem concludenter non probant*; *sepositis namque ijs, qui ex sæpius prænotatis generalia tantùm exponunt, vt charitatem Serui Dei patefaciant, solum tres Testes, scilicet II. III., & XI. laudatum actum deponunt, qui tamen sufficientem probationem non constituunt*; *vel quia desumpti sunt ex Processu informatiuo S. Sebastiani absque conteſtibus examinatis authoritate Apostolica*; *vel quia non reddunt causam scientiæ*; *vel demum quia pro omnimoda ratione eorum dicti adducunt tantum publicam vocem, & famam, vt videre est Summario dicto num.* 12. *pag.* 101. *Huiusmodi autem generis apparent etiam Testes adducti pro verificandis alijs particularibus charitatis actibus, de quibus suprà in dicta Postulatorum Informatione pag.* 29. §. 3. 4. 5. 10., & *pag.* 44. §. 7. *ac pag.* 49. §. 5., & *tamen certum est, quod probatio talis esse debet, qualem ad minus exigit Ius Diuinum, de quo* Matth. 18. 16. *&c. itaut in huiusmodi materia Testes sin-*

Digitized by Google

singulares non sint coniungendi, vt monet Archidiacon. in cap. Nec mirum 26. quæst. 5. &c.; Et *num. 23.* = *Cum itaque præmissa videantur reddere valde dubiam probationem assertarum virtutum in gradu heroico Serui Dei, difficile admodum videtur, quod in casu responderi possit, constare de earum heroicitate &c.*

Huic tamen obiectioni credimus abundè satisfactum ex dictis; Non enim dicuntur probare charitatem in genere ij Testes, qui eius actus siue elicitos, siue imperatos commemorant; Huiusmodi autem sunt Testes, qui deponunt de charitate erga Deum, & erga Proximum; igitur non deponunt de charitate solùm in genere, sed in specie. Quod Testes huius Causæ, qui deposuerunt de charitate erga Deum, & Proximum commemorauerint actus huius virtutis, siue elicitos, siue imperatos, ostensum est supra *cap. 6. & 7.*; Et rursus demonstratur vsque ad nauseam, ex quo circa Charitatem erga Deum Testes meminerunt efficacis odij, quo Ven. Dei Seruus prosequebatur peccatum, Ex *Summario num. 11. à §. 1. vsque ad 27. à pag. 95. & seqq.*, vbi etiam asseruerunt, ipsum maximos adhibuisse conatus pro eisdem peccatis auertendis. Vlteriùs eadem Charitas demonstrata est heroica à Testibus ex eo, quod Ven. Dei Seruus æstuaret desiderio Martyrij, de quo *Summario num. 12. pag. 99. §. 8. 10. 18. 27. 29. 30. 32., & 33.*, qui sunt de visu, præter alios tredecim de pub. voce, & fama. Tertiò probata est Charitas in Deum, ex quo auertendi causa infidelitatem, pluries se contulit ad Infideles cum propriæ vitæ discrimine, vt Testes *Summario num. 7. per tot., & alibi pluriès*, vt supra citauimus. Quartò ex continua, & ferè incessanti oratione, de qua *Summario num. 13. pag. 103. per tot.* & signanter §. 1. 4. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 24. 28. 32. 33. 34. 35. 37. 38. 41., & 42., qui Testes sunt de visu, reliqui de publica voce, & fama. Quintò frequentia raptuum, & exthasum *Summario num. 24. pag. 108.* sunt argumenta irrefragabilia heroicæ charitatis; maximè quando contingunt cum eleuatione à terra.

Loquendo verò de charitate erga Proximum quoad Spiritualia; ex supradictis constat, quod Ven. Dei Seruus toto conatu conuersioni Infidelium, & Peccatorum vacauit, vt videre est Summario pluribus locis sup. citatis, & signanter *num. 15. à pag. 114. & plur. seqq.* Et similiter constat de infatigabili eiusdem Serui Dei studio erudiendi Pueros, Pauperes, & Idiotas, de quo *Summario n. 16. per tot. pag. 114.*, vbi plures Testes Apostolici de visu; De eiusdem Serui Dei patientia in audiendis confessionibus, in prædicando Euangelium, & in coercendis Apostolico prorsus robore hominum vitijs, *dicto Summario num. 15. & 16.*. Et quoad temporalia constat, quod esset in continuo motu, siue pro visitandis Infirmis, siue pro eorum consolatione, siue ad ijs inseruiendum, siue ad medendum, siue demum ad ministrandum in omnibus; quod Eleemosinas pro illis, & pro carceratis emendicaret, quod ipsemet sacco, seu cisto humeris impositis emendicatas Eleemosinas ad eos deferret, & reliqua omnia præstaret, quæ *ex Summario num. 17. per tot.* deduximus supra *cap. 7.*

Porrò Testes, qui meminerunt horum omnium, non est dicendum quod deposuerint in genere, alioquin Testes omnium Causarum

hanc

hanc exceptionem patientur; Non enim est necesse, quod Testes ex præmissis *supra Cap.* 1. casus in indiuiduo exprimant, alioqui in essent adstringendi ad circumstantias locorum, & temporum, quæ proinde deberent articulari, & extendi in Interrogatorijs; sed requiritur, & sufficit, quod actus specificos, & particulares exprimant, quod factum esse, ex hactenus deductis nemo poterit dubitari.

In nihilo proinde refragante si casus à Reuerendissimo Promotore relatus non plenè probaretur, quia in præsenti non agitur de probando illo actu, sed de probanda virtute Charitatis, ad quam concludendam sufficiunt casus particulares à Testibus etiam singularibus deducti, ex traditis, & præmissis supra *Cap. 2. per totum.* Et nihilominus, cum non sint reijciendi Testes ex Processu informatiuo S. Sebastiani, ex præmissis supra ex prima parte, probatio huius actus etiam in indiuiduo saluatur incolumis. Præterquamquod, vt facile recognosci potest ex nostra Informatione *pag. 22. num. 4.*, & ex locis Summarij ibidem citatis, superabundant Testes etiam Apostolici pro eiusdem casus in indiuiduo comprobatione.

CAPVT XVIII.

Occurritur Instantiæ de asserto defectu Perseuerantiæ finalis.

COnstito de heroicitate Charitatis, occurrere oportet alteri asserto defectui, probationis, nimirum perseuerantiæ finalis; Opposuit enim Reuerendissimus Fidei Promotor sub *d. num.* 23. ibi = *Accedit præterea, quod vbi etiam indulgenter procedendo, releuantia assertarum virtutum in gradu heroico ex actibus vtcumque adscriptis Seruo Dei, dum viueret admitti vellet, adhuc ea ad effectum, de quo agitur in nulla vel minima consideratione foret habenda, quia deficere videtur sufficiens probatio perseuerantiæ eiusdem Serui Dei in dd. assertis virtutibus vsque ad obitum; Cum enim ista necessario desumi debeat ex ijs, quæ secuta fuerunt in ipso obitu, iuxta regulam in huiusmodi Causis ritè sancitam à Decretis Generalibus pag. 53., & 54. &c. Profecto eiusmodi probatio non videtur elici posse ex ijs, quæ registrata fuerunt in dicto Summario num. 34., cui Titulus de pretiosa morte Serui Dei. Et sequenti num. 24. = Etenim Testes ibidem adducti solummodo recensent, P. Ioſephum de Anchieta cunctis Ecclesiæ Sacramentis munitum piè obijsse in Pago de Retitiba, & quidem absque vlla expressione, quod P. Ioseph eadem Sacramenta petierit; Isteque defectus notitiæ circa modum, cum quo ab hac vita decessit Seruus Dei, animaduersione magis dignus euadit considerando, quod obitus illius euenit coram pluribus personis, vti fatetur in suo examine P. Ioannes Fernandez Gato Confessarius Serui Dei, dicto Summario §. 3. &c.; & Seruus Dei non mor-*

morte repentina, sed febri vexatus fato cessit, vt ait Testis XXXIII. vbi supra §. 23. &c. quæ omnia sicuti suadere videntur, quod de facili haberi potuisset notitia gestorum in obitu Serui Dei, ita grauiorem constituunt illius defectum. Et sanè defectus iste est admodum considerabilis, cum ab vnico tantum Teste de visu obitus Serui Dei habeatur in dicto Summario num. 34. pag. 238., nempè laudatus Testis VIII. Processus Informatiui S. Sebastiani, qui neque concordat cum Teste II. Processus Informatiui Bahyen., circa tempus obitus eiusdem Serui Dei. Ille enim dicit, quod obitus Patris Anchietæ fuit de anno nonagesimo sexto versus nonagesimum septimum. Et è contra præfatus Testis II. d. Processus Bahyen. refert, quod Seruus Dei obijt die 9. mensis Iunij anni 1597., vt videre est Summario vbi supra pag. 240. §. 26. quæ discordia quoties etiam contenderetur, non versari circa substantialia, certum tamen est, quod indicat non modicam Testium ignorantiam, vel saltem maximam illorum obliuionem circa grauiores circumstantias comitantes obitum eiusdem Serui Dei; ac propterea nemo non videt, ex ijs minimè constare posse de perseuerantia P. Anchietæ vsque ad obitum in exercitio assertarum virtutum in gradu heroico, indispensabiliter requisita in casu, & ad effectum de quo agitur &c.

Prò huius ergo difficultatis remotione satis est reflectere, quod duo (& non vnicus tantum Testis, & vterque de visu) asseruerunt, quod Ven. Dei Seruus Sacramenta Ecclesiæ in vltima sua Infirmitate susceperit, & quod deuotè, & sanctè obierit. Videre supplicamus in *Summario num. 34. pag. 238. §. 13.* ibi = *me scire quod dictus Pater ante obitum omnia Sacramenta, nempe Confessionis, Viatici, & Extremæ Vnctionis accepit; quod scio ex eo, quia Ego Testis illa omnia ei subministraui, interessentibus cæteris Socijs ibi existentibus in Pago de Retitibà, sanctè, & deuotè in Domino extremum diem vitæ claudendo &c.*; & §. 18. *pag. 239* ibi = *me scire, quod prædictus Pater ab humanis decessit in Pago de Retitiba, in Præfectura Spiritus Sancti, ante obitum omnia Sacramenta Pœnitentiæ, Viatici, & Extremæ Vnctionis accepit, & postea sanctè in Domino ad meliorem vitam conuolauit; quod scio ex eo, quia de tali tempore eram Incola in Prefectura Spiritus Sancti, & ad illum quærendum accessi &c.* Stante autem numero duorum Testium de visu, tam de susceptione deuota Sacramentorum Ecclesiæ, & de obitu pariter sancto, & deuoto, consurgit iam rigorosa probatio canonica, de qua *Matth. 18. 16.*; & cum tota proprietate audiri possunt tot alij Testes de eadem susceptione Sacramentorum, ac de pia Ven. Serui Dei in Domino obdormitione testantes de auditu à videntibus, & de publica voce, & fama, ac de re notoria, quales sunt Testes dati *Summario d. num. 34. à pag. 238. vsque in finem*. Quodque duobus Testibus de visu plena fides adhiberi debeat, ac cæteris testantibus de auditu à videntibus, colligitur ex theorica speculat *in tit. de Teste §. 1. restat num. 1.* Nell. *de Test. par. 1. §. Sed an credatur num. 85.* Cassan. *de consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6.* Gabr. *de Testib. concluſ 1. & 2. n. 59.* Gramm. *cons. 13. n. 15. & 16.* Molfes. *cons. 46. num. 62.* Prosper de S. Cruce *dec. 182.*, Rot. in relat. S. Hiacinthi *in S. Mirac. versic. occurrunt fol. 50.* vbi quod Leo III. fidem adhibuit vnico Testi, dum S. Cuthbertum canonizauit, & Innoc. III. in Canonizatione S. Homoboni

boni magnam fidem adhibuit testimonio Osberti Presbiteri, qui fuerat Patrinus d. Sancti, & Bonifacius IX. in probandis miraculis S. Brigittæ admisit Testimonium filiæ, vt refert Pamin. *in relat. S. Bonauenturæ part. 2. art. 4.* Simonet. *in relat. S. Francisci de Paula in fin.* Vnde cessare ex toto videtur difficultas excitata ex asserto defectu probationis perseuerantiæ finalis, quæ optimè ex prædictis Testibus de visu, & de auditu à viden. respectiuè deducitur.

Neque aliquid prodest intento Reuerendissimi Promotoris quod fel. mem. Vrbanus VIII. in Decr. Gener. iusserit, *quod in processibus faciendis illud maximè, & præcipue obseruandum est, vt videatur exitus vitæ illius, qui petitur Canonizari; Quoniam, cum vt dici solet, Exitus acta probat, si finis vitæ Illustris, & Sanctimoniæ plenus, & publica præsertim testificatione notatus, argumentum erit, quod actiones anteactæ vitæ putentur esse Sanctæ, & ideò in formandis articulis videndum est, qualis fuerit vitæ exitus, & qualibus circumstantijs Sanctitatis sit munitus; nam in hoc articulo magnum Causæ pondus consistit;* Non, inquam, hoc Decretum allegare aliquid prodest; Siquidem illud respicit structuram Processuum, & examen Iudiciarium præmittendum ad discussionem releuantiæ earum Virtutum, & normam præscribit pro tempore futuro non pro præterito; Constat autem, quod nostri Processus tam Informationi, quàm Apostolici fuerunt confecti ab anno 1620. vsque ad annum 1627., & sic longe præcesserunt Decretum prædictum, quod emanauit die 12. Martij 1631. Quo supposito in nihilo culpandi sunt Postulatores, aut Iudices, si forte ea, qua par erat diligentia lex ista seruata non fuerit, quia lex non habet oculos retro, vt fert commune Iuristarum proloquium, de quo Textus *in Leg. Leges Cod. de legib.* Farinacc. *in prax. Crimin. par. 4. decis. 10. num. 15. in fin.* Azor. *instit. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 16. quæst. 13.* Suarez. *de legit. lib. 3. cap. 14. per tot.* & multo plures apud Barbos. *tract. var. axiom. 136. num. 22.*

Præterquamquod in prædicta lege nullum Decretum irritans, nullaque Clausula reperiuntur, per quæ ob omissionem eiusmodi diligentiæ minùs releuantes reputentur Processus in Causis Canonizationum; Cum reuerà nihil aliud præseferat, quàm seriam admonitionem prælaudati Pontificis, vt ex spectabili Seruorum Dei obitu, certior vndequaque reddatur probatio heroicarum Virtutum, quas exercuerunt in vita. Cæterum nec vel vllum verbum ibi habetur, quod spectari debeat exitus Seruorum Dei, vt ex eo plenè constet de perseuerantia finali, quia cum hæc consumetur in corde, seu voluntate morientis, à Deo vnicè cordium inspectore debet expectari testificatio. Ideoque à Spiritu Sancto edocta S. Mater Ecclesia statuit, quod expectentur bina saltem miracula post obitum Seruorum Dei, quæ sint veluti Testes ad ipsam S. Sedem certificandam de perseuerantia finali; Et ideo quamuis laudabile sit, vt non negamus, attendere ad omnes motus agonizantium Seruorum Dei, vt monuit Scacch. *loc. cit.* à Reuerendissimo Promotore citatus nihilominus defectus huius attentionis non est defectus alicuius essentialis requisiti, quod fatalem intimet Causis eiusmodi exitum; Tùm quia talia signa, Lachrymæ, suspiria, & similia sunt signa satis æquiuoca, perseuerantiæ finalis, quæ

Digitized by Google

quæ proinde potest optimè adesse sine illis, & cum illis abesse. Tum etiam quia perseuerantia finalis dicitur perseuerantia consumata, & eius consumatio fit in instanti mortis, & ante eiusmodi instans dici consumata, & finalis non potest. In quo proposito maximè notabilia sunt verba D. Augustini *lib. 4. de liber. arbitr.*, quod perseuerantia finalis nullatenus probari potest per ea, quę gessit in Vita; quia *nullus potest dici perseuerantiam habere quamdiù viuit, nisi perseueret vsque ad mortem*: Et D. Thom. 2. 2. *quæst.* 137. *art.* 1. *in Corp.*, & Caietan. *ibidem* magis explicans hunc actum perseuerantiæ consumatum ad 1. *articul. cit. quæst.* inquit ibi = *Ad verificandum verè de aliquo actu, qui est perseueraatia consumata, oportet terminum consumationis expectare, & tunc potest primò dici, quod est perseuerantia consumata, quoniam tunc est in suo termino, nec aliud esse requirit, sicut motus consumatus, nonnisi in termino potest primò dici motus consumatus, non curando in proposito, quomodo terminetur positiuè, vel negatiuè &c. Actus &c. perseuerandi vsque ad mortem habuit hanc veritatem in vita, quod iste perseuerat, nec per mortem fit perseuerantia, sed in illo instanti fit consumata, & propterea patet, quod cum sit actus virtutis perseuerantiæ, ab illo denominatur perseuerantia, & est perseuerantia, quando est in successione; Nec obstat, quod adhuc non sit finis, quia non exigitur, nisi ad consumatam perseuerantiam*, Castellin. *de certitud. Glor. Sanct. cap.* 5. *pag.* 319. *num.* 8., & 9., ex quo sequitur, quod consumatio prędicta sit extrinseca respectu vitæ Serui Dei, de cuius Canonizatione agitur, & propterea à solo Deo eiusdem certitudinem habere possumus, quam per Miracula post obitum ex dispositione Ecclesiæ nanciscimur, Teste D. Gregorio Papa *Lib.* 4. *Dialog. cap.* 6. ibi: *Quemadmodum vita Animæ in corpore existentis cognoscitur per motum membrorum, ità quoque Vita Animæ de corpore egredientis ex Miraculis*: Idem Castellin. *de cert. Glor. Sanct. cap.* 8. *punct.* 21. *à num.* 63. & *punct.* 29. §. 2. 3. & 4. Matt. *de Canoniz. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 19. P. Matthæucc. *in sua pract. Theol. Canon. tit.* 3. *cap.* 8. § 1. *num.* 9., & *seqq.*

Semel igitur ac constiterit de heroicitate Virtutum, præsumptio est, quod Seruus Dei perseuerauerit finaliter; Præsertim concurrentibus Miraculis, quæ testimonium eiusdem perseuerantiæ perhibeant, de hac nullatenus est dubitandum; Vndè Castellin. *vbi supra pag.* 74. *num.* 1. in proposito Martyrum scripsit, ibi = *Nequit rationabiliter dubitari de veritate Martyrij Iustorum, timendo de illorum defectione à fide, vel charitate in actu passionis, vel morte, nisi intercedat aliquod externum signum certò prædictam defectionem repræsentans, vel aliquod iudicium dubium, vel æquiuocum, quod possit videlicet per Viros sapientes in bonam, & malam partem indifferenter interpretari, & appareat aliquis actus exterior, qui sit contra christianam prudentiam, quæ est forma Virtutum moralium.*

Hoc igitur supposito, non ideo est spectandus exitus Seruorum Dei, vt videlicet constet de eorum perseuerantia finali, sed vt ex ipso exitu melius certioremur de Virtutibus, & Sanctitate eiusdem Serui Dei, vt benè notauit Summus Pontifex in prælaudato Decreto, ibi = *Si finis vitæ illustris, & sanctimonia plenus, & pu-*

Digitized by Google

lica præsertim testificatione notatus, argumentum erit, quod actiones antecactæ vitæ poterunt esse sanctæ &c. = ex defectu itaque probationis eiusmodi, quatenus reuera deficeret, ad summum poterit Reuerendissimus Fidei Promotor allegare deficientiam huius noui argumenti Sanctitatis operum à Ven. Seruo Dei in vita factorum, non verò fatale aliquod obstatiuum contra faustam huius Causæ prosecutionem.

Cumque hoc argumentum, quod desumi inquit Summus Pontifex ex circumstantijs exitus Seruorum Dei, optimè sit suppletile per hoc quod ostendatur heroicitas eius Virtutum vsque ad morale instans suæ mortis; sequitur proinde quod etiamsi Testes nihil deposuissent circa obitum Serui Dei, non propterea esset dubitandum de eius perseuerantia finali.

Tantaque profecto est vis Miraculorum post obitum, vt his concurrentibus, tamquam certis Sanctitatis indicijs, & signanter perseuerantiæ finalis, Summus Pontifex, etiamsi deesset plenissima probatio Virtutum, posset deuenire tutò ad Canonizationem alicuius Serui Dei, D. Thom. 2.2. *quæst.*178. *art.*2. *in corp.*, Castellin. *de certitud. Glor. Sanct. cap.*8. *punct.*21. *num.*27. §.8., Matt. *de Canonizat. Sanct. part.*4. *cap.*7. *num.*19., Triumph. *in Summ. de Potest. Eccles. quæst.*15. *art.*4. *in corp.*, qui scripsit, Papam debere aliquos canonizare propter solam Miraculorum euidentiam, ibi = *Propter euidentiam ergo Miraculorum, cum sint signa, & testimonia Sanctitatis, & doctrinæ veritatis Sanctorum, Papa debet aliquos canonizare*: Card. de Laur. *de Miracul. disp.*20. *art.*25. §.4. *num.*1119., ibi = *Quamuis pro Canonizatione sit necessarium probare Virtutes in Vita, & Miracula post mortem, vt sæpè probatum est ex Constitutionibus diuersorum Pontificum; si tamen daretur casus, quod de Virtutibus alicuius non haberetur notitia, quia antiquus, & nullus scripsit eius gesta, tamen post mortem Miracula patrarentur in eius Sepulchro, vel ad inuocationem, & contactum Reliquiarum illius; hæc sufficerent ad canonizandum*: Hoc autem ideò est, quia per Miracula post obitum ritè, rectè, ac plenissimè probatur perseuerantia finalis in virtute heroica; & consequenter ad hæc, non verò ad æquiuoca signa, quæ occurrunt, dum Serui Dei in agone sunt positi, recurrendum est pro plena probatione perseuerantiæ finalis. Cumque in concreto huius casus tot eaque verè stupenda secuta sint Miracula, & quotidiè sequantur; suis loco, & tempore discutienda, quæ breui calamo (prout oportet ad præsens) recensuimus *Summario Num.*38., & 39. *à pag.*356 *vsque ad* 356., sequitur manifestissimè, quod etiamsi inspectio exitus Serui Dei deberet inseruire ad probandam perseuerantiam finalem, ille tamen defectus (nullatenus in culpam Postulatorum detorquendus) est vberiore fœnore compensabilis per seriem tot insignium Miraculorum, quorum Cathalogum, supplicamus Reuerendissimis Suffragantibus, vt benigno obtutu perlegere dignentur, non quidem ad sumendum super ijs resolutionem, sed pro institutione animi vtriusque. Præter enim quamplurimas sanationes descriptas *dicto Num.*38. *pag.*356. implentes numerum trigesimum, dedimus *Num.*39. (dest *pag.*374. *vsque ad finem*) exuberantia documenta, per quæ plenè concluditur personæ Miraculum in præseruatione Religiosorum Societatis Iesu à morsibus

hus, & molestijs Serpentium, aliàs veneno mortifero scatentium, ita & taliter, vt ex plurimis casibus ibi relatis numquam planè constiterit, quemquam ex ijs à similibus Insectis fuisse passum insultum, quæ constant ex nouissimis Processibus factis anno 1703., in quibus habentur plurimæ aliæ sanationes miraculosæ, quæ implent numerum septuaginta trium, de quo iterum sermo infra redibit.

Verum hæc ad abundantiam, quia licèt non multa in casu præsenti habeamus ex Testibus de visu, quę perseuerantiam finalem demonstrant (quamuis ex hactenus præmissis hæc minimè probanda sit ex actibus vitæ, cum perseuerantia finalis, quæ nuncupatur consummata, verificari non valeat nisi post instans mortis); Nihilominus plura habemus in Processibus, quæ ad intentum nostrum superabundant. Et in primis minimè spernendi sunt Testes de auditu à viden., non quidem pro eo quod spectat ad examen heroicitatis Virtutum, sed pro eo, quod attinet ad attentionem habendam circa exitum à vita, iuxta Decretum Generale, (quod tamen obligare non valet, nisi post eius promulgationem). Ità enim scripsit in proposito Decreti san. mem. Vrbani VIII. Scacch. *de not. & sign. Sanctit.* in loco à Reuerendissimo Fidei Promotore citato; hoc est *sect.5. cap.6.pag.365.*, ibi = *Quamobrem in inquisitione actorum Seruorum Dei circa obitum diligentissimè Testes de visu interrogandos fore reor, si haberi poterunt ab his, qui Processus fabricant in hisce causis; sin minus de auditu sumendis &c.* Quamuis ergo deessent Testes de visu, supersunt tamen plures de auditu à viden., *dicto Summario Num.34. à pag.236., & seqq.*

Deinde audiendi sunt Testes dati *Summario Num.5.*, qui de propria obseruatione, & de visu deposuerunt, Seruum Dei perseuerasse in bonis operibus vsque ad mortem §.10. *pag.23.*, ibi = *Consumò la vita &c. predicando, confessando, e facendo altri ministerij della Compagnia &c.* =; & *idem* §.11. = *E consumò la vita leggendo, predicando, e confessando &c.* = & §.12. = *E consumò la vita &c. predicando, e confessando &c.* = & §.13. = *E consumò la vita predicando, & insegnando la Dottrina à tutti gli Vomini, e Donne &c.* = & §.14. = *Quale consumò la vita &c. predicando, e confessando &c.* = & §.15. = *Consumò la vita &c. predicando, confessando, & esercitando altri ministerij della Compagnia &c.* = Recolendi quoque sunt Testes ex *Summario Num.21. pag.132. §.4. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 21.*, vbi affirmarunt, quod Ven. Dei Seruus semper, & vsque ad obitum seruauit suos erga Superiores obedientiam. Legendi sunt quoque alij Testes *dicto Summario Num.24. pag.144. §.5. 7. 15.*, vbi idipsum deposuerunt in materia Castitatis; & *Num.25 pag.149. §.9. 10., & 14.*, vbi cum eadem generalitate, & illimitatione locuti sunt in materia Humilitatis, prout in eadem materia spectandi sunt *Num.27. §.17., & Num.28. §.1. pag.156.*, & tandem *Num.29.* vbi in materia Paupertatis *pag.157. §.1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. & 22.* asseruerunt, quod Seruus Dei *semper*, seu *per totum tempus vitæ suæ*, seu *vsque ad mortem* paupertatem coluit. Quibus stantibus creuit præsumptio, quod Ven. Dei Seruus, qui semper, & taliter in Deum credidit, vt eius Fidem prædicauerit cum propriæ etiam vitæ discrimine;

se ; qui in ipsum adeò sperauit, vt Sæculum, & omnia temporalia propter Deum contempserit; qui tanto efferbuit amore erga Deum, & Proximum, vt semper, & incessanter eius seruitio vacauerit pro zelo sui honoris, & salutis Animarum ; qui demùm reliquas virtutes adeò coluit, vt ex eo Sanctus fuerit vniuersaliter reputatus : Crescit inquam præsumptio, quod Ven. Seruus Dei in agone positus, aut à Fide, aut à Spe, aut à Charitate minimè defecerit.

Sed vbi omittimus exercitium Missionum ? Si Ven. Dei Seruus non occubuisset in loco Missionis, tolerari vtcumque posset, quod de sua perseuerantia finali quis dubitaret ; At veritas est, quod Ven. Pater Anchieta occubuit in loco Missionis, & in exercitio illius habituali. Quis ergo dubitare rationabiliter poterit de eius finali perseuerantia ? Profectò si ad Causas criminales nos ipsos conuertimus, quibus Causæ Canonizationum, ex totiès dictis, in multis parificantur, apparet euidentissimè præsentis difficultatis insubsistentia ; quandoquidem posito, quod male viuens occuberit in loco suæ præuaricationis, veluti apud Inimicos Fidei, nemo non videt, præsumptionem esse, quod occuberit impenitens, quamuis fortasse per actum internum contritionis obierit iustificatus. Quare igitur idipsum in hac nostra Canonizationis Causa seruari non debeat, ignoramus. Itaque vel ex eo tantùm, quod strenuus noster Dei Seruus per quadraginta duos annos, & vltra in Vineæ Domini cultura incessanter insudauerit, & in loco, in quo pro Deo suo laborauit, obierit omnis ratio suader, esse præsumendum pro perseuerantia finali, dummodò non constet oppositum, ad latè tradita per Farinacc. *de Hæres. cap.17. num.29.*, & ab eo plena manu relatos.

Roboratur insuper hic discursus ex eo, quod percurrendo ea, quæ præcesserunt, & ea, quæ comitata sunt, & quæ subsecuta sunt ad mortem Ven. Serui Dei, magis violenta redditur præsumptio prædicta. Et primo loco ponderandum est, quod Ven. Dei Seruus suam mortem prædixit antequam infirmaretur, vt habetur *Summario Num.33. pag.234. & seqq.*, vbi plures Testes de facto proprio de hac materia testati sunt, eorumque dicta eo magis veniunt attendenda, ex quo in *eodem Summario Num.30. à pag.160.*, & *Num.31. à pag.197.*, habetur plenissima probatio, quod Ven. Dei Seruus spiritu polleret prophetico. Quantum autem attendi debeat ad gratiam prophetiæ in habente virtutes heroicas, seriò monuerunt Diu. Thom. 2. 2. *quæst.172. art.4. ad 1.*, August. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.15. art.5.*, Contelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.14. num.28.*, Rota *in Relat. B. Paschal. sub tit. de prophetia*. Et quanti æstimari valeat propriæ mortis prædictio in ordine ad examen obitus alicuius Ven. Serui Dei ponderauit Scacch. *de not., & sign. Sanct. sect.5. cap.6. pag.368. vbi agit de pers. fin. litt. D.*, ibi : *Non tamen erunt contemnendæ huiusmodi prædictiones Seruorum Dei, vbi vitæ anteactæ merita plurima non desint, vt planè demonstrant prædictiones huiusmodi, quæ in Actis Seruorum Dei apud eos leguntur qui Sanctorum vitas conscripserunt* : Quamobrem nec eas posthabendas censuerunt Summi Pontifices in Canonizatione Seruorum Dei Dei ; & S. Riccardi Episcopi Cuffensis Virtutum

lutem meritis, & vnio Animæ ipsius cum Deo plurimum commendetur ab Vrbano IV. in Bulla: *Exultet Angelica*, lata pro eius Canonizatione, etiam obitus sui diem prædixisse testatur, dicens §. 8. = *Hic resolutionis sui Corporis tempore propinquante per plures dies ante horam mortis certam (licet ipsa nihil incertius) facti subsecuta veritate dictum certificante prædixit. His enim prædictionibus subindicatur; Seruos Dei æternorum desiderio iam multo ante teneri, ac proinde Deum enixè rogasse, vt hinc ipsis abire liceret, Deumque ad Seruorum suorum consolationem id eis reuelasse; quapropter certi de die gaudio gestientes mortem appetunt, de morte loquuntur, mortis non solum diem, sed horam etiam prædicunt, vt vidimus de S. Richardo.* = Quamuis autem prædictio mortis fieret in tempore materialitor ab eadem morte distante, spectat tamen ad ipsam, & inter ea, quæ obitum Seruorum Dei præcedunt potest Iure connumerari.

Succedit apparatus ipse ad proximam, & imminentem mortem, qui apparatus Serui Dei innotescit nobis per relata *dicto Summario Num.34. pag.239. vbi* §.23. inquit Testis, quod P. Ioseph præuidens diem sui obitus, voluit accedere *ad quemdam Pagum Gentilium sub administratione Societatis &c.: quidam Pater Societatis ei dixit, qua de Causa ad dictum Pagum accedere vellet, dum esset ita grauiter Infirmus, & dictus Pater Ioseph ei respondit, quod ex eo, quia illuc fuit missus, & quod se conferebat ad locum, in quo eius vita in hoc Mundo erat terminanda, prout cum effectu ibi terminata fuit &c.* = Et alter Testis de aud., & viden. §.26. *pag.240.*, ibi = *E' quo Pago cum vellent illum transmittere, stante infirmitate, petijt, quod sibi permitteretur illic vitæ fungi inter illos Indianos, propter quos ipse ad Brasilicum Regnum deuenerat &c.* = Hæc igitur voluntas moriendi in eo Pago, ad quem fuerat primò ab obedientia transmissus, quamuis toti illi Prouinciæ esset addictus, satis ostendit, quo affectu Ven. Dei Seruus iam iam moriturus se haberet erga obedientiam, quaue charitate erga suos Indos, ad quorum conuersionem eo fuit missus, & vbi feliciter per tot annos, cum magno Fidei Catholicæ emolumento permanserat.

Quantum verò ad infirmitatem, & mortem ipsam, habemus ex *Summario Num.34. pag.236.* duos Testes de visu, eius pretiosam mortem deponentes, multo plures de auditu à viden. idipsum perspicuè testantes; & longè plures de publica voce, & fama.

Si verò attendamus ad subsecuta immediatè post obitum Ven. Serui Dei; multò clariora signa apparebunt eius finalis perseuerantiæ. Concursus ad eius Funus, de quo *Summario Num.35. pag.240. per totum*; Vniuersalis fama Sanctitatis de qua *Num.36. per tot. à pagin.243.*, quæ numquam imminuta est vsque ad præsens ex *dicto Summario Num.37. pag.251., & seqq.* Hæc autem fama vniuersalis Sanctitatis, quamuis (vt inquit Reuerendissimus Promotor) receperit mercedem suam secundum propriam considerationem; In præsenti autem considerauda venit, vt Testimonium perseuerantiæ finalis, prout ad hunc effectum habita fuit in consideratione in Causa S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ occasione examinis huius Dubij, iuncto concursu ad Sepulchrum *par.2. tit. de Sanct. Vit.*, vbi quod vox Populi vox Dei, iuxta Diu. Augustin.

in

Digitized by Google

in expoſit in Pſalm.32., quem ſequens Rot. loco mox citi ſcripſit ibi = *Iſta vniuerſalis reputatio vox Populi, non immeritò vox Dei appellatur*: Præſertim quia hæc eadem fama, vt ad hæc vſque tempora fidelitèr, & cum percrebeſcentia continuata, ſuam adhùc mercedem expectat.

Nec vllo modo prætereundum credimus, quod dùm Vener. Cadauer P. Ioſephi à Pago Retitiba, in quo obijt, ad Eccleſiam quamdam S. Iacobi fuerit translatum, quamuis in Regionibus calidiſſimis, & æſtiuo tempore per tres dies iteneris, & quando debuit Sepulturæ eradi, aperta Capſa, in qua fuerat tranſportatum, emiſit ſupernaturalem odoris fragrantiam, quæ minimè eſt Cadaueribus connaturalis, & conſequentèr prodigioſa; de quo odore duo ſaltèm Teſtes de viſu depoſuerunt, alter *dicto Summar. Num.34. pag.238. §.14.* ibi = *Et cùm ego Teſtis deferrem eius Corpus ad illud ſepeliendum in Eccleſia Sancti Iacobi, quod comitari volebant omnes illius Pagi, qui eſſent numero tria millia, vbertìm lachrymas profundentes, ego feci, quod illi redirent retrorſum, cùm iter iàm eſſet confectum per magnam à Pago diſtantiam, & cùm Pagus diſtaret ab Oppido per leucas quatuordecim, quaſi dies tres cum duabus noctibus fuit in itinere demoratum, ex eo quia Indiani de Guarapatim Corpus prædictum Patris detinuerunt, vt flerent, & cum eo eſſent conſolati, quia omnibus erat Pater; & cùm ego Teſtis pedibus iter facerem, nullum laborem, ſed magnum ſolatium ſpirituale ſentiui, & idem dixerunt, & affirmarunt Indiani, qui Corpus deferebant, dicentes, quod ſibi videbatur ſe nihil deferre, & quod ſolatio iter faciebant, & ſomnum eis non fuerat de illis noctibus; & Corpus deuenit abſque vlla odoris corruptione, cui obuiam exijt tota Gens in Oppido exiſtens &c.; & hæc eſt publica fama in Præfectura Spiritus Sancti* =: Et alter Teſtis *pag.239. §.24.* ibi = *Poſt eius obitum fuit eius Corpus deductum ad alium Pagum propiorem Oppido exiſtentem de ſequenti die, & quod in hoc ſecundo Pago Indiani habitatores etiam ſub doctrina dictæ Societatis exiſtentes, Capſam, intrà quam Corpus erat, detinuerunt, nolentes permittere, quod vlteriùs Corpus deduceretur, & ità fuit detentum per totam illam diem cum magnis gratitudinis demonſtrationibus, ob bonam doctrinam per illos ab eo aliàs acceptam; & hoc modo per tres, vel quatuor dies fuit iter factum cum Corpore prædicto, abſque eo quod illud eſſet corruptum, prout naturaliter in cæteris humanis corporibus eſt ſolitum &c.* =: Odor autèm Cadaueris eſt ſignum ſanctitatis, & per conſequens perſeuerantiæ finalis, Iacob. de Graff. *conſ. lib.5. de ſent. excom. conſ.17. num.30. verſic. rursùs*, Caſtellin. *di certitud. glor. Sanctor. cap.14. pag. mihi 145. num.19.*, Scacch. *de not.*, & *ſign. Sanctit. ſect.9. cap.1. pag.193.*, Bordon. *controu. moral.3.par.pag.186. ſub n.24.*, Contilor. *de canoniz. Sanctor.cap.14. num.19.*, Lezan. *conſult. 2. num.68.*, Ricciull. *elucub. Eccleſ. lib.1. cap.31.*, Pignattell. *conſult.242. num.16. tom.10.*, Zacch. *quæſt.medicoleg.lib.4.tom.1.num.38.*

Sed quod irrefragabilitèr eſt, attendendum eſt ſeries Miraculorum ad inuocationem Ven. Serui Dei poſt obitum à Deo patratorum, quorum miraculorum cathalogus extat, (vt paulò ſuprà innuimus) *Summar. à Num.38. à pag.257.*, vbi pluſquàm viginti miracula recenſita leguntur, præter ea quæ reſultant in nouiſſimo Proceſſu conſtructo de anno 1703., de quibus *Summ. Num.39. à pag.274.*;

& quæ,

Digitized by Google

& quæ, vt innuebamus, concernunt perpetuam immunitatem Religiosorum Societatis à morsibus Serpentium, à quibus non pauci ex alijs Sæcularibus, siuè extraneis, interfecti moriuntur; quæ miracula dedimus pro præsenti Causæ disputatione, non quidem, vt de ijs habeatur rigidum examen, contra stylum huius Sacræ Congregationis, sed vt ex ijs Eminentissimi, alijque Sapientissimi Suffragantes degustent eorum releuantiam.

Ex ijs igitur, quæ præcesserunt obitum Ven. Serui Dei, & ex ijs, quæ comitata sunt, & subsecuta sunt ad ipsum, oritur violenta præsumptio, & probatio eiusdem perseuerantiæ finalis, de qua tamèn iuxtà Diui Augustini doctrinam de præsenti Dei Seruo dubitari non potest, attenta eius vitæ sanctitate, cui debuit correspondere faustissimus exitus, & glorioſus. Ità S. Doctor *lib. de disc. Christ.* ibi = *Non potest malè mori, qui benè vixerit, non potest benè mori, qui malè vixerit. Disces ergo benè mori, si didiceris benè viuere.*

Discrepantia Testium circà mortis tempus allegata à Reuerendissimo Promotore fuit ab eodem recognita, vt irrelenans, tanquàm non percutiens quid substantiale, aut materiam virtutis, quæ proindè ex vulgatis Iuribus attendi non debet. Eo vel maximè, quod vnus ex dictis Testibus, nempè VIII. fuit de visu, & facto proprio, cuius proindè dictum prævalere debet, ex nota omnium Doctorum theorica, cùm Testis II. sit dumtaxàt de auditu.

Nec debent censeri parum informati, aut obliuioſi, quia cùm prædicti Testes, & alij minimè fuerint interrogati circà tempus mortis; non tenebantur reflectere, aut recordari de ipso tempore mortis, cuius notitia non pertinebat ad ipsos, nec materiam concernebat virtutum, Attendi igitur debent Testes Apostolici, nempè VIII. Proc. Apost. Ciuit. Sancti Sebastiani *Summar. Num.* 34. *pag.* 236. §. 1., & Testis XXXIX. *ibidem* §. 4.; necnon & III. Proc. Informatiui Sancti Sebastiani, *eodem Summar.* §. 10., & IX. §. 18., quos Reuerendissimus Promotor non debere attendi contendebat; quia licèt prædicti Testes non sint de visu, sunt tamèn de auditu à viden., & præterquamquod possunt coniungi cum duobus Testibus de visu, quorum dicta suprà transcripsimus, exploratum reliquimus ex doctrina Scacchi *de not.*, *& sign. Sanct.*, quod pro eo, quod spectat ad circumstantias mortis, creditur etiam Testibus de auditu.

Et quamuis in præsenti Iudicio attendi non debeant generalia, quæ receperunt mercedem suam in Signatura Commissionis, vt Reuerendissimus Promotor subiungit, hæc propositio verificari ad summum potest circà ea, quæ spectant ad releuantiam virtutum, non verò pro ijs, quæ pertinent ad circumstantias obitus, quæ licèt concernant materiam, in qua causæ pondus consistit, non tamèn essentialis sunt; Cùm pro eo, quod attinet ad perseuerantiam finalem, seù consummatam, hæc probari debet ex miraculis post obitum, cùm ex gestis in vita probari non valeat; & pro eo, quod attinet ad continuationem, seù perseuerantiam in virtutibus vsque ad obitum, hæc sufficienter colligitur, ex præsumptione iàm explicata, & ex conformi depositione Testium, quod Vir Dei deuotè, & sanctè obierit, & quod cum magna ædificatione obdormierit in Domino, & ex ijs, quæ præcesserunt, & quæ subsecuta sunt vsque ad eius obitum. Et demùm quoad argumentum, quod possunt suggerere circ-

cumstantiæ mortis in ordine ad vitæ sanditatem; cùm hæc probata sit ex alijs Testibus toto *Summar.* deductis, non oportet tali nos vti argumento.

Et in omnem casum, si Testes, siuè Apostolici, siuè Informatiui fuissent circà particularia interrogati, præsertim illi duo, qui morti Serui Dei interfuerunt, circà particularia respondissent; Ob culpam ergò, si quæ fuit in Iudicibus, non debent in præsenti Postulatores grauari, ad Textum *in leg. Non debet de regul. Iur. in 6.*, & in puncto Canonizationis Bordon. *controuers. 13. numer. 30.*, & 31.

Esset hìc respondendum, & quidem per caput separatum ad aliam obiectionem, quam promouit Reuerendissimus Promotor *num. 27.*, quod nimirùm non sit locus in præsenti ad agendum de Gratijs gratis datis, cùm versemur circà releuantiam virtutum. Sed quia jàm suprà *capite 4.*, & 12. oppositum pro viribus, & quidem felicitèr demonstrauimus, idcircò, nè actum inutilitèr reagamus, abstinendum censuimus, remittendo Sapientissimos Suffraganeos ad locum citatum.

PARS TERTIA

In qua agitur de Obstatiuis releuatis à Reuerendissimo Fidei Promotore ad offuscandam heroicitatem virtutum.

CAPVT I.

Purgatur à labe detractionis, & imprudentiæ Venerabilis memoria Serui Dei.

PRimum obstatiuum, quod Reuerendissimus Promotor considerandum proponit *num.29.* est = *Quod Seruus Dei publicè enarrauit in quadam concione per ipsum expleta in festo Sancti Antonij, quod sex Milites nationè Galli in quodam certamine necati, ad Inferos descenderant, vti fatetur in suo examine Testis XXIII.*, de quo *Summar. Num.33. pag.183. circà med.* ibi = *Trouarono nouo, che il detto Padre predicando il giorno di Sant' Antonio de' Portogbesi, disse, che quel giorno erano passati sette Vomini da questa all'altra vita, de' quali se ne perseroſei, & il settimo fù saluo per la misericor-*

Digitized by Google

dia di Dio, essendo che de' detti sette morti furono quelli detti di sopra, e morirono nel medesimo giorno, che il detto Padre lo disse predicando; Li sei furono li Francesi, & il settimo detto Eleodoro Ebanus, e di ciò vi fù publica voce, e fama: Ex hac autèm facti publicatione per Seruum Dei expleta insurgere videtur quædam detractio famæ: nàm etiamsi verum esset, quod sex illi Milites natione Galli, vt suprà, in pugna interfecti, ad Inferos descendissent, adhùc à detractionis peccato saluari non posse videtur Seruus Dei, qui Militum illorum condemnationem citrà necessitatem publicauit, vti docet S. Thom. 2. 2. quæstion. 62. art. 2. ad 2. &c., S. Raymundus in summa lib. 2. de raptor. §. 24. &c.

Quæ quidem difficultas (præoccupat Reuerendissimus Promotor) minimè tollitur respondendo, quod quando Seruus Dei id in concione annunciauit, iàm illi sex Milites erant mortui, quia defuncti quoque ius habent ad bonam famam, Azor *Instit. moral. tom. 3. part. 3. lib. 13. cap. 7. dub. 9. &c. Filiuc. &c.*

Hanc difficultatem facilè sublatam credimus, si dicamus, quod ea resultat ex vnico Teste, & de auditu, & quidem de auditu vago: *Trouarono noua, che detto Padre predicando il giorno di S. Antonio de' Portoghesi disse, che quel giorno erano passati sette Vuomini da questa all'altra vita &c.*: cui proinde non possumus habere fidem, iuxta vulgata; quod est verum etiamsi sit Testis inductus, quia per inductionem approbatur quidem Persona, sed non dictum Testis inducti, Pregr. *cons. 75. num. 10., & 15. lib. 1.*, Mascard. *de probat. conclus. 1235. num. 29.*, Farinac. *de Testibus quæst. 71. num. 1., & 6.*, Mans. *consult. 54. num. 6., & 7. tom. 1.*, Cartar. *decis. Gen. 29. num. 19.*

Sed vlterius iuuat addere, quod cum ea notitia, quam Seruus Dei dedit, tùm mortis, tùm æternæ damnationis eorum sex Militum (si semel verum est, quòd eam dederit quoad damnationem) fuerit notitia Personarum, quæ non erant cognitæ, vel ab Auditoribus, vel ab alijs quibuscumque, cum essent Milites inimicæ Classis, qui proindè erant in ijs Regionibus Indiarum incogniti, non potest dici, quod fuerit Famæ detractio, quia non est illicitum, reticita persona, aut de persona incognita reuelare delictum Molyn. *tom. 5. d. 27.*, Sayr. *in Claui lib. 11. cap. 6. num. 21.*, Bassæus *verb. detract. num. 8.*, Ant. à Spiritu Sancto *direct. confess. par. 3. tract. 12. sect. 3. num. 31.*

Maximè quia, prout constat ex historijs Lusitanis, & expressè ex chronico Brasilienssi typis dato Vlyssiponæ anno 1663 *lib. 5. pag. 360.*, Milites illi erant hæretici Calueniстæ, seu Lutherani commilitones illorum, qui biennio post, idest anno 1570. Ven. P. Ignatium Azeuedium, & triennio post P. Petrum Diarium, illum cum triginta nouem Socijs, hunc cum quatuordecim in odium fidei confossos in mare iuxta Fortunatas, & Flandricas proiecerunt: Dicere autem de hæreticis, & alijs, qui extra Ecclesiam viuunt, & moriuntur, quod sint damnati non est detractio, nec quid reprehensibile, sed vera assertio, & doctrina omnium Catholicorum, vt in confesso est apud omnes veræ fidei assectas.

Et demum, si, vt par est, dicta Testium à Reuerendissimo Promotore scindi non debent, sed sumi tota simul, iam ex hoc Teste, tamquam de facto proprio constaret, quod Ven. Seruus Dei reuelauit excidium

dium sex Militum pro parte hostili, & vnius pro parte amica, quod excidium ei minimè poterat esse notum naturaliter ob distantiam loci, in quo factum est prælium : Tum etiam, quod Ven. Seruus Dei præscierit aduentum Testis, & Sociorum ad Castrum S. Laurentij, quod ipse naturaliter scire non poterat, maximè quia, nec naturaliter poterat scire, quod Testis, & Socij non essent in bello morituri. Si autem admittit, quod Ven. Dei Seruus prophetico lumine admonitus, hæc omnia præsciuerit, vti admitti debet [si semel depositio huius Testis tota sumi debet) iam mirandum non est, si prædicto modo se gesserit Ven. Dei Seruus, quandoquidem Prophetæ quando prophetant, aliquando ignorant quid dicant S. Thom. 2. 2. *quæst.* 173. *art.* 4. *in corp.*

Nec est in eorum arbitrio conceptum retinere sermonem, quia mouentur à Deo per modum Instrumentorum deficientium, S. Thom. *quæst. cit. art. eodem*, quo supposito, nemo rationabiliter à Vener. Seruo Dei exeget rationem, & causam, quare sic in concionando se gesserit, cum notum sit, Deum mouere Prophetarum linguas ad prophetandum ea, quæ ipsis superno lumine infudit.

Non indigemus igitur Ven. Dei Seruum excusare ab asserta detractione, ex quo ij, de quibus ipse palam locutus fuit essent defuncti, sed magis ex eo, quia erant hæretici, & prorsus incerti nominis apud eos, qui audiebant.

CAPVT II.

Vindicatur Ven. Dei Seruus ab asserto obstatiuo Iniustitiæ, & mendacij.

SEcundum, quod proposuit obstatiuum Reuerendissimus Fidei Promotor *n.* 31., *&* 32. contra Ven Dei Seruum, respicit casum descriptum à II. Teste *Proc. Babyen. informatiuo confecto de anno* 1620. *fol.* 26. ibi = *quod cum aliàs Generalis Auditor in Carceribus detineret quemdam hominem ob crimina vapulandum, & cum à quamplurimis personis fuisset petitum, quod Auditor præfatus ei parceret verbera, id tamen facere negauit, & eum Pater Ioseph ad d. Auditorem visitandum accederet, dum ab eo proficisceretur ei dixit hoc modo, videlicet, Domine meus, ne affinis vapulabit ?* Cum tamen præfatus homo talis affinis non esset, sed tantum *oriundus à loco dicti Patris, & cum hoc nomine affinis Auditor ei pepercit verbera &c.*

Ex hoc igitur facto deduxit Reuerendissimus Promotor duo (vt inquit) culpabilia : *Primum scilicet, impedimentum Iustitiæ a Seruo Dei præstitum contra omnia iura præscribentia, Reos debitis pœnis esse plectendos, ne delicta remaneant impunita. Alterum verò manifestum mendacium, dum Seruus Dei asseruit prædicto Auditori, Reum esse fumum effigiem, quod tamen à veritate alienum erat. Mendacium autem, vtpotè intrinsecè malum, nequit à peccato salvari, quia Seruus Dei excusari possit, quod mentitus fuerit motiuo charitatis ;*

men-

meudacium eius, neque ex motiuo Charitatis inuenitur esse permissum &c.

Quantum pertinet ad primam partem huius obstatiui, omisso quod factum hoc ab vno tantum Teste refertur, nullam scientiæ causam reddente; omisso, quod est Testis Processus informatiui Bahyen. aliàs impugnati (quamuis indebitè] à Reuerendissimo Fidei Promotore, illud ante omnia præmittendum est tamquam certum, quod supplicari Principi, aut Iudici pro Gratia, non est facere contra Iustitiam, quando Intercessor non vtitur minis, aut perterrefactionibus; ad *Text. in cap. 1. de offic. deleg.* quem explicat Eugen. *cons. 30. num. 45.*, Caren. *de offic. SS. Inquis. par. 2. tit. 13. §. 16.*, Roman. *cons. 301. num. 13.*, Michael Ferrer. *in obseru. ad Bannim. tom. 1. cap. 3. §. 14. pag. 296. à num. 21., & seqq., & num. 25.* Immo intercedere pro Reo est actus laudabilis, etiamsi ille sit damnatus, vt colligitur ex facto Mulieris Themitis *2. Reg. 14.*, supplicantis Dauid pro absolutione Absalonis ab homicidio, cuius erat Reus, & colligitur, etiam ex infra subnectendis; alioquin piæ sodalitates hoc priuilegium à S. Sede Apostolica non impetrassent, liberandi singulis annis Reum pœnæ etiam capitalis à morte; Et ne Sanctorum Virorum desint exempla, spectandum est factum S. Philippi Nerij, qui hic in Vrbe pertinacem hæreticum igne comburendum, in Acie Campi Floræ fatali Trabi iam iam vinciendum, è manibus Iustitiæ auctoritate plusquam Imperatoria liberauit, vt in eius vita *lib. 1. cap. 12. num. 12.* ibi: *Il Santo quando furono vicini al luogo della Giustizia, al quanto prima di arriuare al Palo, disse alla Corte con quell'autorità, che Dio li communicò in quel punto, che si fermasse, & à Ministri commandò, che non eseguissero altrimente il castigo, li quali per rispetto, e riuerenza, che gli ebbero, si fermorono &c.*: Igitur si licitum, ac laudabile fuit S. Philippo Nerio eripere prædicto modo Reum pœnæ capitalis à morte, fortius idipsum fuit licitum Seruo Dei, non quidem propria auctoritate, nec in terminis pœnæ capitalis, humiliter intercedere pro Reo verberando. Porrò de eiusmodi intercessione (quamuis in terminis pœnæ capitalis) punctuale exemplum habemus in S. Felice de Valois, de quo dicitur in historia vitæ, quæ habetur in Breuiario Romano die 20. Nouembris lect. 4. ibi: *Ab Auunculo Theobaldo Campaniæ, & Blesij Comite vitam Reo mortis impetrauit &c.*

De alio demùm Ven. Seruo Dei Camillo de Lellis, opposuit Eminentissimus Lambertini, tunc meritissimus Fidei Promotor, animaduers. *pag. 13. num. 35.*, quod ipse impediuerit cursum Iustitiæ: *Tentauit enim liberationem è manibus Satellitum quamplurium Pauperum S. Sixti, qui fugerant è Xenodochio, & per Vrbem vagabantur, stipem quærentes, itaut meruerit redargui ab Vrbis Gubernatore.* Ita testatur Ioannes Baptista Rossi *in vita Serui Dei part. 2. cap. 5. pag. 269., & 272.*, quo tamen non obstante prodijt à san. mem. Benedicto XIII., præuijs Eminentissimorum Cardinalium, & Sapientissimorum Consultorum suffragijs resolutio: *Constare de Virtutibus heroicis.*

Et meritò, quia aliud est turbare cursum Iustitiæ ex eiusdem Iustitiæ odio, aliud est intercedere, non ex contemptu, sed ex charitate pro remissione pœnæ aliàs Reo debitæ. Primum est certè reprehensibile, non verò hoc secundum; vnde opposita Richardus à S. Victor.

&c. *de Grad. viol. charit. pag. mihi* 373. exemplo Abrahæ, & Moysis, reposuit inter gradus violentæ charitatis, auertere Diuinam vindictam ab Impijs; dixit enim Abraham Domino iam minanti exterminium Populi Sodomæ habitantis; Genes. 18.25. = *absit à te, vt hanc rem facias*, & Moyses post scælus Populi sui, qui vitulum adorauerat aureum, Domino pariter vindictam minanti intrepidus restitit Exod. 32. num. 32. *aut ignosce illis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti*. Et idipsum firmauit Cornel. à Lapid. *in eumdem loc. pag.* 572.

Quantum autem ad secundam partem obiecti, quod videlicèt Ven. Dei Seruus ad obtinendam à Generali Auditore remissionem pœnæ respectu criminosi illius, qui vapulare debebat, dixerit illi, ipsum esse suum affinem, non iuuat respondere (inquit Reuerendissimus Promotor) quod propter charitatem mentitus fuerit, quia mentiri cum sit intrinsecè malum, propter nullum casum honestari potest.

Verùm nos non dicimus, quod Ven. Seruus Dei mentitus fuerit propter charitatem. Dicimus, & constanter substinemus, nullo modo ipsum fuisse mentitum, quid enim dixit? *Domine meus ne affinis vapulabit*? Ipse autem Reus verè affinis erat Ven. Serui Dei, quia *erat oriundus à loco dicti Patris*, vt inquit Testis de hoc facto deponens. Hoc enim nomen *affinis*, quamuis significet propinquum propinquitate sanguinis, stat etiam adnotandum Propinquum propinquitate loci, Ambros. Calepinus *verb. Affinis* ibi = *Affines &c. in Agris vicini sunt Affinis* [*vicino*] *congionto*. Significat etiam complicem in aliquo delicto. Significat participem in aliqua re, ibidem, vt Cic. in Catil. ibi = *Huic scæleri ne paucos putetis affines esse*. Et tandem significat illum, qui iure Matrimonij coniungitur, & ideo Calepin. loc. cit. inquit = *Affinis etiam, qui iure Matrimonij coniungitur*. Ioseph Laurent. in Amalthea Onomast. pag. mihi 25. verbo *Affinis* ibi = *Affinis, Cognatus, Vicinus* =. Quando igitur Ven. Dei Seruus inquit *meus ne affinis vapulabit*? voluit idem significare, ac meus ne Conciuis, seu finitimus vapulabit? Cumque hoc esset verissimum, Ven. Dei Seruum mentitum fuisse dici non valet.

Replicari tamen potest, quod Testis subdidit ibi = *Cum tamen præfatus homo talis affinis non esset, sed tantum oriundus à loco dicti Patris &c.*: igitur Dei Seruus nomine affinis significauit Cognatum, seu sanguinis coniunctione propinquum; quatenus enim significasset propinquitatem loci originis, Testis, qui aiebat = *Reum illum esse oriundum à loco dicti Patris*, non dixisset, *cum tamen præfatus homo talis affinis non esset*, ne sibimetipsi esset contrarius.

Ista autem replicatio nos non turbat; semper enim est verum ex dicto huius Testis, quod Dei Seruus dixit, *meus ne affinis*, non dixit *meus ne Cognatus &c.*, si aut nomen *affinis*, æquè significat propinquum parentela, & propinquum origine, debemus necessariò fateri, quod Seruus Dei mentitus non est. Cum hoc tamen stat, quod Testis iste nomine *affinis*, quo vsus fuit Ven. Dei Seruus, intellexerit propinquum propinquitate sanguinis, non verò propinquum propinquitate loci, seu originis, quia forsasse ignorauerit, hanc significationem esse propriam huius nominis *affinis*, & propterea dixerit = *Cum tamen præfatus homo talis affinis non esset*. Quod autem

tem Testis de proprio iudicio addit, non est curandum ad *Text. in L. labeo, & Necatius, vbi Gloss. ff. de vsucap.*, Bald. *in leg. Solum. num. 1.*, Cod. *de Testibus leg. fin. num. 4. ff. de off. Proc.*, Spec. *tit. de Test. §. Hunc tractandum num. 15.*

Absque eo quod possit vlterius opponi, Ven. Dei Seruum, si non mentitum, saltem amphibologicè fuisse locutum, quod etiam vel ex charitate fieri licitum minimè est; restrictio enim mentalis damnata fuit in propositionibus 26., & 27. proscriptis à Ven. Seruo Dei Innocentio XI. 2. Martij 1679.

Siquidem ad penitùs remouendam hanc instantiam obseruandum supplicamus cum Colleg. Salm. Curs. Theolog. *tract. 17. disput. 2. §. 4. num. 25. Amphibologiam nihil aliud esse, quàm dubiam terminis Sententiam, quæ vulgò æquiuocatio appellatur. Contingit verò huiusmodi dubietas ex eo, quod verba exterius prolata plura significant, & ità audientem dubium relinquunt, & velut anxium circa sensum, in quo ea proferens loquatur, an videlicèt in hoc sensu, vel in illo, quod potest multipliciter accidere: Primò quando verba in acceptione communiter vsitata habent duplicem sensum, vt si dicar: hic liber est Petri, potest absque vlla verborum violentia, vel translatione significari, vel quod Petrus sit libri Author, vel quod sit libri Dominus. Secundò quando verba referunt sensum magis communem, alium minus communem, vt si dicas Petrus est bonus = significari enim potest, vel quod sit virtuosus, vel quod sit simplex. Tertiò quando verba ex se determinantur ad vnum sensum, & tamèn ex modo loquentis, & interrogantis, aut ex alijs adiunctis circumstantijs determinantur ad alium, vt si Pœnitens interrogatus à Confessario, an fecerit hoc peccatum, respondeat non feci, quod tamen fecerat, sed in alia Confessione dixerat. Ea enim Confessarij interrogatio refertur ad peccata non confessa. Quartò quando verba ex se determinantur ad vnum sensum, & insuper adiunctis circumstantijs non restringuntur ad alium, sed tamen ex loquentis intentione trahuntur mentaliter ad sensum diuersum, quem audiens percipere non valet, vt si à me habente librum, petas vtrum librum habeam, & ego respondeam exterius = non habeo, adiungendo mentaliter = ad tibi dandum = quæ locutionis species potiùs restrictio mentalis, quàm Amphibologia, vel æquiuocatio dicenda esset; Non enim complectitur plures sensus in verbis, vt hìc, & nunc prolatis fundatos, sed exprimit vnum tantum, qui mente præcisè ad vnum detorquetur.*

Hoc supposito, licèt Amphibologia, quæ fit per restrictionem purè mentalem sit mendacium, & propterea ea vti licitè minimè possimus; secùs vero Amphibologia, quæ fit tribus prioribus, ac recensitis modis, vt apparet *tùm ex vsu Sacræ Scripturæ* (prosequuntur Authores nuper laudati *num. 28.*) *in qua prædictæ species Amphibologiæ non semel occurrunt, quibus Deus Scripturæ Author prouidissimè vsus est; tùm ad conciliandam ipsa obscuritate Maiestatem, tùm ad celandum secretiora Fidei Mysteria, tùm ad promouendam subordinationem Fidelium ad Sacros Doctores, qui Scripturam exponunt, tùm vt ipsi Doctores magis excitentur ad studiosius inquirendum sensum legitimum. Nèc in hoc locutionis genere falsitatis vitium imminet, quia repræsentat loquentis mentem, licèt, vt id assequamur exigatur attentius studium.*

Itaque cùm Ven. Dei Seruus dixerit facinorosum illum esse suum *affi-*

nem

Digitized by Google

nem, & donec *affinis* ibique vllà verborum improprietate, æquè significat propinquum propinquitate sanguinis, ac propinquum propinquitate originis, seù loci, sumus in casu primi, & secundi modi, in quibus nulla subest fallacia, nullumque latet omninò mendacium: Quod si Auditor ille Generalis non nouerat nomen *affinis*, ea æquæ significare, sibi imputet, non Ven. Seruo Dei, qui ne dicatur protuliſſe mendacium, ſatis eſt, quod vſus fuerit nomine impoſito ad ſignificandum id, quod ipſe habebat in mente, dùm licèt motiuum propinquitatis ſanguinis fuiſſet, efficacius ad mouendum animum Iudicis pro liberatione Rei, ſufficiebat tamen, quod Seruus Dei exprimeret, talem Reum fuiſſe ſibi propinquum propinquitate loci, & originis ad mouendum animum Iudicis pro eius liberatione.

Poteſt etiam alia via purgari à mendacio Ven. Dei Seruus, dicendo, quod licèt Reus ille *affinis* ipſi non eſſet affinitate naturali, eſſet tamen talis affinitate ſupernaturali Charitatis, in quo ſenſu noſtrum Proximum licitè vocamus fratrem, docente nos milliès idipſum Sacra Scriptura, & ſignantèr in nouo Teſtam. Math. 5. 22. *omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, Reus erit Iudicio, qui autem dixerit Fratri ſuo Racha Reus erit Concilio &c.*; *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quod Frater tuus habet aliquid &c. vade prius reconciliari fratri tuo*; Et *num.* 47. = *ſi ſalutaueritis fratres veſtros &c.*; Et *cap.* 7. 3. = *quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, aut quomodo dicis fratri tuo &c. tùnc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui*; Et *cap.* 18. *num.* 15. = *ſi autem peccauerit in te frater tuus &c., lucratus eris fratrem tuum*; Et *num.* 21. *ſi peccabit in me frater meus*; Et *num.* 35. *ſi remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo &c.* Et *cap.* 23. *num.* 8. *omnes autem vos fratres eſtis*; Et 25. 40. = *quod vni de his fratribus minimis feciſtis &c.*; Et 28. 10. = *nunciate fratribus meis*; Et in Euangelio Marci *cap.* 6. 41. 42., *& cap.* 15. 32., *& cap.* 17. 3., *& cap.* 22. 32., *& tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*; Et in Euang. Ioannis *cap.* 20. 17. *vade autem ad fratres meos*, *& cap.* 21. 23., quod paſſim ſit etiam *in Act. Apoſtol. in Epiſt. S. Pauli ad Rom.*, *& 1.*, *ac 2. ad Cor.*, proùt paritèr in alijs; Ea igitur veritate, qua Spiritus Sanctus in Sacris Voluminibus, eoque in ſenſu, quo omnes SS. Patres in Concionibus, & commentarijs proximos ſuos appellabant fratres, eo pariter in ſenſu potuit Ven. Dei Seruus Reum condemnatum appellare, ſi non fratrem, affinem ſuum, & propinquum non propinquitate ſanguinis, ſed Charitatis; Poſſet inquam hac alia via dictum Serui Dei interpretari, cum omnis interpretatio capienda ſit ad excludendum mendacium, ad Text. *in cap. Eſtote de Reg. Iur.*, Abb. *in cap. cum tua de Teſtibus*; Pariſ. *de reſignat. Benef. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 72., *& lib.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 55. *cum ſeqq.*, Farinacc. *in prax. Crimin. par.* 3. *quæſt.* 85. *num.* 1., *& ſeqq.*, Barboſ. *tract. var. axiom.* 68. *num.* 14. Sed cum expeditior via ſit ea, cuius ſupra meminimus, non opprtet vlteriori confutatione difficultatem hanc propulſare, cum ex dictis penitùs ſit ſublata.

CAPVT

CAPVT III.

Tollitur ex facto tertium obstatiuum aduersus Humilitatem ex inanis Gloriæ suspicione.

TRansitum facit Reuerendissimus Promotor *num.* 33. ad tertium obstatiuum, quod concernit non leuem suspicionem [vt inquit] inanis Gloriæ; & in eiusmodi suspicionis confirmationem primò retulit Testem X. ex Process. inform. S. Pauli fol. Proc. 57. à tergo ibi = *Quod cum ipsa aliàs esset in Ecclesia Matrimonium contrahendo cum præfato eius viro, dictus Pater Ioseph præsens existens, digito ostendens veterem Tunicam, qua erat indutus, ei dixit = cum hoc veteri habitu multa daturus sum bona, quod ita adimpleuit Deus Dominus noster &c.*

Nihil tamen ex hoc dicto præfati X. Testis ad intentum colligere potest. Siquidem (omisso, quod hæc Testis fuit repetita in Process. Apostolico S.Pauli anno 1627.,& in eo nihil meminit de isto facto) in eo quod *digito ostendens veterem Tunicam qua erat indutus, ei dixit, cum hoc veteri habitu multa daturus sum bona &c.*, nihil aliud continetur, quàm Prophetia Ven. Serui Dei, quæ cum fuerit verificata, vt constat ex eodem dicto Testis, minimè scindendo = *quod ità adimpleuit Deus Dominus Noster &c.*, nullo modo est suspicandum, quod Dei Seruus voluerit ex ea assertione inanem captare Gloriolam, cum ex tùnc non verificato eius dicto, nulla Gloriæ complacentia poterat delectari.

Alioquin omnes Prophetiæ possent ad inanis Gloriæ cupiditatem trahi, quasi Propheta ea prædicat, vt ex talis dicti verificatione suo tempore accrescat sibi Gloria, quod in omni Prophetia possemus suspicari; Si autem fiat difficultas in eo, quod tuam veterem Tunicam ostendens, dixerit, bona multa se esse daturum cum illo habitu veteri, difficultas omnis euanescet, animaduertendo, quod Tunica illa iam videbatur à Teste, & circumstantibus, [quod enim supra dorsum gestabat, oportet fuisse visibilem] indicauit ergo solum, quod ille habitus attritus debebat esse instrumentum pro datione multorum bonorum, quod fortè etiam insinuauit ad Regularis paupertatis præconium, quod cum Testis verificatum asseruerit, profectò non apparet vlla iactantiæ suspicio, quæ solummodo locum aliquem habere posset, quoties Ven. Dei Seruus spopondisset, se multa bona daturum cum eo habitu veteri, quæ postea non dedisset; *quod* cum è contra *adimpleuerit Deus Dominus Noster*, dicendum est, quod Ven. Dei Seruus fuerit motus ab eo ad prophetandum, in quo nulla apparet irregularitas.

Secundò, & *num.* 34. proposuit Testem XIX. Process. Oppidi S.Pauli de anno 1626., cuius depositio fol. 202. sic se habet = *Sà che la fama della sua Santità stà diuulgata per tutta questa Prouincia del Brasile, e che si venerano, e tengano in estima le cose da lui vsate, le sue Reliquie, come Reliquie di Vomo Santo, per correre così la fama, e che essa*

Digitized by Google

Testimonia tiene in gran venerazione vn suo dente, quale se ne serbò Antonio Rodriguez (marito di essa Testimonia, che stà in Paradiso) auendolo cauato à detto Padre, che per molto, che insistesse, che lo buttasse lui via, non l'hà voluto buttare, anzi il serbò, e l'ebbe in molta stima, siccome essa Testimonia oggidì lo tiene, per correre la fama della sua Santità; E che alcun tempo doppo detto marito di essa Testimonia tornò à mostrare detto dente à detto Padre, quale li disse lo buttasse via, e non volendo quello buttarlo, gli disse detto Padre, orsù serbatelo, che per alcuna cosa vi seruirà vn giorno, & essa Testimonia tiene detto dente in venerazione, & intende, che mediante questa Reliquia non auerà alcun male &c.

Verùm nèc ista Testis concludit pro asserta suspicione iactantiæ; In primis enim est de auditu à suo Marito, sed hoc omisso, obseruandum est, quod in ea depositione asseritur, quod Ven. Dei Seruus semel, & iterum, & pluries instèterit, vt Antonius Rodriguez, qui dentem extraxerat, ipsum dentem proijceret = *per molto, che insistesse, che lo buttasse &c., quale li disse lo buttasse via &c.* = Non igitur probauit Ven. Dei Seruus, quod dictus Antonius Rodriguez suum illum dentem custodiret; Si enim auidus fuisset inanis gloriæ, multum non instetisset, ne ipsum retineret; cum igitur multum insteterit = *Per molto, che insistesse*, ne seruaret dentem suum, signum pluspuam euidens est, quod Ven. Dei Seruus non erat inanis gloriæ cupidus.

At tandem dixit = *orsù serbatelo, che ad alcuna cosa vi seruirà vn giorno &c.*; Sed hoc nihil est, quia ex dicto Testis ignoratur, an per ea verba Dei Seruus consenserit, quod Antonius Rodriguez dentem suum conseruaret, aut potiùs, quod fuerit quædam passiua indulgentia, quatenùs nimirum voluerit hironica locutione illudere, quasi dicere voluisset = *si non vis à te proijcere, custodi illum, aliquando enim eo vteris* vtrumque enim sensum ea verba præseferunt, vt seriò consideranti constabit, & quando verba possunt absque violentia accipi in bonum sensum, irrationabile est ea in deteriorem partem sumere, iuxta monitum D. Augustini de Serm. Dom. in Monte *lib. 2. post med. pag. 825. tom. 4* ibi = *Ea facta* (idem est de dictis) *quæ dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretemur.*

Sed posito etiam, quod Dei Seruus seriò, & non iocosè ea verba protulerit = *orsù serbatelo, che per alcuna cosa vi seruirà vn giorno*: Ea certè non protulit, tamquam inanis Gloriæ cupidus; si enim hanc appetebat, iam poterat esse contentus ex eo, quod Testis suum dentem, tamquam reliquiam, ipso etiam detrectante, erat conseruaturus, absque eo quod per ea verba, quæ poterant fortasse non verificari, sui ipsius existimatio aliquo modo periclitaretur. Parùm certè astutus fuisset, si talis gloriolæ auidus fuisset, & ad futura miracula committere eiusdem Gloriæ conseruationem.

Verius tamen vndequaque videtur, quod si Seruus Dei seriò, & non iocosè ea dixit verba, ea tamquàm Propheta protulerit; quod enim ipse Dei Seruus verè fuerit Propheta, constat *ex Summario num. 30, & 31. à pag. 161., & plurimis seqq.* Præuidens igitur, quod Deus erat per applicationem suarum Reliquiarum operaturus prodigia, prudenter indulsit, vt Antonius Rodriguez suum dentem conseruaret, quasi Deus per illius applicationem aliquid pariter supernaturale esset facturus.

Pos-

Digitized by Google

Posset ta men quis replicare, quod non doceatur de talibus effectibus; sed respondemus primò, quod de his Testis non fuit interrogatus; Secundò dicimus, quod in prædicta Serui Dei locutione duo sunt, nempè Prophetia, & asserta Iactantia, quantùm ad primum satis est, ne constet contrarium, quia cum Prophetia non fuerit definita ad certum diem, potuit optimè impleri post examen Testis, quando per priùs impleta non fuerit. Quantum verò ad secundum, cum certum sit, quod post obitum suum plura Deus Miracula fecerit mediante applicatione eius Reliquiarum, non fuit iactantia, quod promiserit mediante eo dente aliquid vtile euenturum Antonio Rodriguez, qui talem dentem custodiebat, quia sine temeritatis nota potuit præsumere, quod per applicationem dentis contingeret, quod per aliarum sui Reliquiarum contactum certò nouerat euenturum, & nos *in Summ. loc. cit.* milliès nouimus adimpletum.

Tertiò, *& num.* 35. cumulauit Reuerendissimus Promotor plures casus, seù plura loca Proces. Apostolici Olinden., ex quibus inquit *vanæ gloriæ suspicio arguitur*, quæ loca singillatim examinare opus est. Primus locus est *ex dicto Proces. Apost. Olinden. fol.* 33. *terg.*, *&* 34., vbi Testis I. sic ait = *Aueua detto ad esso Testimonio il Seruo di Dio, che quando era stato ritirato nell' Esercizij prima di fare la Professione delli quattro Voti, auea meditata la Passione del Nostro Signore Gesù Christo, e che il medesimo Signore in quell'occasione gl'auea fatto prouare molto delli dolori della sua Passione &c.*

In huius tamen Testis locutione nihil prorsùs apparet fauens intento Reuerendissimi D. Promotoris; ad cuius euidentiam, obseruandum est, quod Testis hic erat eiusdem Societatis, & talis, qui à Ven. Dei Seruo fuit admissus in societatem, & qui per spatium quindecim, aut sexdecim mensium, dùm ipse erat Nouitius, adstitit tamquàm Socius, vt habetur *ex eodem Proces. Olinden. fol.* 26. *tergo* ibi = *Il detto Padre mentre era Prouinciale della Compagnia di Gesù in questa Prouincia del Brasile, riceuette esso Testimonio in detta Compagnia &c., e che essendo Nouizio, nel detto anno esso Testimonio aueua conuersato col detto Padre Gioseppe Anchieta quindici, ò sedici mesi, facendo con lui viaggi, e seruendolo nelle sue infermità &c.*

Quid ergò mirum; si ad eius Testis tunc Nouitij instructionem Ven. Dei Seruus retulerit in genere gratias, quas à Deo fuerat consecutus, dùm exercitia perageret ad se preparandum pro quatuor Votorum Professione? Aliundè tamen cessat omnis difficultas, referendo integrum Textum depositionis; Etenim post verba nuper transcripta immediatè habetur ibi = *e che l'essere egli poi tanto calato, e mancato nella virtù nasceua dall'essere stato per molti anni Superiore, per la qual ragione stimaua più sicuro lo stato di Suddito, che di Superiore.* Credat igitur qui potest, quod Ven. Dei Servus in prædicta locutione captare voluerit inanem gloriam, cum ex his vltimis verbis suæ potiùs humiliationi studere maluerit.

Secundus locus habetur *ex fol.* 28. *à tergo* eiusdem Processus, vbi idem pariter Testis dixit = *Che stando entrambi discorrendo vn giorno &c. gl'auea detto, che quando egli era più giouine, & auea buona salute, e più forze, spendeua tutta la notte in orazione, e che il rimedio, che vsaua per difendersi dal sonno era il sugo di limone, ponendoselo negl' occhi, se mal non si ricorda, e che così rauuiuaua la natura per continuar l'orazioni &c.* = Attamen depositio ista multò minùs fauet in-

Digitized by Google

tanto Reuerendissimi Promotoris, quàm præcedens; Quod enim Ven. Dei Seruus dixerit alicui Nouitio, qui erat sui spiritus Discipulus, vt ex suprà notatis apparet, quod ipse dùm erat Iuuenis vacabat per totam noctem orationi (quod tamen non asseruit pro eo tempore, quo ista reuelabat) non videtur præseferre notam auiditatis inanis gloriæ, sed potiùs instructionem Testis ipsius, qui tunc erat Nouitius, quod haud raiò solent facere Magistri ergà suos Alumnos, vt ex visibili quod proponunt exemplari, discant charismata meliora æmulari; semperque recurrit id, quod suprà dicebamus, quod nimirùm Ven. Dei Seruus minimè laudaret seipsum de aliqua præsenti, quam possideret, prærogatiua, sed de eo, quod suæ tempore juventutis, quando magis vires suppetebant, agebat; Fuisset forsàn locus ad dubitandum si enarrasset ea, quæ ageret in præsenti, sed è contrà, cum tempore narrationis suum statum tunc præsentem (potiùs se humiliando) deprimeret, non est vndè inferatur, eum inanis gloriæ cupidum extitisse.

Tertius locus, seù potiùs additamentum secundi *eadem pag. 28. à terg.* desumitur ab ipsomet primo Teste ibi = *Et ad esso Testimonio auea detto lo steſſo P. Gioseppe Anchieta per atto di vmiltà = dicono, che mi hanno veduto eleuato da terra in aria, mentre stauo in orazione, & il caso fu cosi, ma esso Testimonio non si ricorda in sostanza delle parole dettegli; ma bensì si ricorda esso Testimonio, che non negaua l'Estasi, ma l'interpretaua a suo proprio auuilimento.* Sed iste locus confirmat heroicam Ven. Serui Dei humilitatem potiùs, quàm ei obstet; Si enim credimus Testi, ipse *non negaua l'Estasi* (quomodò sine mendacio negasset? quomodò rem publicam, & notoriam occultasset?) *ma l'interpretaua a suo proprio auuilimento.* Quid clariùs?

Sed non deserendo istum primum Testem, quartum producit locum Reuerendissimus Promotor *ex fol 29. tergo* ibi = *che ad esso Testimonio auea detto il detto Padre, che auea contratte molte indisposizioni nel corpo per auer seruite molte Messe in ginocchioni nel Collegio di Coimbra della Compagnia di Gesù &c.* = non videtur tamen, quod eiusmodi expressio facta cum vno Nouitio, occasione collationum, seù discursuum spiritualium, possit inferre assertam inanis gloriæ suspicionem, maximè attentis his, quæ infrà dicturi sumus in Iure. Minùsque hanc eamdem suspicionem inducere posse videtur ex quinto, quem affert, loco ex eodem Proces. Olindensi registrato *in Samm. num 9. pag. 54. §. 26.* ibi = *Disse altresì esso Testimonio, che il detto P. Gioseppe Anchieta gl'auea detto vna volta nel tempo, che esso Testimonio era Nouizio, e lo seruiua = Dicono, che gl' Augelli mi vengono sulle mani (e ciò diceua per vn'atto di vmiltà per auuilirsi) il caso fu (disse Egli) che andando Io in vna Naue da S. Vincenzo ad vn'altro Capitaniato, e vedendo Io vn' Vcello maritimo andaua volando sopra il Vascello, stendendo il braccio gli dissi, posati quì, & il detto Augello venne, e si posò sul braccio, dicendomi inoltre a me Testimonio = fate conto, che come si douena posare in vn'altro legno, si posò sopra il mio braccio, questo caso esso Testimonio l'ha sentito raccontare da altre Persone &c.* = Minùs inquam iste locus inducit in assertam inanis gloriæ suspicionem, quia, vt suprà jàm dictum est, hic Testis erat Nouitius, ad cuius proindè instructionem, & ædificationem licebat Ven. Dei Seruo aliqua sua bona reuelare. Maximè cum

ea

ea diceret non quidèm ad se laudandum, sed potiùs ad se ipsum, suamque existimationem deprimendam. *E ciò diceua per un'atto di vmiltà, per auuilirsi.*

Hoc tamen, vt subdit Reuerendissimus Promotor, ei non satisfacit; *quidquid enim dixerint* (inquit) *Testes, quod eas* (res nempè recensitas) *idem Seruus Dei memoraret pro se humiliando, imperceptibile tamen videtur, quod respectu audientium posset argumentum despectus, & abiectionis ei naturaliter suppeditare, ideòque parum in ijs expressionibus fidendum est Testibus.* Sed satisfacit omninò hæc responsio, si reflectatur, quod res, quas Ven. Seruus Dei dicebat huic Testi tunc suo Nouitio, & Familiari, erant publicæ aliàs, atque notoriæ; Quamobrèm nulla inanis complacentia poterat contingere Ven. Dei Seruo per earum narrationem: Sed hoc parum est; pleraque enim ipsemet Testis viderat, vt habetur *d. Summar. num. 9. pag. 54. §. 25. ex gratia viden.*, si autem ipse Testis viderat, & Ven. Dei Seruus dixit ei = *Fate conto, che come si douea posare in altro legno* (loquitur de Aui maritima) *si posò sopra il mio braccio &c.* sanè extenuabat prodigium, & minuebat potiùs Testis admirationem, quàm eam augeret, vt seriò consideranti liquidò constabit.

Ponderanda quoque asserit Reuerendissimus Promotor *num. 36. quæ ex Processu informatiuo Bahyen. relata sunt in Summ. n. 15. pag. 112. §. 46., & 47., vbi Testis, cum interrogasset Patrem Anchieta, qua certitudine respondisset quibusdam Indianis, quod illum ea die non essent interfecturi, hæc refert = Præfatus P. Ioseph ei dixit, quod cum certitudine Matris Dei, quæ nolebat, quod ille ab humanis discederet, nisi descripta eius Vita, quam jàm alias in mente per littus deambulans, in memoria tantùm, ac in carmine composuerat; & dixit etiam Testis, quod ei narrauerat dictus Pater Ioseph, quod dùm esset obses in eodem Pago, euenit, quod quædam Indiana peperit quamdam Creaturam, quam eius Vir interfici iussit, ex eo quia imaginauit non esse suam, & dùm dictus P. Ioseph audiret, quod talis Creatura erat jam sepulta, extemplò ad locum deuenit, & ex Sepultura abstulit, & viua adhùc inuenta, illam baptizauit, & baptizata in eius manibus ab hac vita decessit; Quod scit iste Testis, ex eo quia ità ei narrauit dictus Pater Ioseph &c.* Fit autem difficultas, vt supponimus, in duobus, in eo nempè, quod Ven. Dei Seruus asseuerit, reuelationem habuisse à Beatissima Virgine Maria, & in eo, quod retulerit casum illius Infantis à se baptizatæ.

Quantum ad primum factum, sciendum est, quod cum Præfectura S. Vincentij esset afflicta, & vexata per Indianos Tamoyos, cum quibus bellum erat, nemo præter Ven. Dei Seruum, & Patrem Nobrega inuentus est, qui se obsidem apud Barbaros constitueret, quousque firmaretur pax, & de facto vterque cum effectu apud illos mansit; Cumque Infideles vellent Seruum Dei occidere, quia Christianum, ad vescendum de eius carnibus, dixerunt illi, quod se saziaret de visu Solis, quia certa die illum erant interfecturi, quibus ille respondit, horam suam nondùm aduenisse. Interrogatus posteà à Teste laudato, qua fiducia sibi spoponderit incolumitatem, respondit, se scire, quod Deipara nolebat illum occidi, priusquàm finem imposuerit vitæ, quam jàm aliàs per littus deambulans in memoria tantum carmine composuerat; In hoc sanè facto nescimus quid possit obijci contrà Venerabilis Dei Serui humilita-

tem;

Digitized by Google

tem; etenim nihil repugnans, aut quod non fuerit possibile dixit, asserens, quod Deipara nolebat ipsum occidi donec ipsius vitam perfeciſſet, ſicuti de facto non fuit occiſus. Quod autem hanc facti ſeriem Ven. Dei Seruus Teſti reuelaret, nihil omninò præiudicat, tùm ex infrà dicendis, tùm ex eo, quod Teſtis erat ſuus Familiaris, tùm demùm quia non vltroneè, ſed interrogatus ab eo, cauſam ſuæ certitudinis expreſſit: *Et cum Teſtis quæſiuiſſet à dicto Patre Ioſeph qua certitudine ita reſponderet, præfatus Pater Ioſeph ei dixit, quod cum certitudine Matris Dei, quæ nolebat, quod ille ab humanis diſcedat, niſi deſcripta eius Vita &c.*

Prout nec in facto ſequenti aliquid reperitur, quod præiudicare valeat heroicæ Serui Dei humilitati; Conſiſtit enim in eo, quod Seruus Dei narrauerit Teſti, ſe baptizaſſe Infantulam iam ſepultam, quam (Dei monitu) dehumauit, & viuam repertam baptizauit. Poſito autem, quod Teſtis eſſet familiaris eiuſdem Serui Dei caſus verus, & publicus, potuit hìc talem ei confidentiam facere, cum ex tali particulari notitia, non eſſet inanem gloriam conſecuturus; Attento quod Viri Dei abſque titillamento ſuperbiæ ſua bona ſpiritualia reuelant, ex ijs, quæ inferius recenſenda ſunt.

Rursùs protulit ex Proceſſ. Olinden. Apoſtolico factum relatum, *Summ. num.24.*, vbi Teſtis narrat, quod Seruus Dei, *dum eſſet captiuus obſes, ei dicebant Indiani, & Indianæ, quomodo ſine muliere viuere poterat dum eſſet adoleſcens, & dictus Pater eis diſciplinas oſtendebat, reſpondens, quod gratia Dei, & illis diſciplinis ſine muliere viuere poterat.*

Ex quo facto (inquit Reuerendiſſimus Promotor) multiplex iactantia apparet, nempè quod Dei Seruus gloriatus fuerit de carnis macerationè, & de diuturnitate orationis, quas abſque neceſſitate alijs patefecit. Maximè quia (addit) quod Dei Seruus de facto optauerit notam reddere orationis frequentiam genibus flexis, colligitur etiam ex ijs quæ refert Teſtis II. *Proceſſ. Inform. Babyen., Summ. num.13. pag.107. §. 36., & 37.*, vbi dixit ſe vidiſſe callos in genibus Serui Dei, ob frequentiam orandi genibus flexis.

Purgatur tamen, & quidem facili negocio Ven. Dei Seruus ab aſſerta ſuſpicione iactantiæ, ponderando vtrumque factum; Quantum enim ad primum, nemo non videt, quod reſponſio Ven. Dei Serui erat ædificatiua illorum Infidelium, qui ſtupentes, interrogabant, quomodò ipſe ſine Muliere viuere poſſet; Reſpondit ſiquidem quod Gratia Dei ſuam macerando carnem optimè in cælibatu viuebat. Ad hoc enim Diſciplinam protulit, & oſtendit illis, vt viderent quibus armis Chriſtiani vitia compeſcerent; Quando autem quis ſua opera bona manifeſtat ad Proximi ſpiritualem profectum, & ædificationem, omni prorsùs culpa, nec non, & cenſura vacat, vt inferius oſtendemus.

Et quantum ad ſecundum factum in quo tota vis ſit à Reuerendiſſimo Promotore, quod Teſtis aſſeruerit, ſe vidiſſe callos in genibus Serui Dei, quod, ipſo nolente, fieri non potuiſſet. Reſpondemus in facto, quod Teſtis vidit callos prædictos quia erat Infirmarius, & occaſione alicuius ægritudinis debuit ex Medici ordinatione eos callos reſecare, vt idem Teſtis poſt verba à Reuerendiſſimo Promotore tranſcripta addidit, ibi = *Et prædicta ſcit Teſtis ex eo quia*

mul-

Digitized by Google

multoties illi vidit callos huiusmodi, & in quadam magna ægritudine Testi iussit Medicus, quod dictos callos resecaret = Cessat igitur omnis amaritudo.

Vlteriùs ex *Proceſſ. Informatiuo S. Sebastiani fol. 133., & à terg.*, refert Reuerendiſſimus Promotor Teſtem XXI. ibi = *Cùm ego alias Iuuenis eſſem, & me inuenirem in Eccleſia Dominæ Noſtræ Conceptionis de Stahayæ, & audirem concionem, quàm dictus Pater habebat in dicta Eccleſia, & de prædicta Feſtiuitate Conceptionis, vidi, quod dictus Pater incumbit in Pulpito, perinde ac ſi ipſi animi defectio eſſet, vt cum Gens ſe turbaret, credens quod dictus Pater mortuus eſſet, ille ſurrexit, & dixit, quod nihil erat, ſed quia venerat foris Domina Noſtra de ſubueniendo cuidam eius deuotæ, quæ illam inuocauerat, & quod eius veſtimenta rore madefacta erant, & cum accederetur pro videndis veſtimentis, fuerant inuenta madefacta, & magnus ſtrepitus fuit auditus* =; Cùm quo Teſte concordare inquit Reuerendiſſimus Promotor relata in *Summ. num. 30. pag. 195. ſub num. 58.*, facitque difficultatem in eo, quod Ven. Dei Seruus Populo eam viſionem manifeſtauit, quaſi ad ſe inde gloriandum id fecerit.

Ceſſat tamen omnis aſſerta iactantiæ ſuſpicio, animaduertendo, quod id, quod accidit Dei Seruo, non fuit illi voluntarium; ſubitaneo enim ſtupore correptus, ob præſentiam Virginis, ſeù Imaginis ipſius, quæ in Eccleſiam intrabat, veluti extaticus Pergamo incubuit. Quod ita fuerit, dixerunt Teſtes à Reuerendiſſimo Promotore laudati, & in locis ab eo indicatis, ibi = *Incumbit in Pulpito, ac ſi ei animi defectio eſſet* =, & ibi = *S'appoggiò detto Padre nel Pulpito, come ſe veniſſe meno*; & ibi = *Rimaſe in Pulpito come in eſtaſi*: Ille igitur motus, ſeù potius illa quies, quid inorditum non fuit, ſed ſi fuit, non fuit voluntarium; Quod autem Dei Seruus ad ſedandam turbationem Populi, qui credidit, eum defeciſſe, narrauerit viſionem habitam, & ſignum quoque indicauerit, nemo ſanæ mentis negabit, quod totum fecerit ad excitandam deuotionem erga Beatiſſimam Virginem, cuius Immaculatæ Conceptionis Feſtum ea die celebrabatur. Sicut etiam quod ſignum madefactionis veſtimentorum Sacræ Imaginis indicauerit, id feciſſe omninò ſentiendum eſt, vt perſpicuè conſtaret de Miraculo illo, vtque Populus confirmaretur in fiducia erga Deiparam Virginem, ex quo audiret eam inuocaram ab aliquo ex ſuis deuotis, mediante ſua Imagine eius votis præſtò adfuiſſe. Quod ſi intentio Ven. Serui Dei non fuiſſet vndequaque iuſta, ac rationabilis, Deus certè non concurriſſet ad Miraculum confirmandum, quod nimirùm veſtes Sacræ Imaginis ad ſenſum apparerent, ac eſſent rore madidæ, ne confirmaretur Populus ille, aut Poſteri in veneratione Ven. Serui Dei, quem tamquam Sanctum habebant, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 178. *art.* 2., Matt. *de Canoniz. Sanctor. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 6.

Abſque eo, quòd quicquam valeat replicare, quod de verbis, ac facto redolentibus iactantiam conſtat, non conſtat tamen de apparitione B. Virginis Mariæ, nec de Miraculo: Nihil enim releuat hæc replicatio, quandoquidem ijdem Teſtes, qui de vno deponunt, teſtantur de altero, & ſub vnico narrationis contextu; Vel igitur vtrumque credi debet, vel neutrum, eum ex Iuribus vulgatis Teſtium dicta ſcindi non debeant, ſed integraliter ſumi, Ciriac.

controu.655. num.3., Gratian. *discept.478.num.14.*, *& discept.514. num.19.*, Bonden. *Collect. legal.49. num.17. vol.2.*, Conciol. *Resol. Crim. verb. Testes quod ad dicta, resol.7. num.1.*, *& 2.*, Fontanell. *dec.129.num.12.*, de Franch. *dec.173.num.6. in fin.*, Rot. *dec.107. num.8.*, *& 13. coram Penia.*

Sed quatenus hoc idem factum releuatur contra heroicitatem prudentiæ, aut contra Religionem, quasi impeditus fuerit ob Populi commotionem Cultus Dei, maximè propter curiositatem recognoscendi an reuerà Vestes Sacræ Imaginis essent rore madidæ, sicuti Ven. Concionator asserebat, ibi = *Et cum accederetur pro videndis vestimentis &c.*, sicuti ad hos quoque effectus releuauit Reuerendissimus Promotor, audiendi sunt Testes ab eo transcripti *num.38.*, *& signanter XXI. loc. nuper cit.* ibi = *Vidit quod Pater incumbit Pulpito, perindè ac si ei animi defectio esset, & cum Gens se turbaret, credens, quod dictus Pater mortuus esset &c.* = Et Testis HI. *Process. Apost. S. Sebastiani, Summ. num.30. pag. 195. sub num.58.* ibi = *S'appogiò detto Padre nel Pulpito, come che se ne venisse meno, & in quietandosene la Gente, parendogli, che detto Padre fosse morto d'alcun' accidente &c.*

Istud ergo factum sicuti reuera non fuit contra humilitatem, ita minus fuit contra prudentiam, aut contra Religionem. Posito namque, quod Ven. Dei Seruus aliquod passus fuerit deliquium, seù potius stuporem extaticum, quis quæso poterit eum accusare tamquam imprudentem: Ad hoc ergo erat necessarium, quod Reuerendissimus Promotor, qui talem defectum allegat, eum probaret iuxta regulam *Text. in cap. Estote de Regul. Iuris*, Menoch. *de præsumpt. lib.5. præs. 161. num. 26.*, Barbos. *tract. var. axiom. 68. num.14.*

Præterquamquod actus prædictus, & asserta curiositas inde excitata ordinabantur ex natura rei ad laudem, & gloriam Dei, ad contemplationem nimirum præclari prodigij, vt ex eo fideles adstantes maiorem fiduciam conciperent obtinendi à Deipara Maria semper Virgine intercessionem in necessitatibus suis, quod an sit impedire Dei Cultum, sapientissimi suffragantes iudicabunt.

Vltimò iactantiæ suspicionem erga Ven. Dei Seruum Reuerendissimus Promotor insinuauit *n.39.* ex sequenti facto, quod legitur *Summario num.30.pag. 174.*, ibi = *Quod de anno octuagesimo octauo, dum Testis esset in Præfectura Spiritus Sancti, in qua erat Superior præfatus P. Ioseph, Testis accessit pro audienda Confessione cuiusdam Infirmæ, specialitèr illum vocari facientis, à qua apertè intellexit, quod non prætendebat confiteri, sed quod sub illo prætextu, illum voluerat suadere ad satisfaciendum sensualitati Carnali, quià dum suaderet prò audienda Confessione, manus in illum iniecerat, & ei dixerat, quod dum consensum non preberet, erat clamatnra, quod ille illam cogere volebat in sua Domo, & Testis industria, & arte hæc vitauit, & profectus ad domum Societatis deuenit eo temporis, de quo P. Ioseph Missam perfecerat, & erat in Sacristia, cum amictu adhuc in capite, & dum videret Testem, nullis præcedentibus verbis, nec alijs humanis, ex quibus dictus Pater Ioseph de casu notitiam habere posset, hæc formalia verba Testi dixit, videlicèt = Ego rogaui pro te Petre, vt non deficeret fides tua &c.*: Fitque difficultas in eo, quod Ven. Dei Seruus gloriatus fuerit, ob suas oratio-

Digitized by Google

tiones Teſtem liberatum fuiſſe à periculo, quod fuerat perpeſſus, culpæ læthalis, & quod ad hanc iactantiam, abuſus fuerit verbis Sacræ Scripturæ, ſcù Chriſti Domini ad Petrum = *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficeret fides tua &c.*

Hæc tamen difficultas, ſola facti ponderatione euaneſcet, aduertendo, quod Ven. Dei Seruus non ſine Myſterio patefecit P. Petro Leitam Teſti notitiam, quam ipſe habuerat de facto mox recenſito, vt videlicèt (quod infra *cap.6.* iterum tractandum eſt) Teſtis ipſe cautus eſſet in poſterum, ſicut vſque tunc fuerat, in tractando cum Muliere illa; Quippe cum P. Petrus ex eo dignoſceret, ipſum fuiſſe ſupernaturalitèr admonitum de ſua victoria, poterat quoque rationabiliter credere, quod ſi ipſe tentationi ſuccubuiſſet, hoc non latuiſſet Prælatum ſuum; Vnde notitia hæc multum inſeruiuit ipſimet Teſti ad eius virtutem confortandam, ſicuti etiam vtile fuit, quod Ven. Dei Seruus Teſtem admoneret, ſe rogaſſe pro ipſo in eo diſcrimine conſtituto, ne ille de reportata victoria ſuperbiret. Quod tantum abeſt, fuiſſe quid repræhenſibile, vt potiùs in Prælato Regulari magnam protendat prudentiam. Profecto P. Petrus de reportata Victoria poterat forſan gloriari; Ne igitur extrà menſuram humilitatis ſe transferret, monuit ipſum æquipollentibus verbis Ven. Dei Seruus, ne ſibi; aut ſuæ virtuti attribueret conſtantiam, quià potius ad Dei miſericordiam, quam ipſe rogauerat, referendum erat, quod eius Fides non defecerit; Et hæc duo ſufficerent ad purgandum Dei Seruum ab aſſerta ſuſpicione iactantiæ, quià regulariter loquendo, quando actus eſt per ſe referibilis ad bonam intentionem, non ſine iniuria trahitur ad malum, docente D. Auguſtino contrà Manich. *lib.2.*, ibi = *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi, vt ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur; & de Serm. Dom. in Mont. lib.2. poſt med. pag.825. tom.4. ſunt quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quià bono, & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt iudicare; Maximè, vt condemnemus &c.*

Sed ceſſat rurſus quælibet iactantiæ ſuſpicio, quià Ven. Dei Seruus non dixit = *Ego pro te impetraui Petre, vt non deficeret Fides tua &c.*, ſed dixit = *Ego pro te rogaui*, dixit *oraſſe*, non dixit *impetraſſe*. Porrò ſi quoties quis ab Altari diſcedit, & dicit ſe oraſſe pro aliquo, id debet referri in iactantiam, nullus ab hac ſuſpicione ibit immunis: Quandoquidem nemo eſt qui in Miſſa non oret pro ſe, & pro amicis, ac Proximis, cum Miſſa, & Sacrificium, oratio ſint, aut ſaltem includant orationem; & qui poſt Miſſam dicit, ſe pro aliquo oraſſe, non multum ſibi aſcribit honorem. Per hoc igitur, quod Ven. Dei Seruus, immediatè poſt Miſſam peractam videns P. Petrum à certamine redeuntem, dixerit ei, *Ego rogaui pro te Petre*, nihil extraordinarium patefecit, maximè quia ſuppoſita notitia ſupernaturaliter habita ipſius indigentiæ, Ven. Dei Seruus tenebatur ex charitate orare pro tali ſuo Proximo, vt notum eſt, & ità ſi dixit, ſe oraſſe, nihil dixit extraordinarium, quod in admirationem trahere poſſet, quo ſecluſo, non eſt vnde inanis gloriæ ſuſpicio reſultet.

Sed replicare poteſt Reuerendiſſimus fidei Promotor: nulla neceſſitas erat, quod Ven. Dei Seruus manifeſtaret Teſti, ſe habuiſſe ſuper-

Digitized by Google

naturalem notitiam de conflictu habito; hac autem necessitate seposita, secretum Regis abscondere debebat. Respondemus tamen ex supradictis, quod aliqua necessitas est verosimiliter excogitabilis, sed quatenùs nulla alia supereſſet, dicimus, quod Deus, qui voluit manifestare lumen propheticum, quod suo Seruo contulerat, eo in casu, mouit linguam ipsius, vt prædictam proderet notitiam; Quomodo enim certioramur de huius gratiæ existentia, nisi per externas Prophetarum expressiones? De singulis ergo Prophetarum prædictionibus posset fieri eadem instantia, quotiescumque patenter non appareat grauis aliqua necessitas, & tamen semper necessitas, & saltem vtilitas Spiritualis Ecclesiæ est, quod hæ gratiæ dignoscantur, vt eas Possidentes veneremur, & glorificemus Patrem Cælestem, qui eas largitur, vt docuit D. Gregorius. Veriùs igitur est, quod quotiescumque ex modo, quo Propheta exprimit ad extra supernaturales, quas habuit notitias, indicium non præbet prauæ alicuius intentionis, præsumendum est pro bona, maximè quando, pròut hìc, circumstantiæ concurrunt, quæ rationabiliter suadent, Ven. Dei Seruum non sine Mysterio ea protulisse verba, quæ protulit iuxta D. Augustinum *loc. sup. cit. Nobis præcipi existimo, vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.*

Quibus suppositis eruditus vsus Euangelici Textus *S. Luc. 22. 32.* non potest appellari abusus Sac. Scripturæ damnatus, ac vetitus à Sacro Concilio Tridentin. *Sess. 4. de Canon. Script.*, quia tunc fit abusus huiusmodi, quando verba Sacræ Scripturæ torquentur ad scurrilia, & fabulosa, ac detractiua, Teste Paul. Tusc. *de visit. lib. 2. cap. 21. num. 34.*, Barbos. *in Concil. Triden. loc. cit. pag. mihi 8. num. 9.* In casu autem nostro per sensum, vt aiunt, accomodatitium Ven. Dei Seruus vsus fuit ex fine laudabili prædictis verbis, non ad scurrilia, neque ad detractiones.

CAPVT IV.

Excluditur ex Iure omnis Iactantiæ suspicio à Ven. Dei Seruo.

HActenus ex puro facto sategimus purgare Ven. Serui Dei famam ab omni, & quacumque Iactantiæ suspicione, quam, in quantum credimus, exulare confidimus Præstat modo eamdem suspicionem excludere ex Iure, quod in præsenti capite agimus.

Pro cuius rei euidentia notandum est, quod laudare se ipsum, & de vero bono gloriari, non solum non est peccatum, sed actus laudabilis, quatenus tamen quis in Domino suo glorietur, non vero (vt sic dicamus) in se ipso, & quatenus glorietur, quasi de acceptis, non quasi non acceperit. Ita Diuus Bernardus in Serm. super verbis Apostoli = *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, ibi = *In ergo, quod accepit, glorietur, non quasi ipse magnus sit, sed quia magnificat eum Dominus, hoc est, vt in illis, quæ acceperit, non quasi ea non acceperit, sed quasi qui ea acceperit glorietur. Neque enim*

Digitized by Google

enim, ait Apostolus, si accepisti, quid glorieris? sed quid gloriaris quasi non acceperis, VT NON PROHIBEAT, SED DOCEAT GLORIARI = & ità etiam D. Thom. hanc eamdem doctrinam tradidit 2.2. *quæst.*132. *art.*1. *ad* 1., ibi - *similiter etiam laudabiliter homo potest ad aliorum vtilitatem gloriam suam appetere, secundùm illud Matth.*5. *videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est.*

Incognitus quoque super *Psalm.*108. *ver.*1. *fol. mihi* 199. *col.*2. *vers. med.* idipsum explicauit, ibi = *Sed fortè dices, numquid licet homini quantumcumque iusto laudari velle, aut seipsum laudare? & videtur, quod non, dicente Christo Matth.*5. *nesciat sinistra, quod facit dextera tua. Quoniam, & Luc.*18. *abiectus est Pharisæus ille, qui seipsum laudabat: Ad oppositum Paulus Apostolus laudans seipsum dicit = Bonum certamen certaui, fidem seruaui: Ad hoc respondet Glos. super verba Christi: Attendite ne iustitiam faciatis coram hominibus ad hunc finem, vt videamur ab eis, & laudemur; præcipit autèm, vt videant opera nostra bona Proximi, vt Deus glorificetur. Ad quod magis declarandum, sciendum, quod Deus, qui omnium corda scrutatur, non verba nostra attendit principaliter, sed magis nostræ mentis intentionem; nam eisdem verbis à duobus intentione diuersa dictis, ab vno Deus placatur, ab alio verò irritatur, quod ostendit Gregorius dicens = Sicut enim grauis culpa est, hominem sibi arrogare, quod non est, sic plerumque nulla culpa est, si humiliter bonum dicit, quod est. Vndè sæpè contingit, quod Iusti, & Iniusti habent similia verba, sed tamèn semper cor longè dissimile est, ex quibus dictis Dominus ab iniusto offenditur, in eisdem quoque ab iustis placatur. Nam Pharisæus ingressus in Templum dicebat = ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo, sed iustificatus magis Publicanus, quàm ille exijt; Ezechias quoque Rex, cum molestia Corporis afflictus ad extremitatem vitæ peruenisset, in oratione compunctus dixit = Obsecro Domine memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. Nec tamèn Dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, aut renuit, quem mòx in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificat in opere, Ezechias se iustum asseruit etiam in cogitatione, atque vndè ille offendit, indè iste Dominum placauit. Cur itaque hoc? nisi quia Omnipotens Deus singulorum verba, atque cogitationes pensat, & in eius auribus superba non sunt, quæ humili corde proferuntur &c.*

Igitur, qnamuis possit esse malum in fine, in sui glorificatione malum non est, vnde quoties vel Dei Gloria, vel Proximi vtilitas intenditur, magnanimi est gloriari, quia Apostolus non vetuit gloriari, sed quomodo gloriari oporteat edocuit, hoc est in Domino, & quasi qui accepimus, & non quasi qui non accepimus. Ideòque huic sententiæ ex SS. PP. Cyrillo, Cypriano, Hilario, Basilio, & Eunomio subscripsit Cornel. à Lapid. *super Textum Ioan.*27. 1: *Pater clarifica Filium tuum, in epist.*2. *ad Cor. cap.*11. *à vers.*21., *& cap.*2. *vers.*1. *& seqq.* Propterea que non est mirum, si D. Hieronymus pluribus in locis seipsum iustificauit, siue apud Augustinum, siue apud alios eius temporis Patres, vt in eius operibus perspicuè dignoscitur. S. Birgitta, vt nouimus, S. Catharina Senensis, S. Maria Magdalena de Pazzis, & mille alijs omissis, S. Theresia, notos fecerunt fauores, quibus à Domino fuerunt locupletatæ, & in huiusmodi

Digitized by Google

modi manifestationibus non peccarunt, immo virtutum actus exercuerunt.

Hac theoricà opportunè notatà, est etiam præoculis habendum, quod non est idem sua bona moralia, actus videlicèt virtutum, & supernaturalia dona manifestare, ac seipsum laudare, aut de talibus bonis gloriari. Stat enim, quod quis prædicta sua bona moralia reuelet alicui, & non se laudet, vt patet in discipulis erga Directores suos, potestque contingere in Superiore erga Subditos, & apud Regulares in Magistris erga Nouitios. Isti enim sua bona moralia Directoribus reuelant, vt ab eis opportunam instructionem recipiant. Illi verò, vt viuum se se exemplum protendant ad exercitium Virtutum, vel prò discretione supernaturalium donorum, & vniuersaliter loquendo, quando expedit ad Dei Gloriam, & ad Proximorum salutem, quis sua bona moralia reuelat, se saltem in intentione non laudat; Non est ergo idem gloriari de suis bonis moralibus, ac ea præcisè reuelare. Inde fit, quod actus isti manifestationis suorum bonorum moralium est ad summum actus ex obiecto indifferens, aptus proindè, vt sit bonus, vel malus, si bonus, aut malus sit finis; Cùm hoc sit ingenium actus indifferentis ex obiecto, vt possit vitiari ex fine, & ex circumstantijs malis, possitque pariter esse honestus moraliter ex fine, & ex circumstantijs bonis, D. Augustin. *lib.2. de serm. Dom. in Monte cap.20.*, *& cap.28.* ad illa verba Domini: *Nolite iudicare*, *& epist.19. ad Hieronym.*; & idem Hieronym. *epist.89. ad Augustinum*, D.Thom. 1.2.*quæst.18. art.7.* Colleg. Salm. *in Curs. Theolog. tract.11. disp.7.dub.1.num.1. tom.3.* Posito autem hoc, quod videlicet reuelare sua bona moralia sit ad summum actus ex obiecto indifferens, descendit in legitimam consequentiam, quod sicuti si Postulatores prætendunt, *in* eo actu effulsisse heroicitatem, debeant concludenter probare, quod immunis extiterit ab omni terreni pulueris impuritate; Ità si Reuerendissimus Fidei Promotor prætendat, talem actum fuisse malitiosum, ad ipsum spectat probare malitiam, alioquin in vtroque casu actus manebit in statu puri actus indifferentis, iuxtà Text. *in cap. Si quid dist.86. cap. In cunctis 11. quæst.3. cap. Innocens 22. q.4. cap. final. de præsumpt.*, Barbos. *de diction. verb. bonus*, Gonzal. Tell. *in cap. Ex parte de scrutin. in ordin. facien. num.4.*, Bordon. *de suspic. hæres. cap.10. num.21.*

In proposito igitur Ven. Serui Dei Postulatores omittunt, quod in talibus manifestationibus effulserit heroicitas; idque non prætendunt, prætendit tamen Reuerendissimus Fidei Promotor, fuisse inanis gloriæ effectus, sed ipse probat quidem, quod Vener. Dei Seruus nonnulla dixerit concernentia sua bona moralia, dona videlicet supernaturalia, non tamen probat, quod se laudauerit, aut quod de prædictis gloriatus fuerit; hoc igitur in primis ostendere debet, sed quando ostenderit, non tamen sufficiet, quia rursùs ad ipsum spectat onus ostendendi, quod idem Ven. Dei Seruus in prædictis manifestationibus gloriatus fuerit extrà mensuram rationis, hoc est, quod gloriatus fuerit, sed non in Domino, aut quasi non acceperit. Cùm igitur nihil horum ostenderit, inanis erit obiectio de suspicione iactantiæ.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

Refellitur aliud Obstatiuum assertæ imprudentiæ in casu proposito.

MAiori redargutione dignum existimauit Ven. Dei Seruum Reuerendissimus meus Promotor *num.*40. ob ea, quæ prædictus Testis Secundus enarrauit *dicto Summario pag.*174., ibi = *Post cursum exindè quindecim dierum, dum Testis deambularet, & minores horas cum dicto Patre Ioseph recitaret, fuit dictum, quod dicta Mulier erat in Ecclesia, & quod confiteri volebat, sed quod nullam specialem personam ad dictam suam Confessionem nominauerat, & quòd Pater Ioseph antedictus respondit, quod sic, quod statim esset accessurus prò illius Confessione audienda, & deindè dixit Testi, impositò his fine = Reuerentia vestra illius Mulieris Confessionem audiat* ⊱ *Et Testis replicauit*)= *Reuerentia vestra scit, quò me iubet, & P. Ioseph respondit = Pater sic, vadat Reuerentia vestra medenda hac Animæ, quia quatenùs non reuelet Reuerentiæ vestræ, non reuelabit alijs, & Reuerentiæ vestræ nullum est inconueniens &c.*

Fitque difficultas in eo, quod cùm Ven. Dei Seruus sciret, id, quod secutum fuerat inter Testem ipsum, ac dictam Mulierem, non debuisset eum exponere non necessario illi certamini, cui alter ex ijs, si non vterque poterat facile succumbere. Hoc igitur factum de imprudentia notatur.

Quæ difficultas minimè euacuatur dicendo, ideò Seruum Dei id fecisse, quia Mulier peccatum suum alteri Sacerdoti non reuelasset; id enim (vrget Reuerendissimus meus Promotor) *Gratis omninò asseritur, quodque magis est, præfatus Testis non subdit, dictam Mulierem peccatum, de quo agitur, confessam fuisse, vel alia edidisse singularis pœnitentiæ signa, ex quibus saluari posset actus aliunde imprudenter demandatus à P. Anchieta, quæ reticentia eò magis considerabilis est in præfato Teste, qui non omisit in suo Examine deponere, quod alia Mulier, ad cuius Confessionem excipiendam iuerat de mandato Serui Dei, peccatum quoddam, quod per triginta annos tacuerat, eidem reuelauit, vt legitur in Summ. num.*30. *pag.*175.

Prò remotione igitur difficultatis, placeat animaduertere, quod, vt suprà diximus *Cap.*3. Ven. Dei Seruus Testi manifestauit, se habuisse notitiam de insultu, quem ipse ab ea Muliere passus fuerat, & quomodo victor è certamine exierit; ex quo idem Testis bene nosse poterat, quod ipse in excipienda prædicta Mulieris Confessione perindè se habiturum, ac si Seruus Dei præsens esset, cum ea disparitate, quod si præsens corpore fuisset, posset quidèm externos actus cognoscere, vbi supernaturaliter certioratus, etiam occultæ Cordium erat penetraturus; & sicuti verosimile non est, quod eo præsente quidquam esset attentaturus contra promissam Castitatem, ità à fortiori in eo casu, in quo supernaturalitèr sciebat, Ven. Dei Seruum illuminandum fore de toto eo, quod inter ipsum Confessa-

fessarium, & Mulierem pœnitentem erat agendum, tamquàm exploratissimum habere poterat, nihil irregulare esse commissurum, ideòque si illi iussit, vt accederet ad excipiendam Confessionem pœnitentis illius Mulieris, nihil imprudentèr egit, cum sub ea apprehensione, quod Ven. Dei Seruus, nedùm occulta, sed interna Cordis sui erat penetraturus, cautè se gessurum rationabilitèr præsumebat.

Et quantum pertinet ad Mulierem ipsam, meminisse oportet ex dictis *suprà Cap. 3.*, quod ea frustrà constantem Testis pudicitiam tentauerat; Nulla ergo apparentia erat, quod postquàm semel repulsa à Teste fuerat, iterùm auderet tentare illum. Præterquamquòd quando accessit ad Ecclesiam expiandi gratia conscientiam suam, accessit pœnitens; Nec enìm est suspicandum, quod vellet accedere sacrilegè ad Pœnitentiæ Sacramentum, quæ nullum determinatum Confessarium petebat; propterea̲que non est bona consequentia, semel sub prætextu Confessionis tentauit, & sollicitauit Testem, ergo iterùm sollicitabit, quia est longè dispar casus; prima enìm vice, vocauit determinatum Religiosum, quem fortasse longè ante occultè amauerat: Nunc autèm ipsum non requisiuit, sed quemcumque ad suam excipiendam Confessionem quęsiuit; Tunc non accedebat vt pœnitens, nunc autèm accessit vt talis. Tunc non fuerat repulsa à Teste, id autèm non potest dici de tempore, quo ipsa accessit ad Ecclesiam. Tunc vocauit ad Cubiculum suum Confessarium, nunc perrexit ad Confessionale. Ex diuersitate ergo tot circumstantiarum impeditur illatio, quam facit Reuerendissimus Fidei Promotor, quod si tunc, etiam ex post esset sollicitatura Confessarium &c.

Ex oppositio autem satis rationabile vrgebat motiuum, ortum ex debilitate Sexus, qui pudori satis obnoxius, propter eam, quam in peccando verecundiam non habuit, potuisset impediri à confessione sui Peccati, si apud Confessarium sui criminis alias nescium confessa fuisset. Quamobrem contemni non debet hoc motiuum, quod ab innumeris exemplis erat vndequaque ponderabile. Cum nemò sit inter Confessarios expertos, qui ignoret quanta sedulitate oporteat tractàre cùm fœminis, vt integras Confessiones faciant, quando agitur de materia contrà sextum Præceptum: Maximè autem in circumstantijs, de quibus agitur, quia, quod Ven: Dei Seruus fuerit illuminatus supernaturalitèr lumine prophetico, de facto præcedenti, dubitari non valet, si credendum est Testi, qui in eadem depositione, non scindenda, vtrumque dixit. Si ergò Ven: Dei Seruus iussit Testi, vt Mulieris Confessionem exciperet, vt eam integram faceret, *quia quatenùs non reuelet Reuerentiæ Vestræ, non reuelabit alijs*, signum fuit, quod ipse, aut hanc interiorem reuelationem habuit, quod nimirùm Mulier illa suum non esset confessura Peccatum apud alium Confessarium, præter Testem, aut reuelationem huiusmodi habere putauit. Et siue habuerit de facto, siue habere putauerit, rationabilitèr egit, ipsum Testem mittendo ad excipiendam talis Pœnitentis Confessionem, & non imprudentèr. Quandoquidèm siue habuerit, siue habuisse putauerit, debuit potiùs illum, quàm alium Religiosum huic muneri destinare, vt Proximi Sacrilegium vitaretur, quod semper vitare debemus ad Text. *in cap. Quod ait dist.* 14.

Neque

Digitized by Google

Neque ad ſaluandum hunc Actum rationabilitèr, & non imprudentèr demandatum à Ven: Dei Seruo, oportuit, quod Teſtis Nos certioraret, quod dicta Mulier Peccatum, de quo agitur, confeſſa fuerit, vel quod alia ediderit Pœnitentiæ ſigna, quemadmodum Reuerendiſſimus Promotor deſiderabat, quia ex vna parte Teſtis, nec fuit ſuper exitu illius Confeſſionis interrogatus, vt conſtat *ex Summario*, nec debuit, quia, licèt non ſit violatio ſigilli reuelatio Peccati, reticita Perſona: Vbi tamen Perſona ipſa poteſt vtcumque innoteſcere, aperire Peccatum eſt culpa grauis, eſt Sacrilegium, eſt violatio Sigilli indirecta, ad Text. *in cap. Omnis vtriuſque Sexus, de Pœnit., & remiſſ. §. Caueant autem*, D. Thom. *quodlib. 5. quæſt. 7. art. 13.* Colleg. Salm. *Curſ. Theolog. Tract. 24. diſput. 9. Dub. 3. §. 1. num. 33., & num. 86.*; Porrò Perſona illa Mulieris poterat innoteſcere, quia apud Sacriſtam, aut Ianitorem notum erat, quod illa Mulier, quæ priùs, dùm Domi ægra iaceret, aduocauerat Patrem Petrum Leytam, poſtmodùm acceſſerat ad Eccleſiam, nullum in particulari petens Confeſſarium, ad quem iuit idem Pater Petrus.

Sed replicare quis poteſt, quare ergò in ſuo Examine faſſus fuit, quod ea Mulier ipſum ad ſollicitandum accerſerat; Reſponſio tamen eſt in promptu, quia ex tali ficta confeſſione petita ex animo ſeducendi Miniſtrum, non oritur obligatio Sigilli, Nun. *in Addit. ad 3. part. quæſt. 11. art. 1.* Dicaſtill. *diſput. 12. Dub. 3. num. 44.*, Henriquez. *cap. 21. num. 3.*, Coninck. *diſput. 9. num. 7.*, cum alijs apud Colleg. Salm. *in Curſ. Theolog. loco ſupra citato num. 67., & ſeqq.*; Vbi autem veram Confeſſionem fecit, non valuit Teſtis, qui de Iure Diuino tenebatur, ad Sigillum, quidquam de tali Muliere reuelare auditum in confeſſione, ſed præſumendum eſt, quod ea Mulier ſeriò confeſſa fuerit, & integralitèr de omnibus, quia præſumptio, quæ ſtat pro validitate Actus, omnes alias ſuperat præſumptiones, Decius *in cap. Quoniam*, Abbas *num. 49. verſ. Secundò limita de Offic. Delegat.*, *& conſ. 77. num. 5.*, & Riminald. *conſ. 72. num. 4. lib. 2.*, Alciat. *de Præſumpt. regul. 1. præſumpt. 30. num. 5.*, Roland. à Vall. *conſ. 61. nu. 27. lib. 3.*, Barboſ. *Tract. var. Axiom. 12. ſub num. 19.*

Vndè reticentia Teſtis quoad prædicta, nullo modo attendi debet, nec redditur magis conſiderabilis ex eo (vt argumentatur Reuerendiſſimus Fidei Promotor) quia præfatus Teſtis *non omiſit in ſuo Examine deponere, quod alia Mulier ad cuius Confeſſionem excipiendam iuerat de mandato Serui Dei, peccatum quoddam, quod per triginta Annos tacuerat eidem reuelauit, vt legitur in Summario num. 30. pag. 175.*

In hoc enim ſecundo caſu potuit Teſtis deponere de confeſſione audita incertæ Mulieris, quia eo modo, quo narrauit poſt mortem Ven: Serui Dei, nullum fuit periculum indirectæ fractionis Sigilli, propterea enim non expreſſit Teſtis locum, ibi = *Quod cum eſſet in quadam Præfectura huius Status, quam non nominat ob periculum, quod eſſe poteſt ad Perſonam detegendam, euenit, quod quædam Mulier &c.*; Id autem ob oppoſitam rationem facere non debuit in primo caſu, vt nupèr ponderauimus.

Omniſque tandèm difficultas ceſſabit hoc dilemmate; Vel enim verè Ven: Dei Seruus penetrauerat caſum ſollicitationis paſſiuæ huius Te-

Digitized by Google

Teſtis, vel non penetrauerat? Si verè id penetrauerat lumine prophetico, quando ei dixit == *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficeret Fides tua &c.* ==, ex vna parte dici non debet ſine fundamento, quod tantus Vir malum vſum huius prophetici luminis effecerit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 3., Sot. *de Iuſt., & Iure lib.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 3., Felin. *in cap. vlt. de Præſumpt. num.* 15., Barboſ. *Tract. var. Axiom.* 142. *num.* 2., & ex alia parte, ſi talem ſollicitationem ſupernaturaliter penetraſſe fatemur, ac eum in Poſſeſſione prophetici luminis, cum ipſo Teſte, recognoſcamus; dicendum eſt omninò, quod Ven: Dei Seruus occulta cordis illius Mulieris præuidit, quod alteri non eſſet confeſſura, quod Patri Petro confeſſura erat, & cui poſteà confeſſam fuiſſe ritè, & rectè præſumimus. Si autem ſecunda pars dilemmatis eligatur, quod videlicèt Ven: Dei Seruus verè non penetrauerit ſupernaturali, ac prophetico lumine caſum præcedentis ſollicitationis, fruſtrà inſimulatur de imprudentia, quia cum iuxtà hunc modum dicendi ipſe ignarus eſſet, potuit præfatum Patrem Petrum ad eam confeſſionem audienda ſeligere, & deſignare, & ecce, quod vndequaque, & quodcumque dicatur, omnis ſuſpicio imprudentiæ exulat.

CAPVT VI.

Purgatur Ven: Dei Seruus ab aſſerto defectu Charitatis.

EX ijs, quæ habentur *Summario num.* 30. *pagina* 184., occaſionem ſumpſit Reuerendiſſimus Fidei Promotor in Animaduerſionibus *num.* 41. ſuſpicandi de imperfectione Charitatis Ven: Serui Dei erga Proximum; loco enim citato Teſtis VI. Melchior Fereira depoſuit, vt ſequitur == *Che nella Terra di S. Vincenzo vi fù vn' Indiana per nome Lucia, la quale fingeua molta virtù, ingannando li Padri, con chi ſi confeſſaua, e communicandoſi ogni otto giorni, per cui riſpetto di Deuozione li Padri la teneuano in ſtima, e li aueuano cura particolare* ==; Hic cæpit tranſcribere Reuerendiſſimus D. Promotor = *Venne vn giorno queſta Indiana in Chieſa, che non vi erano li Padri ſuoi Confeſſori in Caſa, e fece da eſſo Teſtimonio chiamare detto Padre Ioſeph de Anchieta, per confeſſarſi, e communicarſi alla ſua Meſſa, e fattali l'ambaſciata dal Teſtimonio, detto Padre non vi volſe andare, dicendo, che andaua à dire la Meſſa, e non poteua aſpettare &c.* == (vſque hùc tranſcripſit) ſequitur autem ſic == *Che il dì ſeguente ſi ſaria confeſſata, e fingendoſi Eſſa Inferma, fra pochi giorni li Padri Vincenzo Rodriguez, ed' Emanuele de Nobrega (che erano li ſuoi Confeſſori) li mandarono due Mela granate, due Rampazzi di Vua, & vn Melangolo, che gli portaua il Teſtimonio; quale doppo auerglieli portato, tornato à Caſa li diſſe detto Padre Ioſeph Anchieta, alludendo al preſente, che aueua portato il Teſtimonio: Fatigate in darno Melchiorre; Dal che Eſſo Teſtimonio ne preſe cattiuo indizio, perche già in detto tempo era detto Padre tenuto per Santo, imaginandoſi il Teſtimonio, che detto Padre ne ſapeua qualche coſa di detta Indiana:*

Sic-

Digitized by Google

Siccome in effetti pare ſapeſſe; perche di là à pochi giorni crepò coſtei da vn Fianco, del che morì, gettando parimente vna Creatura morta, con il che ſe ne perſuaſe il Teſtimonio auer detto Padre notizia della finzione, & ipocriſia di detta Indiana, il che confermò molto più, l'auer viſto il Teſtimonio detto Padre in quella Meſſa, che non volſe communicar detta Indiana, eleuato da Terra per vn palmo, e mezzo in circa; E ſimilmente il vidde vn'altra volta in queſta forma celebrando la Meſſa &c.

Iouebat autem Reuerendiſſimus Promotor difficultatem in eo, quod Ven: Dei Seruus, ſtatìm ac acitus fuerat ab ea Muliere, debuiſſet ad eius excipiendam confeſſionem accedere, quia ſi Spiritu prophetico nouerat illam adeò peccatricem, tantò magìs debebat æſtuare Zelo Dei, pro recuperanda illius Anima.

Verùm ſi tota ſimùl Teſtis depoſitio (ſicuti ex totiès dictis eſt ſumenda), & quam iàm extendimus ſeriò ponderetur, ceſſat omnis amaritudo: Ex ea enìm liquidò deprehenditur, quod Ven: Dei Seruus in diſpoſitionem illius Mulieris ad Sacramentum Pœnitentiæ cognouit, quando requiſitus fuit illius excipere confeſſionem; propterea que illam differre ſanius duxit: Aſt hic eſt punctus difficultatis, inquiet Reuerendiſſimus Promotor, quia hoc ipſo, quod Dei Seruus fictam eam Pœnitentem nouit in diſpoſitam, debuit ſatagere, vt eam redderet diſpoſitam, & quia hoc omiſit, defeciſſe in Charitate erga Proximum ipſe aſſeuerat.

Triplex tamen Reſponſio pro totali remotione huius difficultatis porrigitur in præſenti, quarum quælibet ſufficit ad intentum. Primò dicimus, quod in caſu prædicto non agebatur de Perſona aliqua extranea, quæ accederet ad Pœnitentiæ Sacramentum, ſed de Perſona, quæ duos in ea Eccleſia habebat Confeſſarios, quorum abſentia erat paucarum horarum, & apud quos meliùs erat eam confiteri; quia habetur à Teſte, quod Ven: Dei Seruus reſpondit = *Che il dì ſeguente ſi ſaria Confeſſata*: Agebatur de Perſona, quæ, ſi attendamus ad lumen diſcretiuum Ven: Dei Serui, pro tanto erat indiſpoſita Sacramento, nec Perſona hypocriſi aſſueta poterat tàm citò emendari, vt eodem mane, quo acceſſerat, poſſet communicari; Et tandèm agebatur de Perſona, quæ iuxtà propheticum, quod Ven: Dei Seruus habebat, lumen, illum decipere quærebat, non Sacramentum Pœnitentiæ recipere; Vndè prudentèr eam dimiſit Ven: Dei Seruus, & pro ſequenti mane differre confeſſionem ſuaſit.

At debuiſſet (inquit Reuerendiſſimus Promotor) Ven: Dei Seruus eam audire, diſponere, abſoluere, & ad meliorem frugem reducere, non eam (etſi ad tempus) dimittere, ſi erat Charitate plenus.

Sed iterùm reſpondemus, quod hæc omnia peragere eo momento, nec decuit, nec Seruus Dei potuit; Non decuit, quia ſi ſemèl eam auſcultaſſet, &, vt omninò facere debebat, ad tempus diſtuliſſet abſolutionem, qui eam confeſſam vidiſſent, & non communicantem, proùt ſolebat, inabſolutam credidiſſent; Quibus in circumſtantijs egit prudentèr, confeſſionem differendo, magìs quàm exponere Pœnitentem alicui periculo infamiæ. Et ſanè vel Seruus Dei, vt prætendimus, diſcernebat Spiritum huius Mulieris, vel non? Si primum dicatur; certum eſt, quod ſicuti ſtatum ipſius

Digitized by Google

perditionis noscebat, ità eodem prophetico lumine discretionis Spirituum aliquid aliud cognouit (quod Nos latet) propter quod non debuit tunc audire confessionem illius; Quælibet enim rationabilis interpretatio facienda est pro exclusione defectus, Abb. *in cap. Cum tu, de Testibus*, Natt. *cons.* 549. *num.* 11., Mascard. *conclus.* 496., Parinacc. *in Prax. Crim. part.* 3. *quæst.* 85. *num.* 1. *cum seqq.*, Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *Præsumpt.* 161. *num.* 26.; Cumque ex toto Summario documenta penè innumera habeamus impigræ, ac feruidæ Charitatis Ven: Serui Dei erga Proximum, pro quo pluriès Animam suam ponebat, profectò in casu de quo agitur, non est præsumendum, quod Dei Seruus occasionem omisisset fructificandi in vinea Domini, si verè eam opportunam nouisset, argumento Text. *in cap. vnica de Scrutin. in Ordin. facien.*, & *in cap. Dudum, & cap. vltimo de Præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 1. *nu.* 29., Sanctarell. *var. resol. part.* 1. *resol.* 2. *num.* 4.

Præter quam quod eo themate retento, quod Dei Seruus Statum indispositionis ipsius Mulieris cognosceret, prudentèr eam dimisit, ac despexit, vt videlicèt indirectè procuraret eius resipiscentiam, quod frequentèr fit à Peritis Animarum Directoribus, vt Sapientissimos Suffragantes non latet. Si autem dicitur secundum, & negatur à Reuerendissimo Fidei Promotore, quod Ven: Seruus Dei habuerit discretionem Spiritus huius Mulieris, certè in nullo est reprehensibilis; quia cum hæc Mulier haberet suos Confessarios, ad ipsos tamquàm suos proprios Pastores erat relinquenda cura eius Animæ, de qua, cum frequentèr ad Sacram Communionem accederet, nihil triste erat præsumendum; Et ità in quacumque rerum serie non apparet, in quo Ven: Dei Seruus fuerit reprehensibilis.

Secundò respondemus, quod ex eo, quod Ven: Dei Seruus Statum infelicem illius Mulieris nouisset, non tenebatur statim, & inconsultis eius Confessarijs eam audire, alioquin oporteret concludere, quod quicumque lumine prophetico pollet, & eo mediante discernit Personarum Spiritus, statim adstringeretur ad earum conuersionem, cum tamen verius sit, quod in cultura Animarum fortitèr, ac suauitèr est agendum, & oppositum dicere est nimium grauare humeros Prophetarum, qui licèt tales à Deo recipiant notitias ad vtilitatem aliorum (quod est vniuersale, in singulis Gratijs gratis datis, D. Thom. 1. 2. *quæst.* 111. *art.* 1. *ad* 4., & 22. *quæst.* 176. *art.* 1. *ad* 1., & *quæst.* 177. *art.* 1. *in Corp.*); Vsus tamen eorum debet esse discretus, & talis, vt possit executioni mandari; ità quod non adstringatur, nec vel ex Charitate Propheta ipse ad duo simùl peragenda, fortassè incompossibilia; quia cui datur lumen propheticum, ex vi huius non datur Virtus agendi plura, vt plura, quod est proprium solius Dei, D. Thom. *prima parte quæst.* 52. *art.* 2. *in Corp.*, & *in prima distinct.* 37. *quæst.* 3. *art.* 2.; Vndè cum in casu, de quo agitur Ven: Dei Seruus deberet Sacrum facere, non poterat illius Mulieris Confessionem, quam satis implexam cognouerat, auscultare.

Tertiò demùm dicendum est, quod etiamsi Dei Seruus teneretur, siuè ex lege Charitatis, siuè ex quocumque alio titulo ad conuersionem procurandam illius Animæ, non tamen tenebatur statim, cum vnius diei dilatio non præiudicaret intento, maximè quia in cor-

correctionibus faciendis, loci, ac temporis opportunitas plurimum spectanda est, vt sint fructuosæ, Trullench. *in Decalog. Tom. 1. lib. 1. cap. 5. Dub. 14. num. 8.*, Cassian. *in Arbor. Opin. Moral. Tom. 3. pagina 662. versic. Tertia est*, D. Thom. 2. 2. *quæst. 33. artic. 2. in Corp.*

Itàque ex eo, quod Ven: Dei Seruus noluerit eius Mulieris audire Confessionem, aut quia præpeditus à Missæ Sacrificio, aut quia supernaturalitèr eius fictionem, & indispositionem nouerat, aut quia temporis in opportunitatem pensabat, aut ne fortè eius malitia fieret deterior, quia in simulatione esset pertinacior, de Charitatis defectu non est redarguendus; Cum ex dictis in rationabilem causam reducibilis sit dilatio Confessionis ad alium diem, aut quia sequenti mane meliùs esset disposita, aut quia ex prudenti reflexione decebat, quod ipsa confiteretur apud alterum ex suis Directoribus, aut propter aliam causam, quæ nota supernaturalitèr erat Ven: Seruo Dei, Nos autem latet, non est præsumendum, quod Ven: Dei Seruus, qui totiès cum propriæ Vitæ discrimine Animarum salutem feruidè procurabat, in præsenti, vbi nullum apparebat tale periculum Vitæ, omitteret salutis monita illi tradere, quæ salutem petebat.

CAPVT VII.

Refellitur obstatiuum desumptum ex eo, quod Ven: Dei Seruus Puellæ dixerit, esse graue peccatum Terram comedere.

REpræhendit insuper Reuẽus Fidei Promotor *num.* 42. nostrum Ven: Dei Seruum de facto enarrato à Teste IV. Processus Eboren. Apostolici *Summario pag. 186. sub num. 41.* ibi = *E similmente confessandosi essa Testimonia dal detto Padre essendo piccola, e tacendo, che mangiaua Terra (il che non sapeua altro che lei medema) il Seruo di Dio li disse = Confessateui figlia del mangiare la Terra, che è gran peccato = ed Essa Testimonia confessò, che era così, e restò stupita, che il Padre lo sapesse*: cui concordat Testis V. ibidem = *Hà inteso dire, che la detta sua sorella confessandosi dal medem. Padre, e non gli dicendo, che mangiaua Terra, pensando, che non fosse peccato, detto Padre gli disse = Confessateui figlia di mangiar Terra, che è gran peccato*: Vndè perpendendum monuit, an Seruus Dei potuerit absque læsione veritatis insinuare præfatæ Puellæ, quod magnum esset peccatum Terram comedere.

Hæc Reuerendissimi Promotoris obiectio dependet vnicè ab eo, an voluntarie Terram comedere sit peccatum, & dicimus voluntariè, quia si in furore, aut mentis, seù cognitionis deliquio quis id faciat, vacare culpa non dubitamus.

Digitized by Google

Porrò vitium hoc terram comedendi, alioſque vitioſæ qualitatis cibos, pluſquam notorium eſt, quod in Fœminis frequenter contingit, orituruque hæc fames ex deprauato appetitu, & quæ hunc morbum patiuntur, ab eſu eiuſmodi rerum, v. g. Carbonum, Calcis, Cretæ &c., in hydropen, cachexiam, vel maraſmum incidunt, qui morbi, quamuis antequam confirmati ſint, feliciter aliquando curentur; ſecus tamen, vbi mala per longas inualuere moras, Bonett. *ſuper Text. Io: Ionſt.*, *ſeu in Theſaur. Medic. pratic. tom. 2. pag. mihi* 368. *num.* 20., Sennert. *Medic. pract. tom. 3. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap 5. pag. mihi* 99.

Suppoſito autem quod quis per eiuſmodi rerum comeſtiones læthalem in morbum ruat, exploratum eſt, quod abſtinere teneatur ſub graui peccato, præſertim ſi habitualiter in hoc vitium propendat, quod adeo familiare eſt fœminis Luſitanis, vt quamplurimæ ex hac comeſtione vires, ſanitatem, & vitam ipſam, ſuperueniente hydropeſi, amittant, quia licèt per paucas harum rerum comeſtiones non fiat graue damnum, ſecus per plures; Et ſuæ ſaluti graue damnum inferre, eſt peccatum contra charitatem ſibi debitam, ſicut ſi quis ſe interficeret, quod nullatenus licet, ad Text. *in cap. placuit 23. quæſt. 5. & cap. quibus 13. quæſt. 2.* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 64. art. 5.*, Abb. *in cap. ex part. num. 2. de ſepult.*

Audiamus doctiſſimum P. Benedictum Pexeyra, qui vtpote Luſitanus, & morum, ac vitiorum Regionis ſuæ optimè gnarus, indubitatum in hac materia proferre teſtimonium poteſt. Ait ergo ſapientiſſimus Doctor in ſua Summa Vniuerſæ Theologiæ, *tract. 9. ſect. 2. quæſt. 4. num. 664.* explicans quintum Decalogi Præceptum: *Ex dictis infertur, peccare contra propriam charitatem, qui edunt ſcienter noxia propriæ valetudini; præcipuè, ſi comeſtibilia non ſint; qualia ſunt papyrus, terra, creta, & quę ſunt in frequenti vſu apud Luſitanas fœminas fragmenta vrcorum. Erit peccatum graue, aut leue pro ratione damni, & quantitatis, quam prudens Confeſſarius arbitrabitur. Quia hunc caſum, cum ſit frequentiſſimus, in nullo Authore inueni; interrogans didici a Viris literatis, eſſe quantitatem grauem, quæ adæquet monetam, quam vulgo dicimus = Patacam =*

Patet igitur, quod ſi Ven: Seruus Dei monuit Puellam, quod Terram edere eſſet graue peccatum, verum dixit, & illam rectè docuit; Nec eſt contemnendum, quod Ven: Seruus Dei fuit ſupernaturaliter edoctus per lumen propheticum de tali vitio, quod (ſicut aliæ gratiæ gratis datæ) ex ſupradictis conceditur ad aliorum vtilitatem, vndè, ne otioſè abuteretur illa notitia, monuit Puellam, vt illud peccatum, ſaltem materiale confiteretur, & impoſterum abſtineret.

Quamobrem ne dicamus, fruſtrà Deum Ven: Seruo ſuo lumen illud communicaſſe, dicendum profectò nobis ſupereſt, quod ita decebat, vt videlicet Ven: Dei Seruus Ancillam Chriſti edoceret, ne culpabiliter appetitui deprauato indulgens, ad mortem properaret temporalem cum ſpirituali, ac æterna diſcrimine.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Excusatur Vener. Dei Seruus ob id, quod asseritur celebrasse Missam Defunctorum in die Festiuo.

POnderandum proposuit Reuerendissimus Fidei Promotor in Animad. *num.* 43. *An reprehensionem mereatur Seruus Dei, ex quo die quadam, qua non licebat celebrare Missam Defunctorum, ipse tamen eam celebrauit, vt ait Testis IV. Processus informatiui S. Sebastiani, & Testis VII. Processus Apostolici Vlyssiponensis Summario num.* 30. *pag.* 190., *&* 191. ibi = *Stando esso Testimonio nelle parti del Brasile, intese dire, che il Padre Giuseppe in vn giorno di festa di precetto celebrò la Messa de Morti, e non vi si costumando ciò in simili giorni, il Prelato ne fece riflessione, e li domandò la causa di tal fatto, & essendo renitente detto P. Ioseph à dichiararla, il Prelato gli lo comandò per vbbidienza, allora rispose detto P. Ioseph, che aueua celebrato detta Messa per l'Anima d'vn suo Amico che il giorno precedente era passato all'altra vita in Roma, dicendo di più, che nel tempo dell'eleuazione dell'Ostia gli fece Dio grazia mostrargli quella benedetta Anima andarsene alla Gloria &c.*

Ponderandum, inquam, admonuit Reuerendissimus Animaduersor, an propter descriptum factum, Ven. Dei Seruus reprehensionem mereatur; *quia admissa etiam* (sic prosequitur) *veritate eiusdem reuelationis, non erat eo tempore patefaciendum, contra monitum, quod habetur Tobiæ* 12. 7. ibi = *Sacramentum Regis abscondere bonum est, & optimè ad rem tradit S. Ioanes Chrysostomus in homil. de laud. S. Pauli &c.*: Vndè omissa transgressione Rubricæ, quæ in festis de præcepto prohibet celebrationem Missæ de requiem, obnoxium credidit inanis gloriæ suspicioni ob manifestatam reuelationem.

Vt hanc radicitùs euerteremus difficultatem, possemus optimè dicere, quod supposita veritate reuelationis, de qua duo Testes conformiter deposuerunt (quamuis vterque de auditu) tàm celebratio Missæ *de Requiem* in die festiuo, quàm manifestatio habitæ reuelationis optimè purgantur ab omni inobseruantia, & respectiuè iactantiæ suspicione. Etenim qui extraordinario eiusmodi lumine illustrantur mouentur à Deo, & instinctu quodam speciali ad peragenda feruntur, quæ attento ordinario prudentiæ lumine non agerent, supremo tamen Iudici valdè accepta sunt. Ideoque in trutinandis factis Seruorum Dei, totius vitæ complexus, singulæque

rerum circumstantiæ spectandæ sunt; *alias* (sunt aurea verba D. Ioannis Chrysostomi *tom.4. hom.16. in Epist. D. Paul. ad Romen.*) *si quis illa, vt primo aspectu apparent iudicare velit, & Paulum, dum circumcidit iudaizantem, & Eliam, ac Abraham, & Phinies, & Petrum homicidas reputabit; Et non solum de ipsis Sanctis, sed & de ipso Supremo Numine, quisquis regulam hanc minimè obseruauerit, multa absurda suspicabitur.* Idque pariter docuerunt Nicol. Lancic. *in vpase. spirit. tom.1. cap.8. de humilit. pag.640. num.27., & 28.*, & clar. mem. Card. Bona *in tract. de discret. spirit. cap.7. pag.44.*, vbi plures ad propositum refert actiones Sanctorum, quæ secundum humanam prudentiam censura digna videbantur, sed intimè consideratæ Ecclesiæ meruentur admirationem, & approbationem. Possemus itaque hoc medio nos expedire ab obiectæ difficultatis aculeo, sed non est opus recurrere ad extraordinarium agendi modum, cum iuxta communissimas Doctorum Sententias, nec celebratio Sacri *de Requiem* die festiuo erat tunc temporis reprehensibilis, nec reuelatio Diuini fauoris culpabilis.

Ratio quoad primam partem est. Primò, quia illud Sacrum celebratum fuit ante restitutionem, & publicationem Missalis, eiusque rubricarum, prout hodie sunt, quia publicatio Missalis facta fuit à S. Pio V. 13. Iulij 1570., prout constat ex Bulla = *Quo primum tempore* = ipsius fronti præfixa: Sacrum verò fuit celebratum tempore Prouincialatus P. Nobrega, vt ex Teste IV. *in Sum. pag.190. Quod cum P. Emmanuel de Nobrega tunc Prouincialis ab eo quæreret &c.* P. verò Nobrega suum finiuit Prouincialatum anno 1559. vitam verò 18. Octobris 1570., vt ex Chronico Brasilienſi P. Vasconsellij *lib.2. num.64., & lib.4. num.116.*

Secundò. Quia etiam post Missalis promulgationem conseruata fuit per integrum pænè sæculum praxis, & consuetudo, non solum in America, sed in Europa, & in ipsamet Vrbe, eiusque Basilicis, celebrandi Missas *de Requiem* in diebus Dominicis, & Festis; omnesque Viri timorati, & docti illas celebrare consueuerant in die anniuersaria obitus, & depositionis defuncti, vel ad satisfaciendum obligationibus à Testatoribus relictis, vel ad lucrandas indulgentias Altaris priuilegiati; vt expressè constat ex Decreto Alexandri VII. dato Romæ 5. Augusti 1662.; & ad abolendam istam à tot sæculis introductam praxim, & ab Episcopis toleratam prodierunt Decreta illam prohibentia ab Alexandro VII. die 22. Ianuarij 1667., Ven. Serui Dei Innocentij XI. die 4. Maij 1688., & Clementis IX. die 13. Septembris 1669., & propterea vsque ad istud tempus licebat Missas defunctorum celebrare in diebus festis, vt docent quamplurimi Doctores apud Dian. *iuxta Coordinat. tom.2. tract.1. resolut.77., & tom.4. tract.1. resolut.41.* La Croix *lib.6. part.2. num.507.*, Tambur. *Oper. Moral. tom.2. Method. Celeb. Miss. cap.6. §.6.*, Portel. *dub. Regul. verb. Missa num.7.* ex ea ratione, quia nulla tunc temporis aderat positiua prohibitio, & quia peculiares illæ preces, ac Orationes Missæ *de Requiem* iuxta omnium cum Eminentissimo Bellarmino Theologorum doctrinam prosunt, & prodesse plus possunt ex ope-

re

re operantis, & Ecclesiæ institutione animabus Purgatorij, ideoque reprehendendus non venit Ven. Pater, qui praxim illorum temporum secutus, animæ amici opportuniori suffragio opitulatus est.

Neque ex hac actione tunc licita, & à multis visitata, oriri aliquod poterat scandalum, aut occasio ruinæ spiritualis proximi, cum ad nullam rem prauam ex hac actione induci, moueriue posset; eo vel maxime, quia vel Auditores Missæ erant Idiotæ, & tunc ob ignorantiam Rubricarum scandalizari non poterant; vel erant Docti, & sciebant hanc esse praxim in Cathedralibus, & Collegiatis communiter obseruatam: & de facto, vt constat ex depositione ipsius Testis IV. solus Prouincialis, cui ex officio incumbit diligenter obseruare Subditorum suorum actiones, id aduertit, ibi = *Il Prelato ne fece riflessione, e domandò la causa.*

Ratio quoad secundam partem est: Quia ex contextu depositionum, & communiter contingentibus nihil aliud constat, nisi quod Ven. Pater celebrauerit Missam *de Requiem* pro amico Laureti defuncto; vel quia ita sibi à Deo reuelante imperatum, vel vt copiosius afflictæ illi animæ succurreret, non verò, vt se exponeret necessitati aperiendæ reuelationis, quod euidenter probatur ex illius renitentia, & repugnantia aperiendi reuelationem, de qua citatus à Testis IV. = *Et essendo renitente detto P. Giuseppe à dichiararla* = ex qua remoueri non potuit nisi præcepto obedientiæ coactus, vt ibidem = *Il Prelato li commandò per vbbidienza; allora rispose detto P. Gioseppe &c.* = quod præceptum sibi imponendum præuidens humillimus Seruus Dei minimè poterat, cum hoc in Societate Iesu solis sanctioribus Viris soleat imponi, & ex natura rei nulla daretur connexio inter Sacrificium illa die celebratum, & præceptum Superioris, qui poterat, vel non aduertere, vel dissimulare, vel à præcepto ex suo solo libito imposito abstinere, & causam absque præcepto inquirere; posset que tunc Seruus Dei se defendere, & reuelationem celare, vel probabilitate opinionis id permittentis, vel alia iusta causa.

Vnde nulla ex hoc facto oriri potest suspicio vanæ gloriæ in Ven. Patre, quia præter superiùs latè deducta *Cap. 3., & 4. nostræ Responsionis*, ipsius renitentia in propalanda reuelatione, & præceptum, quo coactus fuit illam aperire, eum purgant ab omni vanæ gloriæ vmbra, & suspicione. Et hæc est mens D. Chrisostomi à Reuerendissimo Domino Promotore allegati; dum docet; non debere nos sponte in proprias prorumpere laudes, sed = *Imminente necessitate, & necessitate violenta*: nulla autem maior, aut violentior necessitas, quam cum, aut Deum debemus mortaliter offendere, & animam æternis cruciatibus mancipare, aut veritatem rei interrogatæ aperire, vt in nostro casu tenebatur Ven. P. Anchieta. Eodem modo loquitur S. Raphael *Tobiæ 12. vers. 17.* in suo monito, quod duplici membro constans, nostram Sententiam optimè confirmat; dum in primo ait = *Sacramentum Regis abscondere bonum est* = ideſt, debeo tacere dum licitè possum; & in secundo = *Opera verò Dei reuelare, & confiteri, honorificum est* = ideſt debeo Dei magnalia

lia reuelare, quando obedientia, gloria Dei, aut vtilitas proximi me cogunt, & impellunt. Vtrumque fecit Ven. Pater; dum licuit, tacuit; dum fuit requisitus, & obedire coactus Deo per Superiorem loquenti, omnia manifestauit.

At prosequitur Reuerendissimus Dominus Promotor, *irrequisitus voluit superaddere illam circumstantiam = Che nel tempo dell' eleuazione dell'Ostia, le fece Dio grazia mostrarli quella benedetta Anima andarsene in Gloria* = Attamen etiam ab isto scrupulo liberatur per depositionem Testis VII. *Process. Apostol. Vlyssip. in Summario pag.* 190. vbi sic ait = *Quod cum P. Emanuel de Nobrega, tunc Prouincialis existens, ab eo quæreret, pro quo illam Defunctorum Missam celebraret? Dictus P. Ioseph ei responderat coram P. Vincentio Rodriguez, qui mihi Testi prædicto narrauit, ac coram alijs, quod illam dixerat, & celebrauerat pro dicto Religioso, quia fuerat eius Condiscipulus in Ciuitate Conimbricensi, & quod cum dictus P. Nobrega ab eo quæreret: In quo loco inueniretur præfati Defuncti Anima? Ei respondit dictus P. Ioseph, quod ad gloriam conuolauerat de tempore, de quo secunda vice Sanctissimum Sacramentum eleuauit; & quod postea fuit verificatum, dictum Patrem de prædicto tempore vita functum fuisse* = Vnde euidenter constat Ven. Patrem nihil dixisse, nisi à suo Superiore quoad vtramque circumstantiam, & requisitus, & sub præcepto obedientiæ obligatus.

CAPVT IX.

Vindicatur Ven. Dei Seruus ab asserta excessiuæ resistentiæ nota.

SExtò (inquit Reuerendissimus Promotor num. 44.) *contra heroicitatem Virtutum Serui Dei manifestè facere videtur eiusdem Serui Dei confessio, qui non renuit asserere, se in quadam impugnatione excessisse modum vsque ad præbendum scandalum circumstanti*, vt habetur ex Teste II. *Processus informat. Bahyen.* Summario Num. 26. pag. 153. §. 16., ibi = *Præfatus Pater Ioseph aliqua efficacia id impugnauit; sed cum postea sibi videret, quod modum excesserat dictus Pater Ioseph, dixit huic Testi = pœnitet me, quod scandalum præbuerim N. = Ex hac quippè ingenua confessione Ven. Dei Serui, videtur manifestum desumi argumentum, quod ipse non erat stabilitè constitutus in supremo gradu perfectè operandi, quemadmodum necesse fuisset, vt in eius actibus posset considerari heroicitas. Ad veram enim, & intrinsecam rationem*

Digitized by Google

dum heroicitatis in exercitio virtutum constitutiuam hominis in esse herois, duo indispensabiliter, & copulatiuè requiruntur: Alterum, quod in exercitio virtutum ad supremum gradum pertigerit: Alterum quod in tali culmine insederit absque de lapsu ad opposita, vt egregiè explicat hæc duo constitutiua essentialia heroicitatis monitum S. Leonis serm. 1. de Natiuit. Domini &c.

Propter hanc tamen Reuerendissimi Promotoris obiectionem nullatenus hęsitare debent animi sapientissimorum Suffragantium; Nam in primis Traductor non rectè interpretatus est verbum= *scandalum* = siquidem verbum istud in lingua Lusitana non significat, quod in Latina, ideſt *dictum, vel factum præbens alicui occasionem ruinæ*; sed dictum, aut factum quo proximum aliquantulum pungo, contristor, aut aliquid illi displicens facio, aut profero, etiam innocenter, & tutando iura mea; ideoque in vocabulario Lusitano Latinè verbo = *scandalo* = respondet *offendiculum*, & verbo = *scandalizo* = *offendo, lædo*; Vnde V. Pater solummodo dixit, & confessus sibi videri, se aliquo modo lęsisse, aut contristasse Ciuem illum, dum efficaciter iura Collegij sui tutatus est, sicut D. Paulus *ad Corinth. 2. cap. 7. v. 8.* fatetur se illos epistola sua contristasse, quin ex vtraque confessione aliquid argui possit contra sanctitatem illam proferentis. Attamen pro pleniori huius obiectionis enodatione integram huius facti relationem audire sufficit à prędicto Teste II. *Proces. informatiui Bahyen. in Summ. loc. cit.* §. 16. ibi = *Dixit etiam Testis ad comprobationem supradictorum circa semper obseruatam per hunc Patrem humilitatem, & super eo scilicet, quod Testis pro humili illum habuit, quod cum aliàs quidam homo in Præfectura Spiritus Sancti quamdam domum fundare vellet in situ, ex quo præiudicium Domui dictorum Patrum proueniebat, præfatus P. Ioseph aliqua efficacia id impugnauit, sed cum postea sibi videret, quod modum excesserat, d. P. Ioseph dixit huic Testi = pœnitet me, quod scandalum præbuerim N.; sed ex alia parte gaudeo ad effectum, vt simplex Populus à bona opinione, quam de me habet recedat; sed ego curabo de Homini satisfaciendo, vel quod Deus ei pro me satisfaciat; Et satisfactio fuit illa videlicet, quod cum ita esset præfatus homo, numquam antea confiteretur nostris Fratribus, elapsis exindè paucis diebus absque eo quod aliquid noui interueniret, generaliter confessus fuerit de tota eius vita dicto P. Iosepho magno amborum solatio &c.*

Ex hac namque depositione habetur quod Testis loco citato intendit enarrare nimiam humilitatem Ven. Serui Dei, ad quem effectum narrauit factum illud, quando nimirum ipse, tactus dolore cordis intrinsecùs, *pœnitet Me* (inquit) *quod scandalum præbuerim N.* Sanè si Testis apprehendisset, Ven. Dei Seruum eo in facto peccasse, vtique non magnificasset eius pœnitentiam de asserto excessiuo zelo; Non enim magnum est pœnitere de vero peccato; est tamen magnum humilitatis argumentum dolere de eo, quod vitæ culpæ nomen meretur, ac si esset graue delictum. Quamobrem dum Testis ex hac Ven. Dei Serui pœnitentia deduxit eius eximiam humilitatem, nullatenus sensit, quod ipse reuera ea in occasione deliquerit; & de facto obseruando dictum Testis, colligitur solùm, quod Ven. Dei Seruus aliqua efficacia restiterit volenti per ædificium inferre præiudicium Collegio; non autem aliquo excessiuo, & improprio modo, *sed aliqua efficacia*. Et quando dixit de excel-

su in modo, non dixit, cum de facto excessisse in modo; sed quod sibi videretur excessisse in modo, ibi = *sed cum postea sibi videret, excessisse in modo*. Satis autem diuersum est, quod Testis dicat, Dei Seruum excessisse in modo, ac quod dicat, quod sibi videbatur excessisse in modo; cum iuxtà primum loquendi modum significetur, quod Testis sensit reuera, eum excessisse; sed iuxta secundum habeatur, quod ipse Dei Seruus præ sua humilitate sic senserit excessisse. Porrò familiare admodum est Dei Seruis in proprias actiones oculo semper censorio reflectere, iuxta illud *Prou.* 18. 17. *Iustus prior est accusator sui*; quod explicans D. Ambros. *offic. lib.* 1. *cap.* 17. hæc habet, ibi = *Iustus se ipsum priùs quàm alios accusat. Ille enim Iustus, qui nec sibi parcit, & occulta sua latere non patitur &c. Iustus in exordio sermonis accusator est sui; qui se accusat, etsi peccator est Iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, & Deo Iustitias confitetur quem putat latere nihil posse &c.* Vnde, *& in psalm.* 118. *octonar.* 4. *in princip.*, Teste Cornel. à Lapid. *comment. in Prou. cap.* 18. *vers.* 17. notauit S. Doctor, hunc esse ordinem loquendi Iustorum, vt confessio debeat esse prima tum apud Deum, tùm apud homines, & quod cùm Deum oramus, oporteat vt primò, & ante omnia reos nos faciamus, & confiteamur coram eo peccata nostra, eorumque veniam petamus, ac deinde progrediamur ad alia à Deo beneficia postulandum. Cum igitur inter Ven. Dei Seruum, & Ciuem illum intercesserit controuersia circa ædificium tollendum cum præiudicio Collegij; Cumque Dei Seruus *aliqua cum efficacia* restiterit, ratus inde charitatis leges violasse, penituit, & accusauit seipsum; ex quo iuxta D. Ambrosium, quamuis Peccator fuisset, Iustus esse incepit, quia nec sibi pepercit; & Deo iustitias fuit sincerè confessus.

Quodque reuera in sæpedicta efficacia Ven. Dei Seruus suam quidem fortitudinem ostenderit, absque præiudicio humilitatis, & charitatis, & quod nullus ex ea efficacia, qua ipse restitit perturbatori, fuerit rationabiliter scandalum passus ex eo deduci valet, quod videlicet nulla est imperfectio, quod Iustus suum repetat Ius, aut hoc violantibus resistat, D. Thom. 2. 2 *quæst.* 43. *art.* 8. *in corp.*, *& sup.* 4. *sent. dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 4. *quæst.* 3. *in corp.*, *& in tract. de virtut. quæst.* 3. *art.* 2. *ad* 16., *& opusc.* 19. *cap.* 17., *& in exposit. epist.* 1. *ad Cor. cap.* 2. *lect.* 2. *princ.* C. Immo quod perfecti debeant resistere detractoribus suis, habetur ex eodem S. Doctore 2. 2. *qu.* 72. *art.* 3. *in corp.*, *& quodl.* 5. *art.* 26. *in corp.* Vnde ex eo quod Ven. Dei Seruus *aliqua efficacia* restiterit volenti præiudicium inferre suo Collegio, nullo pacto defecit in Iustitia, aut charitate, quia quicquid sit, an quis in proprijs possit præiudicium pati, ne sequatur scandalum, certum est, quod in alienis, & in bonis præsertim Ecclesiæ hoc non licet, idem D. Thom. 2. 2. *cit. quæst.* 43. *art.* 8. *in corp.* ibi = *Dicendum quod circa temporalia bona distinguendum est: Aut enim sunt nostra, aut sunt nobis ad conseruandum pro alijs commissa, sicut bona Ecclesiæ committuntur Prælatis* (isque est casus noster) *& bona communia quibuscumque Reipublicæ Rectoribus. Et talium conseruatio, sicut, & depositorum immines ijs, quibus sunt commissa ex necessitate, & ideò non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia, quæ sunt de necessitate salutis. Temporalia verò bona quorum dos sumus Domini, dimittere ea tribuendo, si pendo nos*

Digitized by Google

ea habeamus, vel non repetendo si ad apud alios sint propter scandalum, quandoque quidem debemus, quandoque autem non. Si enim scandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam, vel infirmitatem aliorum, quod supra diximus esse scandalum pusillorum, tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia, vel aliter scandalum sedandum, scilicet per aliquam admonitionem. Vnde Augustinus dicit in lib. de serm. Dom. in Monte = dandum est quod nec sibi, nec alteri noceat, quantum ab homine credi potest; Et cum negaueris, quod petit, indicanda est ei Iustitia; & melius ei aliquid dabis cum petentem iniustè correxeris. Aliquando vero scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Phariſæorum, & propter eos, qui sic scandala concitant non sunt temporalia dimittenda, quia hoc, & noceret bono communi, daretur enim malis rapiendi occasio, & non noceret ipsis rapientibus, qui retinendo aliena in peccato remanerent. Vnde Gregorius dicit in moral. Quidam dum temporalia à nobis rapiunt solummodo sunt tolerandi; quidam verò æquitate secuta prohibendi, non sola cura, ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant &c.

Cum igitur Ven. Dei Seruus non esset Dominus, sed purus Prælatus, & Administrator Collegij, pati non debuit præiudicium, quod Ciuis ille minabatur inferre, quamuis ex eius resistentia aliquod scandalum esset secuturum, cum tale scandalum oriretur ex malitia ipsius, non ex natura rei, aut ex aliquo Serui Dei defectu; qui defectus in omnem casum consisteret in aliquo excessu, non quoad substantiam, sed quoad modum. Quod autem ipsemet Dei Seruus dixerit = *pœnitet me, quod scandalum præbuerim N.* = hoc ex supra ponderatis referri debet ad eximiam ipsius humilitatem, ad quam ostendendam Testis hoc factum recensuit, non verò ad aliquem defectum realem ipsius Ven. Serui Dei:

Sed dato tandem per modum discursus, quod in prædicta resistentia defecerit; quid mirum? fuit ne Seruus Dei impeccabilis? Aut, ad hoc vt valeat canonicè Aris destinari, exigitur, quod numquam peccauerit? Certè quod non. Quia nec est necesse, quod canonizandus fuerit impeccabilis, saltem venialiter, ad Text. *in cap.*, & *venit 45. de pœn. dist. 1. collect. in cap. 1. de reliqu.*, & *vener. sanct.* Matt. *de canoniz. sanct. part. 4. cap. 3. num. 4.*

Constito autem, quod in toties dicta resistentia Dei Seruus non defecerit, neque aliquod graue scandalum causauerit, supereſt, vt circa hoc factum fiat reflexio ad duas circumstantias. Altera est, quod Ven. Dei Seruus de tali resistentia meminit ad effectum se exprimendi cum Teste, qui erat Religiosus suæ Congregationis, & familiaris ipsius, quod quamuis ægrè ferret præbuisse assertum scandalum N., erat nihilominus contentus = *ex alia parte gaudeo* (inquit) *ad effectum, vt simplex Populus à bona opinione, quam de me habet recedat*: Ita & taliter, quod licèt ipse Dei Seruus de resistentia tristaretur propter scandalum passum ab N., lætabatur tamen, quod occasione illius, Populus, qui eum tamquam eximium Dei Seruum venerabatur, talem opinionem deponeret. Altera autem est, quod licèt Dei Seruo videretur propter filialem, quem habebat timorem, scandalum causasse, quamuis præter intentionem, & inculpabiliter, tantum tamen abfuit, quod reuera hoc scandalum secutum fuerit, vt ex oppoſito Ciuis ille, qui non solebat accedere ad Ecclesiam

Digitized by Google

Patrum societatis, ex eo tempore cœpit accedere, ac in ea suscipere sacramenta = *quod cum ita esset præfatus homo numquam antea confiteretur nostris Fratribus, elapsis exinde paucis diebus absque eo, quod aliud noui interueniret, generaliter confessus fuit de tota eius vita dicto P. Ioseph magno amborum solatio.* Certum autem est, quod si Ciuis ille, qui præiudicium volebat inferre Collegio, & qui Ven. Dei Serui resistentiam expertus fuit, fuisset scandalum passus, aut quicquam in eo deprehenderit Religioso Sacerdote indignum, non accessisset ad ipsum confessionis gratia, neque eum in suum spiritualem Directorem elegisset.

Nec vlla fieri valet difficultas in ingenua (vt inquit Rmus Promotor) confessione Ven. Dei Serui; quia, vt supra dictum est, ea confessio prodijt à Ven. Dei Serno, occasionem captante suæ humiliationis, vti solebat in omnibus, & in eo sensu, quo omnes Sancti sese professi sunt peccatores, secùs autem, quia verè scandalum aliquod dedisse sibi videretur; pro cuius rei maiori euidentia, sciendum est, quod scandalum nihil aliud est, quàm occasio ruinæ spiritualis nostri Proximi; Definitur enim à D. Thom. quod sit *dictum, vel factum minus rectum præbens alijs occasionem ruinæ* 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 1. *in corp.*, *& sup.* 4. *sent. dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 2. *quæstiunc.* 1. C. non est ergo intelligibile, quomodo iustissima ea resistentia, de qua agimus, potuerit scandalum occasionare, aut præbere cuiquam occasionem ruinæ; quod si recurratur ad assertum excessum in modo, præterquamquod recurrit eadem responsio, quod Serui Dei solent accusare seipsos in omnibus, clarum est, quod posita iustitia causæ, vix possit excogitari talis excessus in modo, qui sit aptus constituere veniale peccatum in resistentia passiua; sed quia ipsemet Ciuis elegit pro suo Directore spirituali Ven. Dei Seruum, dicendum omninò est, quod ab eo scandalum minimè fuerit passus, cum omni naturali repugnet lumini, quod quis eligat in Patrem suum spiritualem virum scandalosum.

CAPVT X.

Expungitur obstatiuum desumptum ex dispensatione ab aliquo impedimento dirimente Matrimonium.

SEptimò, & vltimò censuit Reuerendissimus Promotor *num.* 45., perpendendam esse depositionem Ioannis Sousa Pereira *Summario num.* 30. *pag.* 169., quæ ita se habet = *Che trattandosi il Parentado tra esso, e detta sua Moglie, dicendosi, che vi era l'impedimento del secondo grado, per auer esso Testimonio trattato con vna Sorella cugina di detta sua Moglie, essendo ciò domandato al Testimonio, non volle scoprirlo, per auer già sposata detta sua Moglie, e detto Padre se ne venne dal Testimonio, e menandolo al Collegio, gli disse, che si accusasse di quel peccato, perche esso Padre sapeua molto bene auerlo commesso il Testimonio, e che vi era detto impedimento; Et esso Te-*

Digitized by Google

Testimonio se ne confessò subito da detto Padre, accusandosi di quel peccato, che nella verità aueua commesso; e detto Padre gli diede l'assoluzione, e lo sposò di nuouo con detta sua Moglie in detto Collegio, assicurandogli in detto modo la coscienza, essendo che esso Testimonio non aueua conferito ad alcuna persona detto peccato, & impedimento &c.: Ex hac autem Testis depositione duos infert defectus Reuerendissimus Promotor contra Ven. Seruum Dei. Primus, nempè, quia Pater Anchieta non poterat sine præcedenti licentia Parochi in Matrimonium coniungere personas, de quibus in depositione suprà relata. Alter verò quod Seruus Dei Pœnitentem absoluit, sed eum simul, & semel non monuit, vt peteret dispensationem ab impedimento in secundo gradu, quod ex causa copulæ contraxerat, prout tenebatur, & sine peccato negligere non poterat tamquam Confessarius, vt prædicti Coniuges petere, & reddere possent debitum absque criminis labe, quemadmodum aduertunt Sotus *part.4. dist.18. quæst.2. art.4. ad 2. Aragon. 2. 2. qu.33. art.6. concluſ.4.*

Hi tamen defectus, si de bono, & æquo (vt par est) procedendum est minimè verificantur. Non primus, quia esto milliès requireretur in casu, de quo agitur, licentia Parochi, quis poterit sibi suadere, quod Ven. Dei Seruus maluerit propriam illaqueare conscientiam in re tam graui, procedendo absque legitima facultate? Planum est, quod si hæc licentia erat necessaria, omnis æqui bonique ratio nos edocet, quod Ven. Dei Seruus, attenta diffamatione criminis huius Testis, ab eo tamen negati, sed supernaturaliter sibi noti, priusquam Testem ipsum ad Collegium secum duceret eam licentiam (ad cauthelam) petierit; & obtinuerit; & hæc est rationabilis præsumptio, quæ in concreto huius nostri Ven. Serui Dei admitti debet; tum propter exclusionem delicti, ad Text. *in cap. Estote de regul. Iur.* Alexand. *consil.127. num.12. cum seqq. lib.4. & cons.129. per tot. eodem lib.* Paris. *de resignat. benefic. lib.13. quæst.1. num.72., & lib.14. quæst.7. num.55. cum seq.*; tùm etiam quia aliquem actum agens præsumitur illum ritè, & rectè facere ad Text. *in l. quoties ff. de reb. dub.*, *& l. quoties ff. de verb. obligat.* Abb. *cons.6. in contrau. col.1. num.7. vers.3. lib.2.*, Roland. à Vall. *cons.61. num.29. & seq. vers. quinto considerandum lib.3.*, Barbos. *tract. var. axiom.12. num.17. & seqq.*

Absque eo quod quicquam valeat replicatio forsan adhibenda, quod si Ven. Dei Seruus obtinuit à Parocho licentiam, de ea docendum sit; quia cum hæ licentiæ sufficienter concedantur oretenus, non est, vnde possint Postulatores hanc licentiam ostendere, nisi ex facto ipso, & nisi cum Ven. Dei Seruo hanc faciamus humanitatem, vt piè credamus, eum noluisse esse sacrilegum, dum aliorum peccata studebat corrigere; Vndè iuremeritò præsumitur hanc licentiam interceſſisse, absque eo quod explicitè de ea doceatur, D. Thom. *in 4. sent. dist.5. quæst.2. art.5. quæstiunc.4.* Rosell. *in summ. verbo eleemosyna num.1.*, S. Antonin. *part.2. tit.1. cap.5.* Sanchez *lib.7. cap.19. num.13.*, Suarez *tom.3. de Relig. lib.8. cap.11. num.9.*

Et non dicimus, quod Ven. Dei Seruus operatus fuerit cum licentia præsumpta Parochi (si quæ requirebatur); id quod dicimus est, quod hìc & nunc ritè, ac rectè præsumimus, quod si licentia Parochi

chi requirebatur, ea & quidem expressa intercesserit. Si enim in præiudicium etiam Ecclesiæ post centum annorum spatium licentia, seù beneplacitum Sedis Apostolicæ præsumitur, Fulgin. *de Iur. emphyt. titul. de contract. quæst.9. sub num.2. versic. considerandum*, Rot. *in recent. decis.367. num.19. part.5.*, *& decis.14. n.42. part.6.*, *& decis.44. num.6. par.10.*, *& decis.628. num.5. & seqq. par.19. tom.2.*, quomodo post lapsum centum quadraginta circiter annorum non præsumatur licentia Parochi pro renouando in foro conscientiæ Matrimonio aliàs nulliter contracto, sed consumato?

Porrò sicuti ad assistendum matrimonio requiritur Parochi licentia, ita ad prædicandum, & ad confessiones audiendas requiritur licentia Episcopi, ita ad baptizandum licentia Rectoris. Constat autem, quod Ven. Dei Seruus, & continuò concionabatur, & continuò baptizabat, & incessanter confessiones audiebat; & tamen per authentica documenta non constat de eiusmodi licentijs; sed quia hæ sufficienter præsumi debent, circa hos actus nullum verbum mouet Reuerendissimus Fidei Promotor; ita igitur, ac pari ratione præsumi debet licentia de qua agitur.

Cessat tamen omnis difficultas, (sitque secunda responsio) quia Ven. Dei Seruus ex vi priuilegiorum concessorum à Summis Pontificibus Missionarijs, id facere non prohibebatur. Et signanter ex Pontificijs diplomatibus sa. me. Innoc.IV. Pontificatus anno XI., Leonis X. 21. Aprilis 1521., Adriani VI. 10. Maij 1522., Pauli III. 18. Octobris 1549. S. Pij V. 23. Martij 1567., Gregorij XIII. 15. Iulij 1580., & Clementis VIII. 14. Iulij 1604. Hæc autem priuilegia reuocata numquam fuisse, quatenus Iurisdictioni Episcoporum, & Parochorum non præiudicent, substinent Rodriguez *quæst. Regular. tom.1. quæst.35. art.1., versic.3. nota*, Fr. Thomas à Iesu Maria *de conuers. omn. Gentium lib.12. in Compend. priuilegior. in prine.* Poncius *de Matrimon. lib.5. cap.15.* Cherubin. *ad Bull.34. S. Pij V. schol.2.* Cespedes *de exempt. regular. dub.173. num.15.*, latè Verricell. *de Apostol. Mission. tit.4. quæst.92. per tot. pag. mihi 226.* Cumque in ijs partibus Infidelium, quas inhabitabat Ven. Dei Seruus omnes Præfecturæ essent consignatæ Patribus Societatis, nullusque esset Episcopus, nullus Parochus, patet consequenter licuisse Ven. Dei Seruo adimplere quod fecit.

Et quod de facto Ven. Dei Seruus, eo potiretur priuilegio, sicuti & cæteri Missionarij, constat ex lib. priuilegiorum Societatis Iesu, verb. *Dispensatio* §.7. *fol.23.* ibi = *Potest Præpositus Generalis, & alij Præpositi, ac Presbyteri Societatis per Præpositum Generalem in Indiæ Occidentalis partibus deputandi, existente rationabili, & legitima causa dispensare in foro conscientiæ cum Neophitis, & alijs omnibus ibidem commorantibus, qui in facie Ecclesiæ illegitimum Matrimonium, siue scienter, siue ignoranter contraxerunt super quouis occulto impedimento, propter quod tale matrimonium in conscientia fuerit inualidum ipsi contrahentes sine scandalò separari non possint, iniungendo eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & modo de nouo inter se secretò contrahant*: Quod priuilegium concessum fuit Societati 17. Octobris 1549. à Paulo III. in Bulla *Exuberans*, *& indefessus &c.* à S. Pio V. 15. Decembris 1567. in Bulla *cum Gratiarum omnium*, quas confirmauit, & ampliauit, extenditque ad omnes

In-

Digitized by Google

Indias Occidentales, Insulas, & Regiones Vltramarinas. Gregorius XIII. 17. Iulij 1577. in Bulla *Alia siquidem*, & item idem Sanctissimus Gregorius 4. Nouembris 1579. in Bulla *Cum sicut accepimus*.

Immo secluſis eiuſmodi priuilegijs, dicimus, nullum in Ven. Seruo Dei pro hoc facto intercueniſſe defectum; quia quando impedimentum eſt occultum, & ex illius reuelatione oriri poteſt ſcandalum, & infamia, non debet Matrimonium renouari coram Parocho, & Teſtibus, ſed ſecretò renouandus eſt Contrahentium conſenſus. Ita tutiſſima, & communiſſima Theologorum ſententia apud Sanchez *de Matrimon. tom. 1. lib. 2. diſp. 37.* la Croix *lib. 6. par. 3. n. 815.* & ita definitum eſſe à S. Pio V., aſſerit Nauarrus *lib. 4. de Sponſal. cap. 22. num. 37.* Ita declarant faciendum Bullæ Pontificiæ ſupra citatæ, & hæc eſt praxis Sacræ Pœnitentiariæ, cuius litteræ, vt ſcribit Marcus Paulus Leo, ita diſponunt: *Cum eodem latore, vt dicta Muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata, ſed ita cautè, vt latoris delictum numquam detegatur, Matrimonium contrahere poſſit cum eadem & vtrumque inter ſe ſecretò ad euitanda ſcandala diſpenſes.*

Quantum verò ad alterum obſtatiui aculeum, quod nimirum Ven. Dei Seruus debuiſſet monere Teſtem ipſum, vt peteret diſpenſationem ab impedimento in ſecundo gradu, quod ex cauſa copulæ contraxerat, vt ſic eum ritè abſolueret, breuiter reſpondemus, quod vel Ven. Dei Seruus adamuſſim impleuit ea, quæ Reuerendiſſimus Promotor deſiderat, monendo pœnitentem, vt neceſſariam procuraret diſpenſationem, argum. Textus *in leg. 3. ff. de Milit. Teſtam.*, & *in leg. quotiès de Regul. Iur.* Tuſch. *de coniect. vltim. vol. lib. 2. tit. 15. à num.* *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 6. num. 5.*; Vel eiuſmodi admonitionem facere ſuperfluum exiſtimauit; ex quo idem Ven. Dei Seruus facultatem haberet diſpenſandi in tali impedimento ex vi priuilegiorum de quibus ſupra.

Quare &c.

Joſeph Luna.

REVISA

Jo: Prunettus Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

Digitized by Google

Brasilien., seu Bahyen.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. IOSEPHI DE ANCHIETA

Sacerdotis professi Societatis Jesu.

SVMMARIVM ADDITIONALE.

SVPER DVBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum; & de Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur.

BRASILIEN.

Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Iosephi de Anchieta Sacerdotis Professi Societatis Iesu.

Num. 1. *Decretum Sac. Congregationis super reuisione, & examine Opusculorum Serui Dei, editum die 21. Martij 1733.*

COmpleto per Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum Cardinalem Imperiali Ponentem Causæ Serui Dei Iosephi de Anchieta, iuxtà facultates à Sacra Rituum Congregatione sub die 23. Augusti 1732. sibi concessas, mediante reuisione Theologorum ab Eminentia Sua deputatorum, examine infrascriptorum Opusculorum, seù Manuscriptorum ipsius Serui Dei, nempè.

Digitized by Google

Primo: Cuiusdam Libri ab eodem compositi in laudem Beatissimæ Virginis.

2. Quamplurium Sacrorum Carminum, Hymnorum, & Compositionum in honorem, & laudem Dei, Beatissimæ Virginis, ac Sanctorum.

3. Liberculi Doctrinæ Christianæ Gentilico Idiomate exarati ab eodem Seruo Dei.

4. Cuiusdam spiritualis Repræsentationis factæ ab eodem Seruo Dei occasione admittendi quemdam Tyronem in Societatem.

5. Alterius spiritualis Repræsentationis ab eodem factæ occasione translationis nonnullarum Reliquiarum Sanctarum Virginum.

6. Grammaticæ, seù Artis Linguæ Brasilicæ.

7. Compendij Doctrinæ Christianæ in Brasilicam Linguam traducti.

8. Quamplurium Operum Spiritualium, Sacrorumque Carminum in integrum Librum relatorum Lusitano, & Gentilico Idiomate conscriptorum.

Et postmodum per me infrascriptum Secretarium nomine ipsius Eminentissimi Ponentis facta in Sacra Rituum Congregatione relatione, tàm examine suprædictorum Operum, quàm de contentis in Processibus super diligentijs in perquisitione Operum dicti Serui Dei à Iudicibus Delegatis peractis, Sacra eadem Rituum Congregatio rescribendum censuit, posse procedi ad vlteriora, reseruato Iure Domino Promotori opponendi suis loco, & tempore, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 21. Martij 1733.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 28. eiusdem mensis, & anni 1733.

A. F. Cardinalis Zondadari Pro-Præfectus.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus S. Rit. Congreg. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 2.

Aliud decretum Sac. Congregationis super observantia decretorum fel. rec. Vrbani VIII. super non cultu.

Die 5. Decembris 1705.

BRASILIEN., SEV BAHYEN.

Proposito ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Gabriellio in Sacra Rituum Congregatione Dubio = *An Sententiæ Vicarij Capitularis Bahyensis, & aliorum Iudicum Delegatorum de anno 1664., seù &c. latæ, & Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Vicarij Iudicis à Sacra Rituum Congregatione Delegati super non Cultu, & paritione Decretis fel. rec. Vrbani Papæ VIII. de anno 1705. latæ sint confirmandæ, vel infirmandæ in casu &c.* =, Sacra Rituum eadem Congregatio audito in scriptis Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, respondit, ad Sententiam Vicarij Capitularis Bahyen., & aliorum Iudicum Delegatorum ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione cuiuscumque nullitatis, & signanter circa

requisitam Dignitatem in Conludicibus Delegatis ad mentem; mens fuit, annuente Sanctissimo sanationi, Sententiam esse confirmandam, & quoad Sententiam Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Vicarij esse pariter confirmandam, si Sanctissimo Domino Nostro videbitur. Die 5. Decembris 1705.

Et facta per me Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua, præuia sanatione cuiuscunque nullitatis benignè annuit. Die 9. mensis Ianuarij, & anni 1706.

Ità reperitur in regestris Congreg. Sac. Rituum.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus
Sac. Rit. Congreg. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 3.

Interrogatoria per Sac. Rituum Congregationem transmissa pro constructione Processuum Apostolicorum.

Ex Broliardo Actorum fol. 30 ter. ad 33.

Tenor Interrogatoriorum rotulo remissione includendorum, de quibus supra fuit facta mentio, talis est videlicet.

Perillustres, & Reuerendissimi Domini Ioannes Baptista Coccinus Sacræ Rotæ Decanus, Alphonsus Manzanedus de Quinones Patriarcha Hierosolymitanus eiusdem Rotæ Locumtenens, & Philippus Pirouanus etiam Rotæ Auditor, & in præsenti causa Canonizationis Iudices Commissarij Authoritate Apostolica deputati mandant, quod prius quam Testes in huiusmodi causa inducendi præuio eorum, & cuiuslibet ipsorum iuramento præmisso examinentur super articulis, siue materijs articulatis, datis, & admissis, & interrogentur diligenter super infrascriptis Interrogatorijs, & singulis eorum.

Primo: Moneatur quilibet testis de grauitate periurij præsertim in similibus causis Beatificationis, & Canonizationis.

Secundo: Interrogetur quilibet Testis de nomine, cognomine, Patria, Parentibus, ætate.

Tertiò: An sit confessus peccata sua, & Sacrum Eucharistiæ Sacramentum sumpserit, & quando.

Quarto: An fuerit ipse Testis aliquando nominatim, & publicè excommunicatus, & ex qua causa, & an adhuc excommunicatus permaneat.

Quinto: An fuerit instructus, quomodo debeat deponere, & super quo, & à quo id factum fuerit.

Sexto: An sciat, in rerum natura fuisse Ioseph um Anchietam, & an eum cognouerit, & cum eo tractauerit, & quo in loco, & tempore.

Septimo: An sciat, ipsum fuisse Religiosum Societatis Iesu Sacerdotem, & quæ officia in Religione administrauerit, quo in loco, & quo tempore.

Octauo: An sciat, ipsum fuisse Virum Sanctum, & communitèr ab omnibus ità habitum, & reputatum, & quare talis reputatus fuerit, & quo loco, & tempore.

Nono: An sciat sparsam esse famam Sanctitatis eius, & haberi communitèr in veneratione, & honore, & eius res, quibus vsus fuit, seù eius Reliquiæ, vel Imagines asseruari, & in veneratione haberi, vt reliquiæ, & Imagines Viri Sancti, & quomodo sciat.

Digitized by Google

Decimò; An audiuerit, ipsum fecisse miracula in vita, & post mortem, & an credat illa esse vera miracula,

Vndecimo: An sciat quod corpus ipsius fuerit translatum à Præfectura Spiritus Sancti Bahyam, & in Ecclesia Collegij Bahyensis Societatis Iesu asseruari, eius sepulchrum in honore haberi, & quomodo sciat.

Cum autem deuentum fuerit ad articulos omnes Examinatores in qualibet depositione super quolibet articulo interrogent Testem de scientia, & causa scientiæ, loco, tempore, & contestibus; Si autem Testis dicat super aliquo articulo se nihil scire, vlterius super illo non interrogent.

Si Testis deposuerit aliquod miraculum, in fine depositionis dicti miraculi interrogent, an sit possibile, quod veritas aliter se habeat, quam ipse Testis deposuerit. An id scilicet euenerit ex aliqua causa naturali, vel accidentali, vel ex aliquo medicamento, itaut possit non esse miraculum.

In reliquis suppleat diligentia Dominorum Iudicum, & Examinatorum, qui etiam suo arbitrio, inspecta conditione, & qualitate Testium, possint aliqua ex his Interrogatorijs omittere, vel addere, vel commutare, prout ipsis videbitur expedire.

Num. 4.
Acta deputationis Interpetris Processus Vlyssiponen.

Ex Broliardo Actorũ fol. 47. ter., & seqq.

Mercurij vigesima tertia eiusdem: Constitutus in Domibus solitarum habitationum Reuerendorum Patrum DD. Ioannis Baptistæ Coccini Rotæ Decani, Philippi Pirouani, & Clementis Merlini eiusdem Sacræ Rotæ Auditorum, & coram eis, meque &c. Admodum Reuerendus Pater Virgilius Ceparius Procurator &c., & facto exhibuit, atque produxit quemdam Processum vigore literarum remissorialium, vt asseruit in Ciuitate Vlixbonen. fabricatum, clausum, & sigillatum, & circumcirca ligatum, & diuersis sigillis impressis munitum, & roboratum tenoris &c.

Deindè idem &c. ibidem &c., & petijt, & per dictos DD. obtinuit dictum Processum remissorialem admitti si, & in quantum super quibus &c. præsentibus &c. DD. Ioanne Iandel, & Ioanne Maria Iordano Sacri Palatij Apostolici Causarum coram Reuerendo Patre Domino Decano Notarijs, Testibus &c.

Præterea idem &c. ibidem &c., & petijt, & per DD. obtinuit mihi Notario committi receptionem Iuramentorum, & examen Testium super dictorum Iurium, & Processus recognitione, super quibus &c. præsentibus &c.

Postea idem &c. ibidem &c., & petijt, & obtinuit dictum Processum clausum, & sigillatum mandari aperiri, illius recognitione semper salua, super quibus &c. præsentibus &c.

§. 1.
Deputatio Ignatij de Sousa in Interpretem pro traducendo dicto Processu de vul-

Postmodum idem &c. ibidem &c., & petijt, & obtinuit deputari in Interpretem ad effectum interpretandi dictum Processum *de vulgari Lusitano in latinum sermonem* Illustrem, & Admodum Reuerendum Dominum Ignatium de Sousa Lusitanum in forma, super quibus &c. præsentibus &c.

Suc-

Digitized by Google

Succeſſiuè idem &c. ibidem &c., & petijt, & per DD. obtinuit mihi Notario committi receptionem Iuramenti ſupradicti Domini Interpretis de fidelitèr interpretando dictum Proceſſum de vulgari Luſitano in latinum ſermonem in forma, ſuper quibus &c. præſentibus &c.

garl Luſitano in latinum ſermonem.

Paulo poſt conſtitutus in Officio mei &c., & coram me &c. admodum Reu. P. D. Virgilius Ceparius Procurator &c., & ſtante decreto per DD. hodierna die facto de aperiendo dictum Proceſſum remiſſorialem clauſum, & ſigillatum aperiri: Ex tunc Ego Notarius in executionem dicti decreti aperui, & inueni eſſe quemdam Proceſſum vigore literarum remiſſorialium in Ciuitate Vlixbonen. fabricatum coram RR. DD. Iudicibus Remiſſorialibus, vt ex eo apparet in Papyro, & partim vulgari Luſitano, & partim latino ſermone ſcriptum, & in folijs decimoſeptimo deſcript., & per dictos DD. Iudices Remiſſoriales ſubſcript., & ſignat., ac literis legalitatis munitum, & roboratum tenoris &c.

Et fol. 51. §. 2. *Iuramentum præſtitum per dictum Interpretē deputatum de fidelitèr traducendo.*

Sabbati vigeſima ſexta Auguſti 1628. Conſtitutus in Officio mei &c., & coram me &c. Admodum Reu. P. Laurentius de Paulis Procurator &c., & repetito decreto die vigeſima tertia huius induxit in Interpretem pro interpretando Proceſſum vltimo loco productum Illuſtrem, & Admodum Reuerendum Dominum Don Ignatium de Souſa Luſitanum ibidem præſentem &c., qui per me admiſſus, medio iuramento &c. iurauit de fidelitèr, & diligentèr dictum Proceſſum Remiſſorialem interpretando, & ſtatim interpretato vna cum illius interpretatione in officio reportan.. Ex tunc eidem conſignaui dictum Proceſſum, quem recepit, & ſe obligauit in forma Cameræ Apoſtolicæ, qui quidem Proceſſus eſt foliorum 17., & ſe ſubſcripſit hac dicta die.

Ita eſt Ego Ignatius de Souſa manu propria.

REVISA

Ioannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google